Digitized by Google

Digitized by Google

10.092
9(44)
D12a

RERVM AQVITANICARVM LIBRI QVINQVE QVI SEQVVNTVR.

Quibus continentur geſta REGVM & DVCVM Aquitaniæ, à Clodoueo ad Eleënoram vſque.

Autore ANT. DADINO ALTESERRA. ANTECESSORE TOLOSANO.

Libreria ... gio mayor
de este Colle
3. B.



BIBLIOTECA UNIVERSIDAD CENTRAL

TOLOSÆ,
Apud ARNALDVM COLOMERIVM, Regis, & Academiæ Toloſanæ Typographum.
M. DC. LVII.

Cum Priuilegio Regis.

Digitized by Google

ILLVSTRISIMO VIRO

PETRO SEGVIERIO, GALLIARVM CANCELLARIO.

NVPER, CANCELLARIE ILLVSTRISSIME, priores quinque libros, rerum Aquitanicarum, lubens, deuotuſque tibi obtuli. Nunc ſequentes totidem non diſpari ingenio dico. Studiorum partus & vota non diuido; diuiſa obſequia non patitur animus totus in tui cultum deuinctus. Non alienum affectus argumentum, Aquitaniæ illuſtratio. Nimirùm hæc prouincia varia & inſignia tui decoris præ-

Digitized by Google

fert veſtigia. Hæc eſt quæ clariſsimæ per multa ſecula familiæ cunas oſtendit, & nobilem Cadurcorum Seneſcallum, tuo è ſtemmate memoriâ celebrat. Eadem tot iactata caſibus, & ruinis labefactata imperij tui dulcedine ſeſe recreatam nondum oblita. Nè ingratiis feras prouinciales honores cõmemorari, iam ad dignitatum culmen deuectus. Feliciter his velut gradibus, ad maiora viam tibi paraſti, nec contemnendi faſces, quibus te celſioribus dignum probaſti, & in minoribus docuiſti, quonám pacto in ſummo Reipublicæ clauo te gereres. Iam inde in te oculi principis, & totius aulæ ſtudia conuerſa: & Aquitanica hæc præfectura, Quæſturæ tyrocinium potius, quam prouincialis curatio viſa eſt. Gaudet Aquitania virtutis, & famæ tuæ in-

Digitized by Google

crementis profuiſſe : & ſine iniuriâ ſibi raptum fatetur, quem ſciebat orbi Gallico natum. Sciens tot virtutum quibus præſtas laude abſtineo, non capit pagina Herois laudem, cuius virtus impare Regum gazâ, iuſtum præmium expectat à Deo. Felix ætas quæ te in ſalutem Reipublicæ, litterarum ornatum, & patrocinium, decuſque ſeculi edidit. Felices litterati, qui te litterarum vinculo ſocium, & auxilio numen præſentiſsimum experiuntur. Beatum liceat Principem dicere, te laborum ſocio, & curarum participe. His gaudens exultánſque in vota exilio & quod vnicum præſto eſt, te Regi, & Regno, te litteris, & litteratis, in multos annos ſuperſtitem exopto. Nè ingrati amabo tibi ſint Duces Aquitanici, quorum vnus ſanctiſsimum conſortem

tuum nempè Fulbertum olim Cancellarium Roberti Regis ſingulari amicitiâ coluit. Et ſi qualiacumque mea ſtudia non diſplicent, æqui, bonique conſule, hæc tuum, id eſt, nomen litterarum præferre. Nec tibi vile ſit obſequium hominis, qui Reges & Duces Aquitanicos, ſuæ erga te fidei obſides præſtat, & his pignoribus ſtudet agnoſci,

TVÆ AMPLITVDINIS,

Deuotiſsimus & obſequentiſsimus cliens,

ANT. DADINVS ALTESERRA.

Toloſæ, Die XIV. *Mart.* M. DC. LVII.

Digitized by Google

ELENCHVS LIBRORVM, ET CAPITVM, HVIVS OPERIS.

LIBER SEXTVS.

CAP. I *AQVITANIA Gothis tradita ab Honorio. Quota portio terrarum Gothis aſſignata. Aquitania per Clodoueum erepta à Gothis. caſo Alarico, Baſolus Dux Aquitaniæ, eius captiuitas in Monaſterio S. Petri Viui Senonenſis. S. Valericus ſanctitate clarus in pago Lemouicenſi.* pag. 3

II. *Diuiſio Regni Francorum inter Clodouei liberos. Aquitania ex parte ceſſit Clodomiri, expeditio Francorum in Septimaniam aduerſus Amalricum, S. Sacerdos Lemouicenſis Epiſcopus eius patria & geſta. Quintianus ex Rutenenſi Epiſcopo bis Aruernenſem cathedram tenuit, Ansbertus Senator, Blitildis eius vxor, è qua ſuſcepti quatuor liberi, Arnoldus Ferreolus Vceticenſis E. Mondericus Ariſitenſis & Tarſicia virgo ſanctiſſima. Senatores in Gallia. S. Clodoaldus Clodomiris filius Nicetius Lemouicenſis Treuirenſis Epiſcopus, eius diſcipulus Aredius Abbas Lemouicenſis.* 5

III. *Lemane Aruernorum, Aruerni ad obſequium reducti à Theodorico. Siginaldus præfectus Aruernorum, Gallus Aruernenſis Epiſcopus. Siginaldi interitus, Gyualdi eius filij exſilium. Hortenſius Comes Aruernorum. Dux & Comes in eadem ciuitate? Ruricius iunior Lemouicenſis nepos ex filio & proximus ſucceſſor Ruricij Senioris.* 11

IV. *Fabuloſa Belliſarij geſta in partibus Burdegalenſibus, Cautinus Aruernenſis Epiſcopus, Chramni praua geſta in Aquitania, Firminus amotus Comitatu Aruernorum, ei ſucceſſit Salluſtius, Villecarius Dux Aquitaniæ, Calte eius filia nubit Chramno, Auſtrapius Sellenſis caſtri Epiſcopus*

Digitized by Google

ordinatur ſucceſſurus Pientio tum Pictauienſi Epiſcopo. Auſtrapius cæſus à Theiſalis. Theiſalorum origo vnde, Paſcentius Epiſcopus Pictauienſis, Radegundis Regina velo ſumpto condit Monaſterium S. Crucis Pictauis; & regulam Cæſarij Arelatenſis Epiſcopi ſuſcipit. Chramni ſeceſſus ad Conobrum Britanniæ Comitem. VVillecarij Ducis perfugium ad ædem S. Martini Turonenſis, locuſtarum acies viſæ in Aquitania. Chramni exitus. 16 & 17

V. *Leontius Iunior Burdegalenſis Epiſcopus, Emerius non rite lectus Santonenſis Epiſcopus pellitur ſuffecto Heraclio, Emerius regia manu reſtitutus, Leontius mulctatus, Leontij ortus, & geſta. Synodus Santonenſis, S. Venantius Bituricenſis, S. Paternus Abrincenſis Epiſcopus patria Pictauienſis.* 23

VI. *Diuiſio regni Clotharij I. Emerius non rite lectus Santonenſis Epiſcopus, ſede amotus in Synodo Santonenſi. Corpus S. Vrſini I. Bituricenſis Epiſcopi inuentum. Felix Nannetenſis Epiſcopus Aquitanus, S. Baſolus Lemouicenſis. Maracharius ex Comite Engoliſmenſis Epiſcopus. Georgius Comes Aruernorum, Felix Bituricenſis Epiſcopus, cuſtodia SS. Euchariſtiæ, Aribertus in Baſilica S. Romani apud Blauiam ſepultus. Diuiſio regni Ariberti, Aruerni contributi regno Auſtraſiæ, Firminus Comes Aruernorum, lues inguinaria vaſtat Aruernos, Bituriges & alia Galliæ oppida, Nouempopulonia ditionis Sigeberti, Ciuitates Aquitaniæ quæ Morganegibæ nomine traditæ Geleſuintæ, eâ demortua transferuntur ad Brunichildem ſororem. Frontonius Epiſcopus Engoliſmenſis, Heraclius Epiſcopus Engoliſmenſis, Nantinus Comes Engoliſmenſis, Palladius Comes Gabalorum infenſus Parthenio eiuſdem loci Epiſcopo, Romanus Comes ei ſuccedit in Comitatu, Gregorius Turonenſis Epiſcopus patria Aruernus, Fortunatus Pictauienſis Epiſcopus poëtices laude clarus.* 26

VII. *Bellum geſtum in Aquitania inter Chilpericum, Sigebertum, & Guntranum fratres. Cœnobium S. Martini de Lata direptum, fœdus inter Chilpericum & Guntranum in Sigebertum. Sigeberti interitus Iudæi baptiſati ab Auito Aruernenſi Epiſcopo, eorumdem natiuus fetor baptiſmo ſublatus; Iudæi vbique vectigales, eorumdem ſynagogæ in Gallia & Aquitania. Brachio Abbas Menatenſis, Nantinus Comes Engoliſmenſis, ab Heraclio Engoliſmenſi Epiſcopo iterum excommunicatus.* 37

VIII. *Merouei cum Brunechilde nuptiæ inſcio patre Prætextatus Rotomagenſis Epiſcopus damnatus in ſynodo Rothomagenſi, Ruculeni interitus apud Pictones, Mundericus Ariſitenſis Epiſcopus, Ariſitenſis vicus in Rutenis olim ſedes Epiſcopalis. Dalmatius Rutenenſis Epiſcopus. Caluppa recluſus ſanctitate clarus apud Aruernos, Patroclus presbyter Bituricenſis recluſus idemque*

Digitized by Google

idemque fundator Monaſterij Columbarienſis, Arcadius Bituricenſis Epiſcopus, Bellum in Aquitania inſtauratum inter Chilpericum & Guntranum. Pictauum vrbs ditionis Childeberti, eadem à Chilperico occupatur pulſo Ennodio Duce, Ennodius Dux Turonum & Pictonum. Calminius Dux Aquitaniæ fundator Monaſterij quod dicitur S. Theofredri, vulgo S. Chaffre in pago Velaunenſi, & Monaſt. Moſacenſis in Aruernis. 42

IX. *Pictones in poteſtate Chilperici. Tumultus in Aquitania ob grauius onus vectigalium, Ferreolus Lemouicenſis Epiſcopus, calamitas Aquitaniæ, Prodigia in Aquitania; Mauritius Cadurcenſis Epiſcopus Vrſicinum Vltrogothæ Referendarium ſucceſſorem deſignauit. Cadurci etiam ditionis Chilperici, Dalmatius Rutenenſis Epiſcopus, Ruteni ditionis Childeberti. Dalmatius Rutenenſis Epiſcopus. Theodoſius Rutenenſis Epiſcopus, ex Archidiacono. Bertramnus Burdegalenſis Epiſcopus Cracina inſula in littore Pictonico. Saluius Albigenſis Epiſcopus, Chilperici errores, Remigius Bituricenſis Epiſcopus præfuit Conc. Matiſconenſi, in quo Iudæi coërciti.* 49

X. *S. Eparchius Reclauſus Engoliſmenſis natus Felicis Aureoli Comitis Petrocoriorum. Antonius ſeu Aptonius Engoliſmenſis Epiſcopus, Frontonius Archipresbyter poſtea Engoliſmenſis Epiſcopus, Ramaulfus Comes Engoliſmenſis, Ferreolus Vceticenſis Epiſcopus. S. Tarſicia virgo, proles Anſberti Senatoris. Bellum in Aquitania geſtum inter Chilpericum, & Guntranum, Ragnoaldus Dux Aquitaniæ Baſilica S. Capraſii Martyris Aginni. Deſiderius Dux legatus Chilperici bello Aquitanico. Vaſcones bello tentati, à Blaudaſte Duce, ea ætate Vaſcones ſe continuere ſaltu Pyrenei. Lupi Burdegalæ oppido infeſti, Vaſatenſis ciuitas igne conſumpta. Noui Comites à Chilperico diſpoſiti per Aquitaniam Nonnichius Lemouicenſis Comes. Charterius Epiſcopus Petrocorienſis.* 56

XI. *Diſciola Virgo neptis B. Saluij Epiſcopi Albigenſis, Auennio obſeſſa à Guntrano Duce cum copiis Aruernorum & Vellannorum, Bellum Aquitanicum. Biturica obſeſſa. Magdunum alias Meglodenſe vel Mediolanenſe caſtrum. Lues inguinaria apud Albigenſes. Virgo Deo dicata in Monaſterio S. Radegundis nata Chilperici reſpuit nuptias Reccaredi Regis Gothorum, Maleficæ mulieres vna cum Mummolo Burdegalenſi damnatæ, quod Chilperici natum necaſſent, quò Mummolo vitam producerent. Lupentius Abbas Mimatenſis eius martyrium ſcelere Innocentij Comitis Gabalorum, Sulpitius Bituricenſis Epiſcopus Remigij ſucceſſor. Theodoſij Rutenenſis Epiſcopi obitus, Innocentius ex Comite Gabalorum ei ſuccedit*

in Epiſcopatu. Synodus Prouincialis de parochiis Cadurcinis, Vrſicinus Cadurcenſis Epiſcopus, Saluij Albigenſis Epiſcopi obitus. 61

XII. *Gundobaldus Rex ſalutatus & ſcuto impoſitus apud Briuam Curretiam vicum Lemouicum. In ſcutum leuatio ritus ſolennis regiæ promotionis. Ragnoualdus Dux Aquitaniæ. Baſilica S. Martini Briuatenſis igni cremata, & à Ferreolo Lemouicenſi Epiſcopo inſtaurata. Aquitaniæ proceres maxime Epiſcopi Gundobaldi partes ſecuti, Merouens Pictauenſis Epiſcopus Legati Gundobaldi flagellis cæſi, & in vincula truſi, Bertramnus Burdegalenſis Epiſcopus. Syri negociatores in Gallia & Aquitania Fauſtinianus Aquenſis Epiſcopus deſignatus à Gundobaldo, idemque ordinatus à Palladio Santonenſi, & Oreſte Vaſatenſi, Bertramno Burdegalenſi Metropolitano conſecrationismunus reſpuente. Legati à Gundobaldo miſsi ad Guntranum male accepti, Guntranus Childebertum nepotem adoptat in filium per haſtæ traditionem.* 66

XIII. *Gundobaldus Conuenarum vrbem occupat, Aginnenſis pagus vaſtatur à Guntrani militibus, Baſilica S. Vincentij mareyris in ſuburbano Aginnenſi igni crematur, Conuenarum vrbs obſidione oppugnatur, Gundobaldus à ſuis deditur Oldoni Comiti Bituricenſi & Boſoni, à quibus idem ferrro necatus. Conuenarum vrbs diruta, & igni ſuccenſa. Non reſpondentes ad delectum multati, Bertramnus Burdegalenſis, & Palladius Santonenſis ægre cum Guntrano in gratiam redeunt. Garacharius ſeu Galactorius Comes Burdegalenſis. Synodus Matiſconenſis II. in Epiſcopos Aquitaniæ, Vrſicinus Cadurcenſis Epiſcopus ſuſpenſus in triennium in hac ſynodo.* 72

XIV. *S. Aredius Lemouicenſis fundator primúſque Abbas Attani Monaſterij in finibus Lemouicum. Nicetius Comes Aruernenſis & poſt eum Eulalius, idem Nicetius Dux Aruernorum Rutenorum, & Vcetiorum. Laban Eluſenſis Epiſcopus, & poſt eum Deſiderius. Bertramno Burdegalenſi Epiſcopo ſucceſsit Gundegiſilus ex Comite Santonico. Fauſtus Auſcienſis Epiſcopus, & poſt eum Fabius, Ennodius Dux Turonum & Pictonum, Deſideratus Albigenſis Epiſcopus. Tetradia vxor Eulalij Comitis Aruernenſis adultera. Guntrani expeditio in Gothos, Septimaniæ incubatores. Terentiolus Comes Lemouicenſis. Caput arietis caſtrum in pago Toloſano. Vgernum caſtrum Arelatenſe.* 78

XV. *Nicetius Arnernus, Maſsylienſis Prouinciæ Præfectus. Palladius Santonenſis Epiſcopus eius ſtemma, & vitæ ſanctitas, Is plures Eccleſias conſtruit, & reliquias impetrat à Gregorio I. infelix bellum aduerſus Gothos Duce Deſyderio. S. Radegundis obitus. Ennodius Dux Turonum & Pi-*

ctonum, accipit & Ducatum Vici Iulienſis & Benarnæ vrbium, Vaſcones è Pyrenei iugis in Aquitaniæ plana deſcendunt, Bellum aduerſus Vaſcones Auſtrouoaldo Duce, Vabrenſe caſtrum in Rutepis, pactio inter Guntranum, & Childebertum de ea portione regni Chariberti, quæ olim Sigeberto ceſſerat. Burdegala, Lemouicum, Cadurcum, Benarnum, Begorra Morganegibæ nomine traditæ Gaileſuintæ & poſt eam Brunichildi, Brunichildis caſtrum in finibus Cadurcorum, ſylua Lecenna in confinio Biturigum & Aruernorum, vbi amœna domus Brunichildis. Fronimius Bituricenſis Agathenſis Epiſcopus. Meroueus Pictauienſis Epiſcopus, eius cura agri Pictauienſis cenſus emendatur, vnde ſecuta leuatio vectigalium. 83 & 84

XVI. Gemina Synodus Pictauienſis aduerſus Chrodieldem & Baſinam regias puellas, profeſſas Monaſterij Pictauienſis, celebrata à Gundegiſilo Burdegalenſi Archiepiſcopo & Prouincialibus. Porcharius Abbas S. Hilarij Pictauienſis. Macco Comes Pictauienſis. Sutellius Burdegalenſis Epiſcopus. Vincti Aruernenſes non ſine miraculo ſoluti. Eccleſiis Aruernæ vrbis reliqua vectigalium à Childeberto remiſſa. Tetradia vxor Eulalij Comitis Aruernenſis adulterij damnata in ſynodo, in eadem Eulalius Comes damnatus ob matricidium Ioannes Eulalij Comitis filius in clericum ordinatur ab Innocentio Rutenenſi Epiſcopo. Baſina & Chrodieldis abſolutæ in Metenſi ſynodo. Iudicium aduerſus Valdonis liberos, præſtigiator Bituricenſis ab Aurelio Anicienſi Epiſcopo prehenſus. Sulpitij Bituricenſis obitus. Euſtaſius ei ſuccedit, Aredij obitus eiuſdem teſtamentum, adhibita clauſula codicillari, incendium Lemouicum vrbis. Meroueus Pictauienſis Epiſcopus obit ſucceſſore Platone.

LIBER SEPTIMVS.

CAP. I. S. Goar Aquitanus Treuerenſem diœceſim illuſtrat. Deſiderius Aquitanus Antiſſiodorenſis Epiſcopus. Vaſcones domiti, Genialis Dux eis impoſitus, S. Valericus Aruernus Monachus Luxouienſis, Arnulfus Metenſis Epiſcopus filius Arnoaldi Ducis Aquitaniæ. Apollinari Bituricenſi Epiſcopo ſuccedit Auſtregiſilus. Sadregiſilus Dux Aquitaniæ à Dagoberto flagris cæſus & barbæ raſione dehoneſtatus. Euſebius Cadurcēſ. E. ab oppidanis nefarie occiſus. Palladius & Seducius Epiſcop. Eluſanus, pater & filius rebellionis Vaſconum conſcij, Aigynam Dux Vaſconum.

Digitized by Google

Auſtregiſilo ſuccedit Sulpitius ex Archidiacono. Synodo Rhemenſi interfuere Sulpitius & alij Aquitaniæ Epiſcopi. Leontius Santonenſis Epiſcopus apud eum exulat S. Maclouius ſede ſua pulſus. 95 & 96

II. *Aquitania cum pago Toloſano à Dagoberto tribuitur Ariberto fratri. Vaſcones ab* Ariberto *in ditionem redacti.* Amandus Aquitanus *Traiectenſis Epiſcopus Euangelium prædicat apud Vaſcones. S. Rictrudis filia Hernoldi Vaſconis mortuo viro velata in Monaſterio Marcianenſi.* 101

III. *Deſiderius ex præfecto ærarij Cadurcenſis Epiſcopus. Conditiones Eccleſiæ, notatio nominis. Goëricus* Aquitanus *Metenſis Epiſcopus, Eligius Lemouicenſis ex aurifice Lemouicenſis Epiſcopus, Solemniacenſis Monaſterij apud Lemouices fundator. Modoaldus* Aquitanus *Treuirenſis Epiſcopus, Haimeranus etiam* Aquitanus *Ratiſponenſis Epiſcopus.* 105

IV. *Ariberti principis* Aquitaniæ *obitus, eius morte* Aquitania *redit ad Dagobertum. Barontus filius Beraldi olim Ducis* Aquitaniæ. *Hildemarcha* Abbatiſſa *Burdegalenſis, Cœnobium Molliſpeci in finibus Biturigum fundatur à Dagoberto. S. Sigiranus primus* Abbas *huiuſce Monaſterij, Sadregiſili Ducis* Aquitaniæ *liberi iuxta leges Romanas damnati, ob inultam necem parentis, Vaſcones fide lapſi à Dagoberto in ordinem redacti. Vaſcones cum* Amando *Duce de fide paciſcuntur apud Dagobertum. Pictauum vrbs exciſa à Dagoberto, vetus* Pictauis *locus memorabilis diuiſione regni inter Carlomannum, &* Pipinum *Remaclus* Aquitanus *Traiectenſis Epiſcopus* Amandi *ſucceſſor. Sulpitius II. Bituricenſis coadiutorem ſibi aſſumit VVlfolendum.* 109

V. *Cadurci &* Aruerni *contributi regno* Auſtraſiæ *Bobo Dux* Aruernorum, *Dido* Pictauienſis *Epiſcopus, cuſtos Dagoberti iunioris, Leodegarius nepos Didonis ex* Abbate *S. Maxen[illegible]ij in pago* Pictonico Auguſtodunenſis *Epiſcopus, Geneſius* Aruernen[illegible] *Epiſcopus Magnilocenſis Monaſterij fundator.* Caput *cernium caſtrum in finibus Biturigum quò iure peruenit ad Monaſterium Floriacenſe. Felix* Aruernenſis *Epiſcopus, & poſt eum Proiectus.* 115

VI. *Remiſsio Regum Francorum, Vaſcones Nouempopuloniam occupant, vnde eadem Vaſconia dicta. Lupus Dux Vaſconum. Preiecti martyrium* Auitus *II.* Aruernenſis *Epiſcopus, Voluicum Monaſterium, Theodoricus regno reſtitutus opera Didonis* Pictauienſis *Epiſcopi, Cerini* Pictauienſis Comitis *& aliorum.* Paulus *Comes tyrannidem affectat in Gallia Narbonenſi, Leodegarij martyrium. Anſoaldus* Pictauienſis *Epiſcopus.* Philibertus *Eluſas* Abbas *Gemiticenſis patre* Philibaudo *Vicoiulienſi Epiſcopo. Quinciacenſe Monaſterium ab* Anſoaldo *fundatur; S. Hubertus filius*

Digitized by Google

Bertrandi Ducis Aquitaniæ ex ſorore S. Odæ vxoris Boggis Ducis Aquitanorum. Bonitus Aruernenſis Epiſcopus. Hubertus Leodienſis Epiſcopus. 119 & 120

VII. *Eudo Dux Aquitaniæ coniectura de eius origine. Biturica capta à Pipino, & recepta ab Eudone. Eudo vnus è partibus Chilperici aduerſus Carolum Martellum, Rigoberti Remenſis Epiſcopi exilium in Vaſconia. Epiſcopatus Galliarum laicis traditi à Carolo Martello. Bellum Aquitanicum inter Eudonem, & Carolum Martellum. Cuchianus Aquitanicus periuriȷ̈ pœnas luit.* 126

VIII. *Sarracenorum irruptio in Galliam Narbonenſem & Aquitaniam an Toloſa capta à Sarracenis, Sarraceni victi à Carolo Martello, iunctis copiis cum Eudone Duce inſigni prælio ad Turonum vrbem. Eudonis fama purgatur de obiectis ſcriptorum Francicorum, Gregoriȷ̈ II. Papæ teſtimonium de meritis Eudonis in Chriſtianam remp.* 131

IX. *Eudonis morte Aquitania occupatur à Carolo Martello. Vaifarius Hunoldus Aznarius & aliȷ̈ vtriuſque ſexus Eudonis liberi. Remiſtagnus Eudonis frater Secunda Sarracenorum expeditio in Galliam S. Pardulfus Lemouicenſis.* 137

X. *Lanfredus Abbas S. Germani legatus miſſus in Aquitaniam. Galliæ diuiſio inter Carlomannum & Pipinum. Bellum Aquitanicum Lucas caſtrum captum; Secunda diuiſio regni inter Carlomannum & Pipinum facta in loco cui nomen vetus Bictauis, pax inita inter Pipinum & Hunoldum Aquitaniæ Ducem. Lanfredus quaſi explorator detentus dimiſſus.* 141

XI. *Vaifarius Dux Aquitaniæ frater & ſucceſſor Hunoldi, Hunoldus alius ab Hugone Burdegalenſi, Res eccleſiaſticæ laicis traditæ à Carolo Martello, eiſdem precariæ nomine relictæ indicto cenſu annuo. Figiacenſe Monaſterium in finibus Cadurcorum à Pipino fundatur Griſo more Ducum XII. Comitatibus à Pipino donatus, Griſonis ſeceſſio ad Vaifarium Ducem Aquitaniæ. Iuſtitiæ id eſt res eccleſiarum per Pipinum à Vaifario vindicatæ. Theodoad locus in Aquitania eius ſitus an idem qui Theoduadum. Bellum inter Pipinum, & Vaifarium. Humbertus Comes Bituricenſis, Blandinus Comes Aruernorum. Bertellanus Bituricenſis Epiſcopus. Biturica à Pipino capta, & præſidio munita. Chilpingus Comes Aruernorum, Amanugus Comes Pictauienſis Vaifarius Aquitaniæ vrbes quas tueri non poterat muris diſcingit. Toloſa, Albia, Gaualdunum, ſeu Mimate & alia caſtra Aquitaniæ capta à Pipino.* 144

XII. *Exoldunum in Biturigibus captum à Pipino. Remiſtani leuitas, eiuſque fœda mors. Vmbertus Comes Bituricenſis, Santonus capta à Pipino,*

Digitized by Google

Vaiſarius Dux à ſuis deſtitutus ex inſidiis cæſus in pago Petragorico, *Vaiſarÿ ſpolia. Vaiſarius baſilicæ* S. Saluatoris *quæ hodie* S. *Martialis apud Lemouices fundator Vaiſarÿ Ducis ſepulchrum.* 151

XIII. *Hunoldus Dux* Aquitaniæ. Aquitania *ceſsit Carolo, Launus ex* Cappellano Regio *Engoliſmenſis Epiſcopus, Lupus Dux Vaſconum.* Caſtrum *Franciacum ad Doroniam amnem ædificatur à* Carolo. *Hunoldi infelix exitus, Ludouicus natus* Caſsinogili *in pago* Aginnenſi, *idem à patre mox* Rex Aquitaniæ *deſignatus, Bellum à* Carolo *geſtum in* Sarracenos, *Francorum clades in faucibus* Pyrenei *inſidiis Vaſconum.* Rolandi *ſepultura apud Blauiam.* Rolandi *cantilena, militare celeuma.* 155

XIV. Pipini, *& Ludouici coronatio, Ludouici expeditio in* Sarracenos, *Comites &* Abbates *à* Carolo *per* Aquitaniam *diſpoſiti, Toloſa cum* Septimania *contributa regno* Aquitaniæ. *Hunoldus Baiulus Ludouici, Baiulus quid ſonat,* Carolus *Ludouicum ad ſe reuocat ab Aquitania, Veſtis Vaſconica.* Chorſo *Dux Toloſanus, quam ob cauſam depoſitus, ei ſuccedit VVilelmus.* 160

XV. *Villæ fiſcales hybernis regiis in Aquitania diſpoſitæ, annona militaris quam foderum vocant remiſſa, vectigal vini remiſſum* Albigenſibus. Saluius *Epiſcopus Engoliſmenſis eius martyrium. Burgundio Fidentiacenſis.* Comes, *ei ſuccedit Leuitardus. VVillelmi res geſtæ aduerſus* Sarracenos, *hic fuit fundator Gellonenſis Monaſterÿ, idemque profeſſus, an fuerit* Dux Aquitaniæ. 166

XVI. *Ludouici* P. *expeditio in Vaſcones vindicata à fabulis Hiſpanicorum ſcriptorum. Aureolus comes* Petrogoricenſis *præfectus limitis Hiſpanici, commercium Galliæ & Hiſpaniæ pro confinio terrarum.* Reformatio *cleri, & ordinis monaſtici, quamplura monaſteria per Ludouicum fundata in* Aquitania. *Beuedictus* Abbas Ananienſis *inſtaurator monaſtici ordinis in Gallia &* Aquitania. 172

XVII. *Ioannes Epiſcopus Vaſconiæ nefarie occiſus. Teſtamentum & obitus* Caroli *M. Dux* Aquitaniæ *vnus è* Paribus *Franciæ. Iidem à quo inſtituti,* Arma *ſeu inſignia Ducis* Aquitaniæ. *Inſignium vſus à quo tempore,* Richonus Comes Pictauienſis *Vaſconum defectio ob amotum* Siguinum *Ducem.* 180

XVIII. *Garſimirus Dux Vaſconum,* Pipinus Rex Aquitaniæ *à Ludouico deſignatus, Hiſpanorum migratio in Galliam, Lupus* Centullus *Dux Vaſconum, Varinus* Comes Aruernorum, Helias Scotus *Engoliſmenſis Epiſcopus. Normannorum appulſus in* Aquitaniam, *Flandri vbi primum ſic dicti.* Pipinus *vxorem ducit filiam Theodeberti* Comitis, Aigulfus *Bitu-*

Digitized by Google

ricenſis Epiſcopus. Innicus cognomine Ariſta *Comes Bigeronum* Rex *Nauarrorum electus.* A*nnona de cœlo pluit in pago* A*ginnenſi, Vifredus Comes Bituricenſis conditor* Stradenſis *cœnobij in finibus Biturigum.* 186

XIX. *Bernardus Dux* Septimania Pr*æpoſitus cameræ. Bernardus de obiectis ſe purgat; iudicium de Bernardo, pugna volucrum in confinio agri Toloſani & Cadurcini. Vaſtatio oræ Aquitanicæ per Normannos. Ludouicus* P. *imperio depoſitus, poſtea reſtitutus.* R*es Eccleſiarum in* A*quitania ſubreptæ per* Pi*pinum* R*egem, Quæſtio de Toloſano* C*omitatu inter Bernardum & Berengarium ventilata in* C*oncilio Lugdunenſi.* 192

XX. A*ngeriacenſe Brantoſmenſe &* S. C*ypriani Monaſteria fundata à* Pi*pino* R*ege* A*quitaniæ,* A*n caput D. Ioannis Baptiſtæ fuerit apud Angeriacenſes.* S*eptimani vindicant legom auitam id eſt* R*omanam,* Pi*pini* R*egis* A*quitaniæ obitus, eius educatio, vita & mores.* P*ipini liberi ex filia Theodberti* C*omitis* Pi*pinus Iunior,* C*arolus, Berta, & alia cuius nomen latet.* R*obertus* C*omes vnus è* P*rimoribus* A*quitaniæ, Normannorum irruptio in* A*quitaniam.* 198

LIBER OCTAVVS.

CAP. I. N*ona diuiſio rerum à Ludouico facta inter Lotharium Ludouicum, & Carolum Caluum, in qua Carolo ceſsit Aquitania. Hinc occaſio belli inter Carolum & Pipinum Iuniorem. Ebroinus Pictauienſis Epiſcopus, Abbas S. Germani Pariſ. & Archicapellanus Palatij, Archicapellani dignitas. Tranſlatio corporis S. Philiberti. Agobardi Lugdunenſis Epiſcopi obitus in expeditione Aquitanica Epiſcopi & Abbates obnoxij oneri militiæ. Bernardi Ducis Septimaniæ conciliatio cum Carolo Caluo, cruentum prælium Fontaneticum inter Ludouici P. liberos.* 203

II. *Iterata diuiſio inter Ludouici liberos in qua Aquitania manſit penes Carolum Caluum, Comites ab eodem diſpoſiti per Aquitaniam, Varinus an fuerit Dux Aquitaniæ, Gerardus Roſsilioneus Comes Bituricenſis, Aquitania armis reppetita à Normannis, Seguinus Comes Burdegalenſis ab eiſdem cæſus in prælio. Rodulfus Bituricenſis Archiepiſcopus, Narbonenſis Epiſcopus ſub primatu Bituricenſi. Giſalbertus Aquitaniæ præfectus rapit Lotharij natam Pipinus Iunior certis Comitatibus in Aquitania donatur, quo ad ei plenius ſatisfieret.* 209

III. *Burdegala & aliæ Aquitaniæ vrbes captæ, & ſuccenſæ à Normannis.*

Digitized by Google

Hinc clades Monaſteriorum Aquitaniæ & caſus Monaſticæ religionis, Ranulfus Comes Pictauienſis victus à Normannis, VVillelmi Ducis Gothiæ, & Sancionis Comitis Vaſconiæ defectio à Carolo Caluo, Pipinus Iunior & Carolus fratres capti, & in Monaſterium detruſi. 217

IV. Carolus Caluus Lemouicis inauguratus in Regem Aquitaniæ Ranulfus à Carolo Dux Aquitaniæ creatus, hac ætate Duces & Comites fuere temporarij & ſimplices præfecti. Cœnobium de Bello-loco fundatur à Rodulfo Bituricenſi Achiepiſcopo. Tranſlatio B. Vincentij Martyris abs Cæſarauguſta in Caſtrenſe Monaſterium pagi Albigenſis. Helias Engoliſmenſis Epiſcopus ſucceſſore Oliba, Engoliſma capta a Normannis, Turpioni Engoliſmenſi Comiti ſuccedit Emeno frater, Carolus frater Pipini in Archiepiſcopum Moguntinum prouectus. Pictauis capta à Normannis, Regimundi Comitis Toloſani querela aduerſus Stephanum Comitem Aruernenſem de ſpreta filia vxore. Sigo Aruernenſis Epiſcopus ſede ſua pulſus ab eodem Stephano Comite, idem Stephanus Comes cæſus à Normannis. Caroli Regis Aquitaniæ, & Rodulphi Bituricenſis Epiſcopi obitus, Emenoni Comiti Engoliſmenſi fuit filius Ademarus nomine poſtea Comes Pictauienſis, Priuilegium Solenniacenſis Monaſterij inſtauratur in Conc. Sueſſ. III. Carolus Caluus præſidij cauſa ſecedit in caſtrum Lugiæ quod eſt in finibus Aqitaniæ, VVlgrinus Comes Engoliſmenſis Ranulfus Dux Aquitaniæ cum Roberto Marchione Franciæ cæſus à Normannis. 224

V. VVlfadus Bituricenſis Epiſcopus, Boſo Comes Bituricenſis idemque Dux Aquitaniæ, tum Dux Ticinenſis & Ducali Corona adornatus tandem Rex Prouinciæ, inde Ludouicus Boſonis filius Aquitanorum princeps dictus, Frotharius Burdegalenſis Epiſcopus poſt varias repulſas, in Pontigonenſi & Ticinenſi ſynodis, à Ioanne VIII. Pontifice in Bituricenſem ſedem tranſlatus moleſtiæ illatæ Frothario à Bernardo Comite Aruernorum, Pictauis oppidum à Normannis expugnatum, res Pictauienſis Eccleſiæ poſtulante Ecfrido Epiſcopo ſub tuitionem ſedis Apoſtolicæ ſuſceptæ, Normannica clades Eccleſiarum & Monaſteriorum Galliæ & Aquitaniæ, conſpiratio in Carolum Caluum cuius principes fuere Bernardus Comes Aruernorum & Bernardus Marchio Gothiæ. 233

VI. Hugo Abbas & Bernardus Comes Aruernorum adhibiti conſiliis Ludouici Balbi, Diuiſio regni inter Ludouicum & Carlomannum Balbi liberos Ludouico Francia, & Neuſtria, Carlomanno ceſsit Burgundia, & Aquitania. Bernardus Comes Aruernorum Baiulus ſeu tutor Ludouici, Frotharius Bituricenſis Epiſcopus ſacris interdictus. 240

VII. Odo Comes Pariſienſis & Dux Aquitaniæ è tutore Caroli Simplicis in Regem

Digitized by Google

Regem eleuatus, quamplures Aquitaniæ vrbes à Normannis euerſæ, cum his Caſsinogilum Caroli M. Palatium in pago Aginnenſi. Reliquiæ S. Martialis ſecuritatis cauſa è Lemouico Torinam tranſlatæ, prælium aduerſus Normannos in loco cui nomen Deſtricias apud Lemouices vulgo Deſtreſſes. Ranulfus II. Dux Aquitaniæ Ranulfus cum fratribus rebellat aduerſus Odonem, Robertus Pictauienſi Comitatu donatus, VVillelmus Comes Aruernorum & Biturigum, eius Honores Hugoni dati ab Odone Hugonis obitus, Carolus Simplex regno reſtitutus, Aquitania Odoni relicta. Ranulfus veneno ſublatus, Eblus eius filius Dux Aquitaniæ & Comes Pictauienſis. Ranulfo vxor fuit Adella Rollonis filia. 244

VIII. Ebalus vnus è fratribus Ranulfi poſt eum Dux Aquitaniæ. Ademarus Comes Pictauienſis. 251

IX. VVillelmus Comes Aruernorum, poſt Ebalum Dux Aquit. VVillelmi Ducis parentes, Ebalus filius Ranulfi VVillelmo Duci Aquitaniæ educandi cauſa traditus. Dolenſe Monaſterium fundatur in Biturigibus Odonis mors ſine liberis. Carnutes obſeſsi à Normannis liberati Ebali Comitis Pictauienſis ſuppetiæ aduerſus Normannos. Monaſterium S. Crucis Burdegalenſis à Normannis euerſum à Guillelmo Comite Burdegalenſi inſtauratum. Ecfridus Pictauienſis Epiſcopus. Per eadem tempora à Iacobo Bergomate falſo memoratur Berardus Pictauienſis Epiſcopus. 252

X. VVlgrini Comitis Engoliſmenſis obitus, eius liberi Alduinus Comes Engoliſmenſis, & VVillelmus Comes Petrogoricenſis & Aginnenſis, ſæua fames & lues in tractu Engoliſmenſi ob ſacrum lignum Crucis Carrofenſis Monaſterij apud Engoliſmam cuſtodiæ cauſa depoſitum, retentum. S. Theodardus Narbonenſis Archiepiſcopus Aquitanus, olim Monachus cœnobij S. Martini in finibus Cadurcorum, quod ab eo dictum eſt cœnobium S. Theodardi, è cuius initiis ſurrexit Montis albani oppidum, VVillelmus Comes Aruernorum & Dux Aquitaniæ Cluniacenſe cœnobium ab eo fundatum & dotatum, eiuſdem exemptio. Geraldus Comes Aureliacenſis reſpuit nuptias ſororis VVillelmi Ducis, idem fundat Monaſterium Aureliacenſe, VVaſsi Regij à Marchionibus vſurpati, Geraldi fides in Regem, Odo Aquitanus Abbas Cluniacenſis, eius educatio, ſtudia, & progreſſus, hic religionis inſtaurator, Alduini Comitis Engoliſmenſis obitus, ei ſuccedit VVillelmus Sector ferri ipſius filius, vnde cognomen, Geraldi Aureliacenſis obitus. Monaſterium S. Eparchij reformatur ſtudio VVillelmi Comitis. 257

XI. Normanni infeſti Aquitaniæ Coniectum genus tributi impoſitum, ad redimendas incurſiones Normannorum. VVillelmus Dux Aquitaniæ Ro-

Digitized by Google

dulſo Regi fidem & hominium præſtat & in præmium recipit Comitatum Bituricenſem paulo ante ei ademptum, VVillelmi Ducis variæ ditiones in Gothia & Burgundia. Hungarorum irruptio in Galliam, VVillelmi Ducis à Rodulfo Rege defectio, VVillelmus Dux defunctus ſine liberis, ſucceſſore Ebalo ſeu Eblo Ranulfi filio, eius ſepultura in baſilica Iuliani Martyris apud Briuatenſem vicum Aruernorum. 269

XII. Ebalus II. Dux Aquitaniæ, & Comes Aruernorum Ludouicus Aquitanorum princeps quis ſit. Arelatenſes & Toloſani Comites Ducum Aquitaniæ nomen affectarunt. Sauaricus Vicecomes Thoarcenſis, Normanni à Rodulfo Rege fuſi Aquitani in ordinem redacti, Ademari Comitis Pictauienſis obitus, eius & Sanciæ coniugis beneficia in plures Eccleſias Aquitaniæ, Lupus Acinarius Dux Vaſconum. 273

XIII. VVillelmus II. cognomine Caput-ſtupæ Dux Aquitaniæ, & Eblus Epiſcopus Lemouicenſis Ebli Ducis liberi, Ebli Lemouicenſis res & geſta, Benedictus ipſius Chorepiſcopus. VVillelmus Dux vxorem duxit Adelam ſeu Gerloc filiam Rollonis Ducis Normannorum, Gemiticenſe cœnobium Normanniæ reſtitutum per Monachos S. Cypriani Pictauienſis. 278

XIV. VVillelmi Ducis & Aquitanorum fides & ſtudium in Regem, Stephanus Epiſc. Aruernorum bene meritus quoque de Rege, Hungarorum irruptio in Aquitaniam, Aquitania Hugoni Duci Francorum datur ſine re & effectu. Lotharij & Hugonis expeditio in Aquitaniam, Pictauis oppidi obſidio, non ſine miraculo ſoluta. Hugo Capetius Pictauienſi Comitatu donatur, VVillelmus ſub vitæ finem Monaſticen profeſſus, vnde illi cognomen caput ſtupæ, Vaſcones quadrinomines. 282

XV. VVillelmus III. Dux Aquitaniæ, eius vxor Emma filia Theobaldi Comitis Campaniæ, Arnaldus filius VVillelmi Sectoris ferri Comes Engoliſmenſis, Monaſterium S. Amantij fundatur ab Arnaldo Comite Gonbaldus Epiſcopus Vaſatenſis, & Sancius Dux Vaſconiæ fratres inſtauratores Monaſterij Squirs dicti ſeu de regula ſuper Garumnam, Petri Vrſeoli Ducis Venetorum ſeceſſus & pœnitentia in Monaſterio S. Michaëlis de Cuſano in Vaſconia, Sancij Ducis nefarium ſcelus. Sarracenorum iterata irruptio tentata in Aquitaniam, Dedicatio Cluniacenſis Cœnobij per Hugonem Archiepiſcopum Bituricenſem, Monaſterium S. Seuerini in Diœceſi Adurenſi fundatum à Sancio Duce. 291

XVI. Ludouicus Lotharij filius vxorem ducit puellam Aquitanicam quæ ab eo non diu poſt diuertit. Bellum inter Geraldum Vicecomitem Lemouicenſem & Boſonem Marchiæ Comitem, VVillelmus Dux Aquitaniæ vnus ferè è Francis Hugonis Capetij iugum detrectat, vnde ſecutum bellum Aqui-

tanicum, & obſidio Pictauis *oppidi, Borrellus Comes Barcinonenſis ab Hugone euocatur ad delectum belli* Aquitanici *Bellum inter VVillelmum Ducem, & Gaufridum Griſogonellam* Comitem Andegauenſem, *Burgolienſe Cœnobium in pago* Andegauenſi *fundatur à VVillelmo Duce cum Emma coniuge, Gerbertus* Aquitanus *Monachus* Aureliacenſis, *Magiſter Roberti, & Othonis III. tandem Romanus* Pontifex, *nomine Sylueſtri II. Odilo* Aruernus Abbas *Cluniacenſis. VVillelmi Ducis obitus & ſepultura in Monaſterio S. Maxentij.* 296

LIBER NONVS.

CAP. I. V*VILLELMVS* IV. *Dux* Aquitaniæ, & Adelmodis *eius vxor. VVillelmo bellum infertur ab Aldeberto Comite Petrogoricenſi, Taronum oppidum captum ab Aldeberto Comite, eiuſdem traſonicum reſponſum ad Robertum Regem, & alia geſta VVillelmi Ducis.* 305

II. *Hildegarius Lemouicenſis Epiſcopus dimiſſo Epiſcopatu ſecedit in Monaſterium S. Dioniſii, poſt eum* Alduinus *ordinatur Lemouicenſis Epiſcopus. Ducum poteſtas in electione Epiſcoporum, VVillelmus Comes Engoliſmenſis, Lues ſaua in pago Lemouicenſi ignem ſacrum vocabant, numinis placandi cauſa ſolennes litæ ſeu proceſſiones indictæ, Monaſterium* Agentenſe Canonicis *regularibus reſtituitur, interdictum Eccleſiæ miſſum ab Alduino Epiſcopo Lemouicenſi perperam recens inuentum creditum ab* Ademaro, *eſus carnium permiſſus ab* Alduino *in ſumma annonæ difficultate Guido Vicecomes Lemouicenſis, Grimoaldus Engoliſmenſis Epiſcopus ſibi vindicat Monaſterium S. Eparchij, huius Monaſterij* Aduocatus *& defenſor Comes Engoliſmenſis.* 308

III. *Conſtantia vxor Roberti è partibus* Aquitaniæ. *Hac occaſione* Aquitani *in aula, eorum ingenium & mores contagio noxij dira fames in Gallia &* Aquitania, *Odilonis* Abbatis *Cluniacenſis ope & ſubſidio ſubbleuatur, Varia concilia de pace reformanda in Gallia. Ademarus filius VVidonis Vicecomitis Lemouicenſis Brociam caſtrum occupat. Idem poſtea receptum ab Hugone Gargilenſi.* 315

IV. *Grimoardus Lemouicenſis Epiſcopus à VVidone Vicecomite captus & in cuſtodiam truſus, iudicium* Pontificis *de VVidone,* Abbo Abbas *Floriacenſis Monaſterium Regulæ ſuper Garumnam reformationis cauſa iterum, luſtrat Bernardus & Sancio filij VVillelmi Duces Vaſconiæ,* Abbonis

Digitized by Google

Martyrium apud Monaſterium Regulæ, de eius nece pœnas ſumpſit Bernardus Dux Vaſconiæ. Idem Abbo ſepultus cum veſte cruenta, vt de cæſis moris erat. 320

V. Bernardus ex Abbate Solemniacenſi tum Bellilocenſi Epiſcopus Cadurcenſis. Gauzlenus filius naturalis Roberti Regis ex Abbate Floriacenſi Archiepiſcopus Bituricenſis ob labem natalium vix admiſſus à clero & plebe. Vindiciæ Apoſtolatus S. Martialis. Bernardus Dux Vaſconum, ei ſuccedit Sancius frater Briſca ſecunda vxor VVillelmi Ducis ſoror Sancij ex qua ſuſceptus Odo Sepulchrum S. Eparchij Engoliſmenſis miraculis illuſtratur, VVillelmus Comes Engoliſmenſis vxorem duxit Gerbergam ſororem Fulconis Comitis Andegauenſis, ex qua ſuſcepti Hilduinus & Goffridus. 327

VI. VVillelmi Ducis pietas, amici, & clientes, Idem litteras & litteratos amat imprimis Gaufridum Monachum cognomine Platonem, & Fulbertum poſtea Carnotenſem Epiſcopum, quem donauit Theſauraria S. Hilarij Pictauienſis, VVillelmus Dux Fulbertum conſulit ſuper forma fidelitatis clientelaris. Eiuſdem Ducis beneficia in varia Monaſteria, Monaſterium S. Cypriani Pictauienſis ſubiectum Cœnobio Cluniacenſi, Malleacenſe & Burgulienſe Monaſteria condita à VVillelmo Duce, vel Malleacenſe veriùs inſtauratum. 333

VII. Res armis geſtæ à VVillelmo Duce, VVillelmus Dux VVillelmi Comitis Engoliſmenſis conſilio vſus, eundem ornat multis beneficiis. Honor pro feudo, Bellum inter Alduinum Lemouicenſem Epiſcopum, & Iordanum principem Cabanenſem Corpus S. Valerici Lemouicum deportatum, ac rurſus ſuo loco redditum, Excurſione facta a Danis in Aquitaniam ab his capta Emma Vicecomitiſſa Lemouicenſis. Boſonis II. Comitis Petrocoriorum & Marchiæ res vti diuiſæ inter Heliam eius filium, & Bernardum nepotem ex fratre Adelberto Comite. Varia prodigia viſa in Aquitania Iudæi pulſi vrbe ab Hilduino Lemouicenſi Epiſcopo. 339

VIII. Rodulfi Petrocoricenſis Epiſcopi obitus, ei ſuccedit Arnaldus, & ordinatur à Siguino Burdegalenſi Archiepiſcopo. Gaubertus dominus caſtri de Mala-morte poſt obitum miraculis clarus. VVillelmi Ducis peregrinatio ad limina Apoſtolorum, ſepulchrum S. Martialis miraculis illuſtratur, Alduinus Lemouicenſis Epiſcopus decedit, ei ſuccedit Geraldus ipſius nepos, eius ordinatio, & ſolemnis inſtallatio, Miſsio in poſſeſsionem per traditionem clauium, tactum ſerræ oſtij, vel funis campanæ Baſilica S. Martialis inſtauratur, & polluta reconciliatur Aquitania fœdata hæreſi Manicheorum, beneficia à VVillelmo Duce Aquit. poſſeſſa in Burgun. 348

Digitized by Google

IX. *Odo Comes Dolenſis capit Argentomum caſtrum, idem commendatur de fide erga VVillelmum Ducem. Eccleſia Engoliſmenſis dedicata, Gilberto* Pictauienſi *Epiſcopo ſuccedit Iſembertus, de quo Fulberti teſtimonium Iudæus quot annis in die Paſcha in Baſilica S. Stephani alapâ feritur ex ritu ſolemni, quâ de cauſa? Sarracenorum irruptio in oram Narbonenſem, Normannorum prædonum irruptio in Aquitaniam, S. Ioannis Baptiſtæ caput Angeriaci inuentum, & ſolemniter oſtenſum.* Concilium Angeriacenſe *pro vindiciis reliquiarum eiuſdem Sancti.* 355

X. *Leonardus apud Lemouices, & S.* Antoninus *apud* Cadurcos *miraculis clari.* Angeriacenſe *Monaſterium reformatur ab Odilone* Abbate *Cluniacenſi. Rixa inter Angeriacenſes Monachos, & VVillelmi Ducis familiares,* Pictauis *oppidi incendium, Geraldi Lemouicenſis Epiſcopi obitus apud Carroffum, Iordanus in eius locum eligitur & inueſtiturâ per baculum acceptâ à VVillelmo Duce conſecratur, interdicto miſſo à Gauzleno* Archiepiſcopo *Bituricenſi, quod abſque eo conſecratus eſſet, eidem reconciliatur,* Carrofenſe *Monaſterium reformatur operâ & ſtudio VVillelmi Ducis.* 363

XI. *Aymerici* Ranconenſis *perfidia aduerſus VVillelmum* Comitem *Engoliſmenſem, lis inter VVillelmum Vice-comitem Martiliacenſem & Fratres de caſtro Roffiaco. Mortuâ* Sanciâ *VVillelmus Dux tertiam ducit vxorem* Agnetem *nomine filiam Othonis VVillelmi Ducis Burgundiæ, ex qua ſuſcepti gemini liberi,* Petrus *cognomine* Acerrimus, *& Gaufredus cognomine VVido. Hugoni* Abbati *S. Martialis ſuccedit Odolricus, fabuloſa Sancij* Regis Arragonum *expeditio in Vaſconia, VVidonis Vicecomitis Lemouicenſis obitus ſucceſſore* Ademaro *filio.* Hebertus Comes *Cenomanenſis dolo captus à Fulcone* Comite Andegauenſi. 371

XII. Roberti *&* Conſtantiæ *vota diuiſa de ſucceſſore regni VVillelmus Dux curia abſtinet inuidiæ amoliendæ cauſa VVillelmi* Comitis *Engoliſmenſis peregrinatio Hieroſolymitana, Odo* Comes *Dolenſis & alij peregrinationis ſocij in* Aquitania *triduo pluit ſanguine VVillelmus* Comes *maleficis artibus perit, eiuſdem pia dona in Eccleſiam.* 380

XIII. *VVillelmo* Comiti *Engoliſmenſis ſuccedit* Alduinus *è liberis natu maximus. Diſcrimen inter* Alduinum *& Ioffredum fratres de Blauia caſtro.* Alduini Comitis *beneficia in* Abbatem *S. Martialis, Iſemberti E.* Pictauienſis *Iordani Lemouicenſis iter Hieroſolymitanam* Conc. Pictauienſe *pro vindiciis* Apoſtolatus *ſancti Martialis,* Synodus *Caroffenſis. Gauslenus Bituricenſis* A. *interfuit dedicationi baſilicæ S. Aniani Aurelianenſis Siguino Burdegalenſi* Archiepiſcopo *ſuccedit* Acius, *paulo poſt* Acio *Ga-*

Digitized by Google

thefredus , Synodus Lemonicenſis propter dedicationem , Baſilicæ S. Salnatoris , VVillelmi Ducis obitus eius vxor & liberi, Fabella de Meluſinâ exploditur. 386 & 387

XIV. VVillelmus V. Dux Aquitaniæ Pontius Comes Aruernenſis excommunicatus à Stephano Aruernenſi Epiſcopo ob dimiſſam vxorem , & ſuperductam pellicem Controuerſia de apoſtolatu S. Martialis , Pontij Comitis abſolutio ſubreptia ſynodus Lemonicenſis I. & II. & Bituricenſis vtraque collecta pro vindiciis apoſtolatus S. Martialis & pace tuenda Agnes VVillelmi IV. Ducis vidua enubit Gaufrido Martello Comiti Andegauenſi inde ortum bellum inter VVillelmum V. Ducem , & Gaufredum, VVillelmi Ducis captiuitas & obitus, Ramirus Rex Arragonum vxorem ducit Bernardi Rogerij Bigeronum Comitis filiam , nomine Gisbergam primum , poſtea Ermeſendem. 394 & 395

LIBER DECIMVS.

Cap. I. ODo I. germanus VVillelmi V. Dux Aquitaniæ eius infelix caſus. Authoris iudicium de Bochetio. Petrus VVillelmus VI. cognomine Acer Dux Aquitaniæ Vindocinenſe Monaſterium fundatum à Gaufrido Martello Comite Andegauenſi & Agnete eius coniuge, primum nuptâ VVillelmo IV. Duci Aquitaniæ , Hocce Monaſterium exemptum vnde dicitur Alodium S. Petri. Henrici III. Imp. nuptiæ cum Agnete natâ VVillelmi IV. Ducis Aquitaniæ. Gaufridus Martellus Theobaldum Comitem Bleſenſem vrbe Turonum incluſum vnà cum vrbe capit, Gaufredo Comiti Engoliſmenſi ſuccedit Fulco eius filius, eiuſdem geſta in Pictones , ab eodem caſtrum Mauritaniæ apud Santones obſidione liberatur, Galterius Abbas Stirpenſis ſanctitate clarus , Robertus fundator & primus Abbas Monaſterij Caſæ Dei in Aruernis. 401 & 402

II. Ermeſindis vxor VVillelmi VI. Ducis cognata Agnetis Auguſtæ dicta Petro Damiani Cognati id eſt affines. Comites Campaniæ vnde Palatini dicti , Agnes Auguſta Henrici IV. filij impuberis tutelam ſuſcipit, Stephanus de Mureto fundator Ordinis Grandimontenſium. Grandimontenſes Boni homines dicti VVillelmi VI. Ducis obitus , Ermeſendis eius vidua Deo ſe dicat. 408

III. Guido cognomine Gaufridus Guillelmus VII. Dux Aquitaniæ. Guillelmi nomen Gentilitium Ducibus Aquitaniæ, & familiare huiuſce ætatis

Digitized by Google

optimatibus. Guidonis geſta ante principatum, VVido adeſt inaugurationi Philippi I. Synodus Iaccenſis cui præfuit Auſtindus Auxitanus Archiepiſcopus. Auxitanorum ciuitas Metropolis totius Vaſconiæ. Balduinus Comes Flandrenſis Procurator Regni, ſpecie delectus in Sarracenos Vaſcones tumultuantes compeſcuit, VVido Dux bello petit Hugonem de Liziniaco. Guillelmus Epiſcopus Engoliſmenſis eiuſque geſta. 413

IV. Bellum inter Vuidonem Ducem, & Gaufredum, ac Fulconem Comites Andium. Santonum oppidum à Vuidone Duce obſeſſum, & deditione receptum. Agnes Auguſta Romam ſecedit, cum Ermeſinde cognatâ ſuâ. Vuidonis Ducis expeditio in Sarracenos Hiſpaniæ incubatores, variæ Gallorum per id temporis expeditiones in Sarracenos liuore ab Hiſpanicis ſcriptoribus ſilentio prætermiſſæ, Harum expeditionum occaſione ſæuitum in Iudæos. Dedicatio baſilicæ Moyſiacenſis. Durannus Abbas Moyſiacenſis, tum Epiſcopus Toloſanus. 420

V. Salmurum caſtrum ad Ligerim igni ſuccenſum à Vuidone Duce. Vuido Dux dimiſſa Mathilde coniuge ſuperducit Aldeardim natam Roberti Ducis Burgundiæ, Lucionenſe caſtrum à Vuidone Duce expugnatum. Monaſterium nouum in ſuburbio Pictauienſi à Vuidone Duce fundatum, & dotatum. Ab eodem fundatum Monaſterium S. Gemmæ in pago Santonenſi. Alfonſus Rex Caſtellæ vxorem ducit filiam Vuidonis Ducis ex Mathilde. Monomachia iudicium pro lege Romanâ, Arnolfus Santonenſis Epiſcopus ob ſimoniam depoſitus, Goderannus ex Monacho Santonenſis Epiſcopus. Gauterij Abbatis Stirpenſis obitus. Vuillelmus VIII. à Vuidone Duce ſuſceptus ex Aldeardi. Iudicium de iniuſtis nuptiis Vuidonis Vuillelmi Ducis à Gregorio VII. mandatum Amato Oleronenſi Epiſcopo Legato Aquitaniæ, & Gozcelino Archiepiſcopo Burdegalenſi. Vuidonis Ducis ſtudium erga Eccleſiam Romanam Iſembertus Pictauienſis Epiſcopus ſuſpenſus in ſpiritualibus & temporalibus. Guillelmus Auſcienſis Archiepiſcopus, & Pontius Epiſcopus Bigorritanus ob leuiorem cauſam depoſiti reſtituti. 426 & 427

VI. Synodus Romana in quâ actum de Canonicorum Pictauienſium iure celebrandi certis diebus, in Eccleſiâ S. Hilarij licet exemptâ. Guillelmo Auſcienſi Archiepiſcopo inobedientes ſuffraganei coërcentur. Vuillelmus Dux Henrico IV. Imp. bello Saxonico diſtricto ſubſidium militare denegat. Goderanni Santonenſis Epiſcopi obitus. Concil. Pictauienſe in quo hæreſis damnatus Berengarius, Monaſterium nouum Pictauienſe traditum Cluniacenſibus. Guillelmo Engoliſmenſi Epiſcopo ſucceſsit Ademarus eius frater eiuſdem inſanum ſtudium in Monachos. Monaſt. Syluæ ma-

ioris in Diœceſi Burdegalenſi à S. Gerardo Abbate fundatum Agnetis Auguſtæ obitus Amatus Epiſcopus Oleronenſis, & Abbas S. Pontij Tomerienſis à Gregorio VII. legati miſsi in Hiſpaniam Richardus Bituricenſis Archiepiſcopus, Centullus Comes Bearnenſis cognatam quam vxorem duxerat dimittere compellitur Conc. Pictauienſe Hugo Liziniacenſis vi occupat bona Drogonis de Cöcquo, huius rei cognitio mandata Iſemberto Pictauienſi Epiſcopo. Iura Aureliacenſis Monaſterij vindicantur ab Abbate Pezanenſi, & Vicecomite. Carlatenſi. Synodus Romana in qua actum de iuribus Lemouicenſis eccleſiæ. Richardus Bituricenſis Archiepiſcopus non iure ſuſpenſus reſtitutus. Donatio Vindocinenſi Monaſterio rata facta per viridem ſcirpum. 433 & 434

VII. Concilium Burdegalenſe, Bernardus Archiepiſcopus Toletanus patriâ Aquitanus, per eum in Hiſpania reſtituta religio Monaſtica, aſcitis ex Aquitania præſtantioribus Monachis. Burdinus Antipapa Lemouicenſis Concil. Exoldunenſe in Bituligibus. Cenſus annuus à Gregorio VII. indictus in ſingulas domos in Galliâ, ac trinæ eius cenſus ſtationes poſitæ prima apud Aquiſgranum, ſecunda apud Podium Vellaunorum, tertia apud fanum S. Ægidij. Podium Vellaunorum, & fanum S. Ægidij loci religione celeberrimi. Obſidio Lemouicenſis oppidi. Concil. Exoldunenſe II. Concilium Santonenſe in quo Monaſter. Regulæ per Vaſatenſem Epiſcopum vindicatum à Floriacenſibus. Hunaldus Abbas Moyſiacenſis Andrenſe & Hamenſe Monaſteria à Carroffenſibus Monachis inſtituta. Vodalrici Abbatis S. Galli peregrinatio ad S. Fidis Virginis & Martyris Aginno in Aquitania. Vuidonis Ducis Gozcelini Burdegalenſis Arch. Iſemberti Pictauienſis E. obitus, Vuidonis Ducis liberi Guillelmus & Hugo. 442

VIII. Guillelmi VIII. Ducis principatus. Gallorum expeditiones in Sarracenos. Aldebertus Comes Marchiæ, & Boſo eius filius Concil. Santonenſe Amatus ex Oleronenſi E. Burdegalenſis A. Cultus D. Antonij apud Viennam. ſolenne iuſiurandum per caput D. Antonij. Concil. Toloſæ habitum ab Vrbano II. Boſonis Comitis Marchiæ obitus Leuterius Bituricenſis Archiepiſcopus. Petrus de Stellis fundator Monaſt. S. Mariæ Fontis Gombaudi, & ſocius Bernardi Abbatis Tyronenſis, Cluniacenſe Monaſt. inſtauratum ab Alphonſo Rege Hiſpaniæ, Guillelmus vxorem ducit Philippiam natam vnicam Guillelmi Comitis Toloſani Comitatus Toloſanus a Guillelmo Duce inuadiatur Raimundo Comiti S. Ægidij. Hildebertus Abbas Dolenſis, tum Archiepiſcopus Bituricenſis. Caſalis Benedicti Cœnobium in pago Bitur. fundatur ab Andrea Vallis Brucciorum. 450

IX. Bernardus

Digitized by Google

IX. *Bernardus Abbas Tyronenſis. Philippus I. excommunicatus in Auguſtodunenſi Synodo. Synodus Claromontenſis habita ab Vrbano II. eiuſdem Pontificis iter ad ædem S. Mariæ apud Anicium. Canonum Synodi Claromontenſ. breuiarium, in hac Synodo inſtitutum ſolenne ſacrum Mariæ Virginis in ſingulis Eccleſiis cathedralibus & collegiatis. In hac Synodo Guimundus ordinatus Epiſcopus Auerſanus Apuliæ, malè Aruernenſem credidit Io. Sauaro. In eadem Synodo decretum ſacrum bellum aduerſus Sarracenos, expeditionis Duces Godefredus Bullonius & alÿ. Ademarus Podienſis Epiſcopus Legatus Sedis Apoſtolicæ in ſacra expeditione. Baſilica S. Martialis dedicatur ab Vrbano II. Vmbaldus Lemouicenſis Epiſcopus ab eodem deponitur.* 458

X. *Monaſterium nouum Pictauienſe dedicatur ab Vrbano II. Concil. Turonenſe ab eodem Pontifice habitum. Audebertus Bituricenſis A. eius ſucceſſor Leodegarius. Priuilegium Monaſt. S. Crucis Burdegalenſ. Mathildis eadem quæ Philippia. Gulferius de Turribus miles Lemouicenſis. Ademari Podienſis obitus Sudarium Chriſti apud Cadonienſe Monaſter. Petrocoriorum VVillelmi Ducis liberi ex Philippia VVillelmus, Raimundus Princeps Antiochenus, Henricus, Agnes ſeu Mathildis primum nupta Aymerico Vicecomiti Thoarcenſi, altera Agnes. Hieroſolyma capta Duce Godefredo. Gaſtonis Benearnenſis inſignis opera in expugnatione vrbis.* 466 & 467

XI. *Agnes nata VVillelmi Ducis primum nupta Hildefonſo Galliciæ Regi ſecundo nubit Heliæ de Flechia Comiti Cenommanenſi. Simon Aginnenſis Epiſcopus ei ſuccedit Geraldus. Concil. Pictauienſe in quo Philippus tertiùm excommunicatus, eidem Concilio interfuere Bernardus Tyronenſis, & Robertus de Arbriſſellis. Eiuſdem Concilÿ varÿ Canones Anſelmus Cantuarienſis Archiepiſcopus exulans in Gallia de morte Guillelmi Rufi Regis Anglorum nuncium accepit apud Monaſt. Caſa Dei in Aruernis.* 473

XII. *VVillelmus Sector ferri Comes Engoliſmenſis Ademarus Engoliſmenſis Epiſcopus. VVillelmi Ducis expeditio in Syriam, Herpinus Comes Bituricenſis vnus è ſociis expeditionis Comitatum venditat Philippo Regi pecuniæ curandæ cauſa in ſumptum militiæ. Amati Burdegalenſis Arch. obitus ei ſuccedit Arnaldus. Expeditionis VVillelmi Ducis infelix exitus. Die Paſchæ ſacer ignis de cælo lapſus apud Hieroſolymam. Hugo Lizianenſis caſus in prælio apud Ramulam ibidem captus Herpinus Comes. Abſente peregre VVillelmo Duce Mathildis ſeu Philippia eius vxor res adminiſtrauit, VVillelmi Ducis reditus in Galliam, eiuſdem de aduerſis*

Digitized by Google

ludi rhytmo, & modulato carmine, Herpinus poſtliminio ereptus ab hoſtibus Monachum profitetur Cluniaci. 481

XIII. *Bellum inter VVillelmum, & Gaufredum Martellum Comitem Andegauenſem, Boamundus princeps Antiochenus ex voto peruenit ad ſancti Leonardi apud Lemouices. Fulco Comes Andegauenſis traditus VVillelmo Duci ſecuri conductus gratiâ Concil.* Pictauienſe, *Hugonis Liziniacenſis obitus. Bellum inter VVillelmum Ducem, &* Hugonem *Liziniacenſem Eccleſiæ vrbis Exea in Hiſpania vnitæ* Cænobio Syluæ *maioris in agro Burdegalenſi, in præmium militiæ Aquitanorum aduerſus* Sarracenos. *Petri Santonenſis Epiſcopi obitus, ei ſuccedit Rainaldus. Synodus Lateranenſis in qua reuocatum* Paſchalis *II. priuilegium de inueſtituris laïcis. Huic Concil. interſuit Gerardus Engoliſmenſis E. & Apoſtolicæ Sedis Legatus in Aquitaniâ. VVillelmus Dux excommunicatus ob illicitas nuptias cum Malbergione comitiſſa* Caſtri *Airaldi, eiuſdem praui mores, & dicteria.* 489

XIV. *Ingenium & mores VVillelmi Ducis, eiuſdem vernacula carmina. Hac ætate poëtices ſtudium reſtitutum, maxime Toloſæ, Poëtæ Dictatores dicti, ortus Rytmicæ poëſis VVillelmi Ducis forma commendatur.* 498

XV. *Aquitanorum expeditio Hiſpanica aduerſus Sarracenos, cuius Duces Gaſto Benearnenſis & alij. Bernardi Athonis Vicecomitis* Carcaſſonenſis *fœdus cum VVillelmo Duce. Petri Pictauienſis Epiſcopi obitus. Roberti de Arbriſſellis, & Bernardi Tyronenſis obitus. Guillelmi Pictauienſis & Petri Santonenſis Epiſc. ordinatio. Aimericus Claremontenſis Epiſcopus. Notatur labes Claremontenſis Eccleſiæ Concilium Toloſanum, & Engoliſmenſe Audebertus Aginnenſis Epiſcopus ordinatur VVillelmi Ducis prælium cum Symone Parthenacenſi, VVillelmus Dux & alij Aquitani pugnant pro Hiſpanis aduerſus Sarracenos Cæſarauguſta Aquitanorum ope à Sarracenis armis recepta Regiones vrbis in præmium militiæ Gaſtoni Benearnenſi & Rotroni Perticenſi conceſſæ. Synodus Rhemenſis cui interfuere Leothericus Bituricenſis A. & Gerardus Engoliſmenſis E. & Legatus Sedis Apoſtolicæ in Aquitania. Petrus de Bruis hæreſis auctor in Nouempopulonia. Iterum à VVillelmo Duce pugnatum aduerſus Sarracenos. Henricus Angeliacenſis Abbas. Stephanus Abbas & Fundator Obazynæ Monaſt. in Lemouicibus. Centullus Bigeronum Comes bene meritus de* Hiſpanis *in bello aduerſus Sarracenos. Vallis Eciæ quæ eſt Pyrenei incolis vectigalia remiſſa. Gaſto Benearnenſis pro* Hiſpanis *certat aduerſus Sarracenos. Guillelmi Giſleberti Pictauienſis Epiſcopi obitus, VVillelmi Ducis obitus.* 505 & 506

Digitized by Google

XVI. *Stephanus Aruernenſis E. ſede ſua pulſus ab Euſtachio Comite Aruernorum, à Ludouico Craſſo armis reſtitutus. Dedicationi Sagienſis Eccleſiæ adeſt Gerardus Engoliſmenſis E. & Legatus Aquitaniæ. Monaſterium de Cancellata in agro Petrocorienſi, Concilia duo ab Innocentio II. habita in Aquitania vnum apud Anicium alterum Claremonte aduerſus Petrum Leonis ſchiſmaticum. Gerardi Engoliſmenſis defectio ad partes Petri Leonis. Engoliſmenſis dolo deceptus VVillelmus Dux Schiſma fouet. Gerardo legatione ſubmoto ſuffectus eſt Gaufredus Carnotenſis Epiſcopus, Fulcherus Engoliſmenſis Tyrenſis Archiepiſcopus tùm Hieroſolymitanus Patriarcha. VVillelmus Dux à Bernardo Clareuallenſi tentatur de eiurando ſchiſmate Gaſto Benearnenſis cæſus in prælio aduerſus Sarracenos Secunda expeditio Ludouici Craſsi in Comitem Aruernorum pro tuendo Stephano Epiſcopo. Comes Aruernorum à VVillelmo Duce defenſus Legatis miſsis ad Regem. Centullus Benearnenſis cæſus in pugna aduerſus Sarracenos Monaſt. S. Martialis Lemouic. commendatur. VVillelmus Dux tandem diſcedit à Schiſmate ſingulari opera Bernardi Clareuallenſis & Gauffredi Carnotenſis. Idem fruſtra ante tentatum à Petro Abbate Cluniacenſi, & ab Hugone Duce Burgundiæ, Geraldi Engoliſmenſis infelix exitus. VVillelmus Dux præſto eſt Goffredo Comiti Andegauenſi aduerſus Normannos.* 517

XVII. *VVillelmi Ducis pœnitentia, & variæ opiniones de eius exitu, idem in Diuorum numerum relatus VVillelmo duæ filiæ ſuperſtites Eleënora, & Petronilla ſeu Aliſia quarum prior nupſit Ludouico Iuniori, altera Radulfo Comiti Veromanduenſi. Teſtamentum VVillelmi à Io. Haio proditum falſi conuincitur, VVillelmo duo fratres Raimundus Princeps Antiochenus, & Henricus, & vnica ſoror Mathildis nomine quæ primum Vicecomiti Thoarcenſi ſecundo nupſit Ramiro Regi Arragonum Vicecomes de Malo-leone.* 528

LOVIS par la grace de Dieu Roy de France & de Nauarre; A nos amez & feaux Conſeillers,les gens tenans nos Cours de Parlemens, Maiſtres des Requeſtes ordinaires de noſtre Hoſtel,Baillifs, Seneſchaux, Preuoſts, leurs Lieutenans & tous autres nos Iuſticiers & Officiers qu'il appartiendra, Salut. Noſtre cher & bien-amé Arnaud Colomiez Imprimeur du Roy & de l'Vniuerſité à Toloſe, nous a fait remonſtrer,qu'il deſireroit faire imprimer vn Liure intitulé *Rerum Aquitanicarum lib. quindecim in tres partes diſtincti, auctore Antonio Dadino Alteſerra*, s'il nous plaiſoit de luy accorder nos Lettres ſur ce neceſſaires, humblement requerant icelles. A ces cauſes, Nous auons permis & permettons par ces preſentes audit Colomiez d'imprimer ou faire imprimer, vendre ou debiter en tous lieux de noſtre obeïſſance ledit Liure, en tel volume, en telle marge, en tels caracteres, & autant de fois que bon luy ſemblera, durant l'eſpace de quinze ans entiers, & accomplis, à compter du iour que ledit Liure ſera acheué d'imprimer, pendant lequel temps, auons fait defenſes à tous Imprimeurs & autres perſonnes de quelque qualité & condition qu'elles ſoient, d'imprimer ou faire imprimer, vendre ny debiter ledit Liure durant ledit temps, en aucuns lieux de noſtre obeïſſance, ſans le conſentement de l'expoſant, ſous pretexte d'augmentation, correction, changement de titre, fauſſes marques, ou autrement, en quelque ſorte & maniere que ce ſoit, à peine de quinze cens liures d'amande, payables par chacun des contreuenans, & applicables vn tiers à Nous, vn tiers à l'Hoſtel Dieu de noſtre bonne ville de Paris, & l'autre tiers à l'expoſant; de confiſcation de tous les exemplaires contrefaits, & de tous deſpens dommages & intereſts: comme il eſt plus amplement contenu à l'Original. Donné à Paris le 22. iour d'Auril, l'an de grace 1648. Et de noſtre regne le cinquiéme.

Par le Roy en ſon Conſeil, COVPEAV.

Acheué d'imprimer, pour la premiere fois, le 25. Auril 1657.

RERVM

Digitized by Google

RERVM AQVITANICARVM. LIBER VI.

Capvt Primvm.

Aquitania Gothis tradita ab Honorio. Quota portio terrarum Gothis aſsignata. Aquitania per Clodoueum erepta à Gothis cæſo Alarico, Baſolus Dux Aquitaniæ, eius captiuitas in Monaſterio S. Petri Viui Senonenſis. S. Valericus ſanctitate clarus in pago Lemouicenſi.

ROMA à Gothis captâ, & vniuersâ Italiâ deuaſtatâ, Aquitania Gothis tradita ab Honorio, vt Prouinciæ damno, Italiæ matri Prouinciarum conſuleretur; & qui armis repelli minime poſſent conditionibus pacti recederent. Gothi pro Barbarorum ingenio, non vt colonos, ſed infenſiores hoſtes in hac prouincia ſe geſſerunt, vrbes vi

Digitized by Google

theſredus, Synodus Lemonicenſis propter dedicationem, Baſilicæ S. Salvatoris, VVillelmi Ducis obitus eius vxor & liberi, Fabella de Meluſinâ exploditur. 386 & 387

XIV. VVillelmus V. Dux Aquitaniæ Pontius Comes Aruernenſis excommunicatus à Stephano Aruernenſi Epiſcopo ob dimiſſam vxorem, & ſuperductam pellicem Controuerſia de apoſtolatu S. Martialis, Pontij Comitis abſolutio ſubreptia ſynodus Lemonicenſis I. & II. & Bituricenſis vtraque collecta pro vindiciis apoſtolatus S. Martialis & pace tuenda Agnes VVillelmi IV. Ducis vidua ennbit Gaufrido Martello Comiti Andegauenſi inde ortum bellum inter VVillelmum V. Ducem, & Gaufredum, VVillelmi Ducis captiuitas & obitus, Ramirus Rex Arragonum vxorem ducit Bernardi Rogerij Bigeronum Comitis filiam, nomine Gisbergam primum, poſtea Ermeſendem. 394 & 395

LIBER DECIMVS.

Cap. I. ODo I. germanus VVillelmi V. Dux Aquitaniæ eius infelix caſus. Authoris iudicium de Bochetio. Petrus VVillelmus VI. cognomine Acer Dux Aquitaniæ Vindocinenſe Monaſterium fundatum à Gaufrido Martello Comite Andegauenſi & Agnete eius coniuge, primum nuptâ VVillelmo IV. Duci Aquitaniæ, Hocce Monaſterium exemptum vnde dicitur Alodium S. Petri. Henrici III. Imp. nuptiæ cum Agnete natâ VVillelmi IV. Ducis Aquitaniæ. Gaufridus Martellus Theobaldum Comitem Bleſenſem vrbe Turonum incluſum vnà cum vrbe capit, Gaufredo Comiti Engoliſmenſi ſuccedit Fulco eius filius, eiuſdem geſta in Pictones, ab eodem caſtrum Mauritaniæ apud Santones obſidione liberatur, Galterius Abbas Stirpenſis ſanctitate clarus, Robertus fundator & primus Abbas Monaſterij Caſæ Dei in Aruernis. 401 & 402

II. Ermeſindis vxor VVillelmi VI. Ducis cognata Agnetis Auguſtæ dicta Petro Damiani Cognati id eſt affines. Comites Campaniæ vnde Palatini dicti, Agnes Auguſta Henrici IV. filij impuberis tutelam ſuſcipit, Stephanus de Mureto fundator Ordinis Grandimontenſium. Grandimontenſes Boni homines dicti VVillelmi VI. Ducis obitus, Ermeſendis eius vidua Deo ſe dicat. 408

III. Guido cognomine Gaufridus Guillelmus VII. Dux Aquitaniæ. Guillelmi nomen Gentilitium Ducibus Aquitaniæ, & familiare huiuſce ætatis

Digitized by Google

optimatibus. Guidonis geſta ante principatum, VVido adeſt inaugurationi Philippi I. Synodus Iaccenſis cui præfuit Auſtindus *Auxitanus Archiepiſcopus.* Auxitanorum *ciuitas* Metropolis *totius* Vaſconiæ. *Balduinus Comes Flandrenſis Procurator Regni, ſpecie delectus in Sarracenos Vaſcones tumultuantes compeſcuit, VVido Dux bello petit Hugonem de Liziniaco. Guillelmus Epiſcopus Engoliſmenſis eiuſque geſta.* 413

IV. *Bellum inter Vuidonem Ducem, & Gaufredum, ac Fulconem Comites Andium. Santonum oppidum à* Vuidone *Duce obſeſſum, & deditione receptum.* Agnes Auguſta *Romam ſecedit; cum Ermeſinde cognatâ ſuâ.* Vuidonis *Ducis expeditio in Sarracenos Hiſpaniæ incubatores, variæ Gallorum per id temporis expeditiones in Sarracenos liuore ab* Hiſpanicis *ſcriptoribus ſilentio prætermiſſa, Harum expeditionum occaſione ſæuitum in Iudæos. Dedicatio baſilicæ Moyſiacenſis, Durannus* Abbas *Moyſiacenſis, tum Epiſcopus Toloſanus.* 420

V. *Salmurum caſtrum ad Ligerim igni ſuccenſum à* Vuidone *Duce.* Vuido *Dux dimiſſa Mathilde coniuge ſuperducit Aldeardim natam* Roberti *Ducis Burgundiæ, Lucionenſe caſtrum à* Vuidone *Duce expugnatum. Monaſterium nouum in ſuburbio Pictauienſi à* Vuidone *Duce fundatum, & dotatum. Ab eodem fundatum Monaſterium S. Gemmæ in pago Santonenſi. Alfonſus* Rex Caſtellæ *vxorem ducit filiam* Vuidonis *Ducis ex Mathilde. Monomachiæ iudicium pro lege Romanâ,* Arnolfus Santonen*ſis Epiſcopus ob ſimoniam depoſitus, Goderannus ex Monacho Santonenſis Epiſcopus. Gauterij Abbatis* Stirpenſis *obitus.* Vuillelmus VIII. *à* Vuidone *Duce ſuſceptus ex Aldeardi. Iudicium de iniuſtis nuptiis* Vuidonis Vuillelmi *Ducis à Gregorio* VII. *mandatum Amato Oleronenſi Epiſcopo Legato Aquitaniæ, & Gozcelino Archiepiſcopo Burdegalenſi.* Vuidonis *Ducis ſtudium erga Eccleſiam Romanam Iſembertus* Pictauienſis *Epiſcopus ſuſpenſus in ſpiritualibus & temporalibus. Guillelmus Auſcienſis* Archiepiſcopus, *& Pontius Epiſcopus Bigorritanus ob leuiorem cauſam depoſiti reſtituti.* 426 & 427

VI. *Synodus* Romana *in quâ actum de* Canonicorum *Pictauienſium iure celebrandi certis diebus, in Eccleſia S.* Hilarij *licet exemptâ. Guillelmo Auſcienſi Archiepiſcopo inobedientes ſuffraganei coërcentur.* Vuillelmus *Dux* Henrico IV. *Imp. bello Saxonico diſtricto ſubſidium militare denegat. Goderanni* Santonenſis *Epiſcopi obitus.* Concil. *Pictauienſe in quo hæreſis damnatus Berengarius, Monaſterium nouum Pictauienſe traditum* Cluniacenſibus. *Guillelmo Engoliſmenſi Epiſcopo ſucceſſit Ademarus eius frater. einſdem inſanum ſtudium in Monachos. Monaſt. Syluæ ma-*

Digitized by Google

ioris in Diæceſi Burdegalenſi à S. Gerardo Abbate fundatum Agnetis Auguſtæ obitus Amatus Epiſcopus Oleronenſis, & Abbas S. Pontij Tomerienſis à Gregorio VII. legati miſsi in Hiſpaniam Richardus Bituricenſis Archiepiſcopus, Centullus Comes Bearnenſis cognatam quam vxorem duxerat dimittere compellitur Conc. Pictauienſe Hugo Liziniacenſis vi occupat bona Drogonis de Coëquo, huius rei cognitio mandata Iſemberto Pictauienſi Epiſcopo. Iura Aureliacenſis Monaſterij vindicantur ab Abbate Pezanenſi, & Vicecomite. Carlatenſi. Synodus Romana in qua actum de iuribus Lemouicenſis eccleſiæ. Richardus Bituricenſis Archiepiſcopus non iure ſuſpenſus reſtitutus. Donatio Vindocinenſi Monaſterio rata facta per viridem ſcirpum. 433 & 434

VII. Concilium Burdegalenſe, Bernardus Archiepiſcopus Toletanus patriâ Aquitanus, per eum in Hiſpania reſtituta religio Monaſtica, aſcitis ex Aquitania præſtantioribus Monachis. Burdinus Antipapa Lemouicenſis Concil. Exoldunenſe in Biturigibus. Cenſus annuus à Gregorio VII. indictus in ſingulas domos in Galliâ, ac trinæ eius cenſus ſtationes poſitæ prima apud Aquiſgranum, ſecunda apud Podium Vellaunorum, tertia apud fanum S. Ægidij. Podium Vellaunorum, & fanum S. Ægidij loci religione celeberrimi. Obſidio Lemouicenſis oppidi. Concil. Exoldunenſe II. Concilium Santonenſe in quo Monaſter. Regulæ per Vaſatenſem Epiſcopum vindicatum à Floriacenſibus. Hunaldus Abbas Moyſiacenſis Andrenſe & Hamenſe Monaſteria à Carroffenſibus Monachis inſtituta. Vodalrici Abbatis S. Galli peregrinatio ad S. Fidis Virginis & Martyris Aginno in Aquitania. Vuidonis Ducis Gozcelini Burdegalenſis Arch. Iſemberti Pictauienſis E. obitus, Vuidonis Ducis liberi Guillelmus & Hugo. 442

VIII. Guillelmi VIII. Ducis principatus. Gallorum expeditiones in Sarracenos. Aldebertus Comes Marchiæ, & Boſo eius filius Concil. Santonenſe Amatus ex Oleronenſi E. Burdegalenſis A. Cultus D. Antonij apud Viennam. ſolenne iuſiurandum per caput D. Antonij. Concil. Toloſæ habitum ab Vrbano II. Boſonis Comitis Marchiæ obitus Leuterius Bituricenſis Archiepiſcopus. Petrus de Stellis fundator Monaſt. S. Mariæ Fontis Gombaudi, & ſocius Bernardi Abbatis Tyronenſis, Cluniacenſe Monaſt. inſtauratum ab Alphonſo Rege Hiſpaniæ, Guillelmus vxorem ducit Philippiam natam vnicam Guillelmi Comitis Toloſani Comitatus Toloſanus a Guillelmo Duce inuadiatur Raimundo Comiti S. Ægidij. Hildebertus Abbas Dolenſis, tum Archiepiſcopus Bituricenſis. Caſalis Benedicti Cœnobium in pago Bitur. fundatur ab Andrea Vallis Brucciorum. 450

IX. Bernardus

IX. *Bernardus Abbas Tyronenſis. Philippus I. excommunicatus in Auguſtodunenſi Synodo. Synodus Claromontenſis habita ab Vrbano II. eiuſdem Pontificis iter ad ædem S. Mariæ apud Anicium. Canonum Synodi Claromontenſ. breuiarium, in hac Synodo inſtitutum ſolenne ſacrum Mariæ Virginis in ſingulis Eccleſiis cathedralibus & collegiatis. In hac Synodo Guimundus ordinatus Epiſcopus Auerſanus Apuliæ, malè Aruernenſem credidit Io. Sauaro. In eadem Synodo decretum ſacrum bellum aduerſus Sarracenos, expeditionis Duces Godefredus Bullonius & alÿ. Ademarus Podienſis Epiſcopus Legatus Sedis Apoſtolicæ in ſacra expeditione. Baſilica S. Martialis dedicatur ab Vrbano II. Vmbaldus Lemouicenſis Epiſcopus ab eodem deponitur.* 458

X. *Monaſterium nouum Pictauienſe dedicatur ab Vrbano II. Concil. Turonenſe ab eodem Pontifice habitum. Audebertus Bituricenſis A. eius ſucceſſor Leodegarius. Priuilegium Monaſt. S. Crucis Burdegalenſ. Mathildis eadem quæ Philippia. Gulferius de Turribus miles Lemouicenſis. Ademari Podienſis obitus Sudarium Chriſti apud Cadonienſe Monaſter. Petrocoriorum VVillelmi Ducis liberi ex Philippia VVillelmus, Raimundus Princeps Antiochenus, Henricus, Agnes ſeu Mathildis primum nupta Aymerico Vicecomiti Thoarcenſi, altera Agnes. Hieroſolyma capta Duce Godefredo. Gaſtonis Benearnenſis inſignis opera in expugnatione vrbis.* 466 & 467

XI. *Agnes nata VVillelmi Ducis primum nupta Hildefonſo Galliciæ Regi ſecundo nubit Heliæ de Flechia Comiti Cenommannenſi. Simon Aginnenſis Epiſcopus ei ſuccedit Geraldus. Concil. Pictauienſe in quo Philippus tertiùm excommunicatus, eidem Concilio interfuere Bernardus Tyronenſis, & Robertus de Arbriſſellis. Eiuſdem Conciliÿ varÿ Canones Anſelmus Cantuarienſis Archiepiſcopus exulans in Gallia de morte Guillelmi Ruſi Regis Anglorum nuncium accepit apud Monaſt. Caſæ Dei in Aruernis.* 473

XII. *VVillelmus Sector ferri Comes Engoliſmenſis Ademarus Engoliſmenſis Epiſcopus. VVillelmi Ducis expeditio in Syriam, Herpinus Comes Bituricenſis vnus è ſociis expeditionis Comitatum venditat Philippo Regi pecuniæ curandæ cauſa in ſumptum militiæ. Amati Burdegalenſis Arch. obitus ei ſuccedit Arnaldus. Expeditionis VVillelmi Ducis infelix exitus. Die Paſchæ ſacer ignis de cœlo lapſus apud Hieroſolymam. Hugo Liziacenſis cæſus in prælio apud Ramulam ibidem captus Herpinus Comes. Abſente peregrè VVillelmo Duce Mathildis ſeu Philippia eius vxor res adminiſtrauit, VVillelmi Ducis reditus in Galliam, eiuſdem de aduerſis*

Digitized by Google

ludi rhytmo, & modulato carmine, Herpinus poſtliminio ereptus ab hoſtibus Monachum profitetur Cluniaci. 481

XIII. *Bellum inter VVillelmum, & Gaufredum Martellum Comitem Andegauenſem, Boamundus princeps Antiochenus ex voto peruenit ad ſancti Leonardi apud Lemouices. Fulco Comes Andegauenſis traditus VVillelmo Duci ſecuri conductus gratiâ Concil.* Pictauienſe, *Hugonis Liziniacenſis obitus. Bellum inter VVillelmum Ducem, &* Hugonem *Liziniacenſem Eccleſiæ vrbis Exea in Hiſpania vnitæ* Cænobio *Syluæ maioris in agro Burdegalenſi, in præmium militiæ Aquitanorum aduerſus* Sarracenos. *Petri Santonenſis Epiſcopi obitus, ei ſuccedit Rainaldus. Synodus Lateranenſis in qua reuocatum* Paſchalis *II. priuilegium de inueſtituris laïcis. Huic Concil. interfuit Gerardus Engoliſmenſis E. & Apoſtolicæ Sedis Legatus in Aquitaniâ. VVillelmus Dux excommunicatus ob illicitas nuptias cum Malbergione comitiſſa* Caſtri *Airaldi, eiuſdem praui mores, & dicteria.* 489

XIV. *Ingenium & mores VVillelmi Ducis, eiuſdem vernacula carmina. Hac ætate poëtices ſtudium reſtitutum, maxime Toloſæ, Poëtæ Dictatores dicti, ortus Rytmicæ poëſis VVillelmi Ducis forma commendatur.* 498

XV. *Aquitanorum expeditio Hiſpanica aduerſus Sarracenos, cuius Duces Gaſto Benearnenſis & alij. Bernardi Athonis Vicecomitis* Carcaſſonenſis *fædus cum VVillelmo Duce. Petri Pictauienſis Epiſcopi obitus. Roberti de Arbriſſellis, & Bernardi Tyronenſis obitus. Guillelmi Pictauienſis & Petri Santonenſis Epiſc. ordinatio. Aimericus Claremontenſis Epiſcopus. Notatur labes Claremontenſis Eccleſiæ Concilium Toloſanum, & Engoliſmenſe Audebertus Aginnenſis Epiſcopus ordinatur VVillelmi Ducis prælium cum Symone Parthenacenſi, VVillelmus Dux & alij Aquitani pugnant pro Hiſpanis aduerſus Sarracenos Cæſarauguſta Aquitanorum ope à Sarracenis armis recepta Regiones vrbis in præmium militiæ Gaſtoni Benearnenſi & Rotroni Perticenſi conceſſæ. Synodus Rhemenſis cui interfuere Leothericus Bituricenſis A. & Gerardus Engoliſmenſis E. & Legatus Sedis Apoſtolicæ in Aquitania. Petrus de Bruis hæreſis auctor in Nouempopulonia. Iterum à VVillelmo Duce pugnatum aduerſus Sarracenos. Henricus Angeliacenſis Abbas. Stephanus Abbas & Fundator Obazynæ Monaſt. in Lemouicibus. Centullus Bigeronum Comes bene meritus de* Hiſpanis *in bello aduerſus Sarracenos. Vallis Eciæ quæ eſt Pyrenei incolis vectigalia remiſſa. Gaſto Benearnenſis pro* Hiſpanis *certat aduerſus Sarracenos. Guillelmi Giſleberti Pictauienſis Epiſcopi obitus, VVillelmi Ducis obitus.* 505 & 506

Digitized by Google

XVI. *Stephanus Aruernenſis E. ſede ſua pulſus ab Euſtachio Comite Aruernorum, à Ludouico Craſſo armis reſtitutus. Dedicationi Sagienſis Eccleſiæ adeſt Gerardus Engoliſmenſis E. & Legatus Aquitaniæ. Monaſterium de Cancellata in agro Petrocorienſi, Concilia duo ab Innocentio II. habita in Aquitania vnum apud Anicium alterum Claremonte aduerſus Petrum Leonis ſchiſmaticum. Gerardi Engoliſmenſis defectio ad partes Petri Leonis. Engoliſmenſis dolo deceptus VVillelmus Dux Schiſma fouet. Gerardo legatione ſubmoto ſuffectus eſt Gaufredus Carnotenſis Epiſcopus, Fulcherus Engoliſmenſis Tyrenſis Archiepiſcopus tùm Hieroſolymitanus Patriarcha. VVillelmus Dux à Bernardo Clareuallenſi tentatur de eiurando ſchiſmate Gaſto Benearnenſis cæſus in prælio aduerſus Sarracenos Secunda expeditio Ludouici Craſsi in Comitem Aruernorum pro tuendo Stephano Epiſcopo. Comes Aruernorum à VVillelmo Duce defenſus Legatis miſsis ad Regem. Centullus Benearnenſis cæſus in pugna aduerſus Sarracenos Monaſt. S. Martialis Lemouic. commendatur. VVillelmus Dux tandem diſcedit à Schiſmate ſingulari opera Bernardi Clareuallenſis & Gauffredi Carnotenſis. Idem fruſtra ante tentatum à Petro Abbate Cluniacenſi, & ab Hugone Duce Burgundiæ, Geraldi Engoliſmenſis infelix exitus. VVillelmus Dux præſto eſt Goffredo Comiti Andegauenſi aduerſus Normannos.* 517

XVII. *VVillelmi Ducis pœnitentia, & variæ opiniones de eius exitu, idem in Diuorum numerum relatus VVillelmo duæ filiæ ſuperſtites Eleënora, & Petronilla ſeu Aliſia quarum prior nupſit Ludouico Iuniori, altera Radulfo Comiti Veromanduenſi. Teſtamentum VVillelmi à Io. Haio proditum falſi conuincitur, VVillelmo duo fratres Raimundus Princeps Antiochenus, & Henricus, & vnica ſoror Mathildis nomine quæ primum Vicecomiti Thoarcenſi ſecundo nupſit Ramiro Regi Arragonum Vicecomes de Malo-leone.* 528

LOVIS par la grace de Dieu Roy de France & de Nauarre ; A nos amez & feaux Conſeillers,les gens tenans nos Cours de Parlemens, Maiſtres des Requeſtes ordinaires de noſtre Hoſtel,Baillifs , Seneſchaux , Preuoſts , leurs Lieutenans & tous autres nos Iuſticiers & Officiers qu'il appartiendra , Salut. Noſtre cher & bien-amé Arnaud Colomiez Imprimeur du Roy & de l'Vniuerſité à Toloſe, nous a fait remonſtrer,qu'il deſireroit faire imprimer vn Liure intitulé *Rerum Aquitanicarum lib. quindecim in tres partes diſtincti, auctore Antonio Dadino Alteſerra* , s'il nous plaiſoit de luy accorder nos Lettres ſur ce neceſſaires , humblement requerant icelles. A ces cauſes , Nous auons permis & permettons par ces preſentes audit Colomiez d'imprimer ou faire imprimer , vendre ou debiter en tous lieux de noſtre obeïſſance ledit Liure , en tel volume, en telle marge, en tels caracteres , & autant de fois que bon luy ſemblera, durant l'eſpace de quinze ans entiers , & accomplis , à compter du iour que ledit Liure ſera acheué d'imprimer, pendant lequel temps , auons fait defenſes à tous Imprimeurs & autres perſonnes de quelque qualité & condition qu'elles ſoient, d'imprimer ou faire imprimer , vendre ny debiter ledit Liure durant ledit temps, en aucuns lieux de noſtre obeïſſance, ſans le conſentement de l'expoſant, ſous pretexte d'augmentation, correction, changement de titre , fauſſes marques , ou autrement , en quelque ſorte & maniere que ce ſoit, à peine de quinze cens liures d'amande, payables par chacun des contreuenans , & applicables vn tiers à Nous,vn tiers à l'Hoſtel Dieu de noſtre bonne ville de Paris, & l'autre tiers à l'expoſant ; de confiſcation de tous les exemplaires contrefaits, & de tous deſpens dommages & intereſts : comme il eſt plus amplement contenu à l'Original. Donné à Paris le 22. iour d'Auril , l'an de grace 1648. Et de noſtre regne le cinquiéme.

Par le Roy en ſon Conſeil , COVPEAV.

Acheué d'imprimer , pour la premiere fois , le 25. Auril 1657.

RERVM

Digitized by Google

RERVM AQVITANICARVM.
LIBER VI.

CAPVT PRIMVM.

Aquitania Gothis tradita ab Honorio. Quota portio terrarum Gothis aſsignata. Aquitania per Clodoueum erepta à Gothis cæſo Alarico, Baſolus Dux Aquitaniæ, eius captiuitas in Monaſterio S. Petri Viui Senonenſis. S. Valericus ſanctitate clarus in pago Lemouicenſi.

ROMA à Gothis captâ, & vniuersâ Italiâ deuaſtatâ, Aquitania Gothis tradita ab Honorio, vt Prouinciæ damno, Italiæ matri Prouinciarum conſuleretur; & qui armis repelli minime poſſent conditionibus pacti recederent. Gothi pro Barbarorum ingenio, non vt colonos, ſed infenſiores hoſtes in hac prouincia ſe geſſerunt, vrbes vi

& armis paſſim occuparunt, inde Prouincialium proſcriptiones, exſilia, fugæ: rem deplorant Rutilius Numatianus, & Paulinus, vterque huiuſce cladis oculatus teſtis, & damni doloriſque particeps. Gothi vbi in Aquitania ſedes poſuere, veluti familiæ erciſcundæ iudicio terras cum Prouincialibus diuiſere, & duas partes prædiorum ſuis aſſignarunt, tertia veteri poſſeſſori relicta vt modò indicaui ex Sidonio: quo iure ijdem vſi ſunt in Hiſpaniæ finibus. In lege Vviſigothorum. *Diuiſio inter Gothum & Romanum facta de portione terrarum, ſiue ſiluarum, nulla ratione turbetur, ſi tamen probatur celebrata diuiſio, nec de duabus partibus Gothi, aliquid ſibi Romanus præſumat, aut vendicet, aut de tertia Romani Gothus ſibi aliquid audeat vſurpare, aut vendicare, niſi quod de noſtra forſitan ei fuerit largitate donatum.* Ruente, ac penè vltimum iam ſpiritum ducente imperio Romano, diu Aquitania luxit ſub Gothis; tandem Francis, qui Galliarum partem tenebant, ad Chriſtianam fidem conuerſis, vnà cum Rege Clodoueo, Gothici dominatus tædio ad eos Prouincialium ſtudia conuerſa. His prouocatus Clodoueus Galliarum imperij æmulus, Alaricum Regem Gothorum bello petiit; Huic concilio non defuere Galliarum Epiſcopi, & maximè Remigius Remenſis antiſtes, idem belli autor, & victoriæ ſponſor teſte Flodoardo, ne dubitemus ea de re monet epiſtola Clodouei ad Patres Aurelianenſis Concilij præfixa ipſi Synodo, quâ is ſecuritatem promittit Clericis & Laïcis, qui litteras commendatitias eorum annulo obſignatas adtulerint, & res Eccleſiæ ponit ſub tuitione regia, *pendente expeditione contra patriam Gothorum.*

In Itinerar. In Euchariſtic.

Lib. 8. epiſt. 9.

Lib. 10. tit. 1 cap. 8.

Lib. 1. Remenſ. Hiſt. cap. 15.

Digitized by Google

Anno DVII. de ſumma rerum certatum in campis Vogladenſibus, haud procul Pictauis, bellum vno prælio confectum, in eo cæſus Alaricus Clodouei dextra, eius occaſu vniuerſa Aquitania Clodoueo patuit, magis oblata, quàm deuicta, Toloſa quæ erat Gothorum regia Theodoricum Clodouei filium, victorem excepit cum aliis multis oppidis; pars ima Narbonenſis Prouinciæ in Amalrici Alarici filij & Gothorum poteſtate remanſit. Rebus compoſitis in Aquitania, & votis Diuo Martino perſolutis, Clodoueus Lutetiam Pariſiorum, vbi Regiam locauerat repetiit.

Anno DX. tumultus ortus in Aquitania, quem Clodoueus armis compeſcuit, Baſolus Dux Aquitaniæ bello captus, & cuſtodiæ cauſa detruſus in Monaſterium ſancti Petri Viui apud Senones, vbi is neceſſitate in conſilium verſa in Monachum tonſus eſt, & ſanctiſſime vitam peregit, fuitque ſecundus Abbas à Monaſterij fundatione: Fertur is & propria bona, quæ quamplurima poſſidebat in finibus Aruernorum, in primis vicum Mauriacum Monaſterio S. Petri dicaſſe, fidem adſtruit eius Epitaphium tumulo carmine inſcriptum, quod legitur in chronico nondum edito Vrbani Reuerſen Canonici Senonenſis, quod in Bibliotheca Thuana adſeruatur.

Conſulis hic recubant artus, Aruernica tellus
Magnifici Baſoli quem dedit eſſe ſuis.
Dux Aquitanenſis, felix quod rura beauit
Pacis in augmento conſolidans populos.
Francorum Regem Clodouæum corpore vincens
Abdicat eſſe ſuum tunc proprium Dominum,

Digitized by Google

Artibus & varijs tandem Rex quem proditorem
Conſtrictum tenuit carceris in tenebris:
Regia ſed meritis proles Regina Zechildis
Ereptum precibus conſtituit Monachum.
Res proprij iuris firma ſub lege reliquit
Petri Cœnobio, ſúbque ſuis Monachis.
Pagus Aquitaniæ, vel quantum Aruernica tellus
Huius habebat opis contulit his monachis.

Lib 1. Monaſtic. cap. 3. num. 19. Sed verò propius eſt quod Chopinus ſcribit ex fide veteris chartæ, Baſolum Ducem cum rebus ſuis, huic Monaſterio traditum in pœnam perduellionis.

Ea tempeſtate ſanctitatis laude in Aquitania claruit Valericus Eremita: is ſtudio religioſioris vitæ in Aquitaniam ſeceſſit, & miraculorum D. Martialis famâ permotus Lemouicas acceſſit, & cellulâ poſitâ in aſperrimo monte prope id oppidum cui poſteà à ſancto Valerico nomen additum in loco deſignato à clericis Baſilicæ D. Martialis, ibi ieiuniis orationibus & vigiliis aſſiduus vitam exegit, vix è cellula elato pede præterquam ſolemnioribus diebus quibus orationis causâ Martialis Baſilicam ex more adibat. Chronic. Lemouicenſ.

Digitized by Google

CAPVT II.

Diuiſio Regni Francorum inter Clodouei liberos. Aquitania ex parte ceſsit Clodomiri, expeditio Francorum in Septimaniam aduerſus Amalricum, S. Sacerdos Lemouicenſis Epiſcopus eius patria & geſta. Quintianus ex Rutenenſi Epiſcopo bis Aruernenſem cathedram tenuit, Ansbertus Senator, Blitildis eius vxor, è qua ſuſcepti quatuor liberi, Arnoldus Ferreolus Vceticenſis E. Mondericus Ariſitenſis & Tarſicia virgo ſanctiſsima. Senatores in Gallia. S. Clodoaldus Clodomiris filius Nicetius Lemouicenſis Treuirenſis Epiſcopus, eius diſcipulus Aredius Abbas Lemouicenſis.

ANNO DXIV. defuncto Clodoueo ſuperſtitibus quatuor liberis Childeberto, Clotario, Clodomiro & Theodorico Regnum inter liberos diuiſum, Childeberto vtpote natu maiori ceſſit Lutetia Pariſiorum quæ erat Regia Francorum, Theodorico Metis vna cum Auſtraſia, Clodomiro Aurelianis & Aquitania, non equidem vniuerſa, ſed potior eius pars, Theodorico obtigerunt pagi Aruernorum Lemouicum & Cadurcorum vt ſuo loco oſtendetur. Poſt exceſſum Clodouei Amalricus rerum gerendarum occaſionem na-

Digitized by Google

Lib.2.c.22 23. ctus,amiſſorum partem recepit collectis animis & viribus. Gregor. Turonenſ. & Aymon. Et rebus in Gal-
Lib. 2.c. 13. lia ita geſtis, ſimúlque vniuerſa Hiſpania potitus per legatos Clotildem vxorem petiit à Childeberto &
Lib.3.cap.1. lib. 2.cap.8. Clotario regibus, eamque ex voto obtinuit. Idem Turonenſ. & Aimonius. Haud multò pòſt Theodoricus & Clotarius coniunctis viribus, ſpreto nuptiarum Clotildis vinculo, amiſſa à Gothis repetere connisi ſunt, eo conſilio Theodoricus Theodebertum, Clotarius Guntarium natu maiores filios cum copiis aduerſus Amalricum miſere. Guntarius non vltra Rutenos progreſſus ſinè vllo profectu domum rediit, Theodebertus promotis copiis vſque ad Biterras, Deas caſtrum vi cœpit, & præda diripuit. Caſtrum Caprariam cui poſtea nomen fuit *Corbaria* deditione recepit, occurrente ei Deuteriâ muliere generis dignitate, & forma æquè conſpicua, cuius amore captus Theodebertus eam abduxit, ac poſtea duxit vxorem,
Lib.3.ca.22. lib 2 cap.13. Gregor. Turonenſ. & Aimon.

Anno DXVII. In Aquitania claruiſſe memoratur S. Sacerdos, vulgò *Sainct Sardos*, oriundus vico Calabro in finibus Cadurcorum, & Petragoricenſium, cui poſtea Sarlati nomen, malè eum Burdegalenſem dicit Martyrologium Romanum: is à puero traditus Capuano Cadurcenſi Epiſcopo, litteris piiſque moribus inſtituendus, ætatis compos factus, ab eodem Diaconus ordinatus. Poſt ordinationem Monachum profeſſus in Monaſterio Calabrenſi, ex eo Abbas lectus in eodem Monaſterio, vitæ sãctitate, & miraculis præpolluit: Patri abſque ſacro viatico defuncto vitæ poſtliminium, quo ad nouiſſimo ſalutis pignore donatus

Digitized by Google

eſſet precibus à Deo impetrauit, tandem Epiſcopus Lemouicenſis factus, eius corpus quieſcit in Cœnobio vbi is Abbas fuit, non ſinè miraculorum fama, ex ipſius vita M. S. & Bernardo Guidone. Hunc tamen in remotiora tempora reiiciendum, non leues coniecturæ adſunt, ex Guidone enim Sacerdos ſucceſſit Aggerio, Aggerius Salutari, Salutaris Ermenoni, Ermeno Exmennario, Exmennarius Ruricio iuniori quem interfuiſſe Conc. Aruernenſi, anno DXLI. & Aurelianenſi IV. anno DXLV. patet ex ſubſcriptionibus horum Conciliorum, & quod auctor Galliæ Chriſtianæ Sacerdotem medium locauit inter geminos Ruricios, facile corruit, Ruricium enim iuniorem Ruricio ſeniori nepotem auo proximè ſucceſſiſſe apertè inſinuat Fortunatus. Adeoque Ruricio iuniori ſucceſſiſſe Exotium, non alium fortè ab Exmennario & per decem & quinque annos ſediſſe auctor eſt idem Fortunatus.

In Catalog. Epiſc. Lemouicenſ.

Lib. 4 cap. 5.

Lib 4. cap. 6.

Euphraſio Aruernenſi Epiſcopo defuncto anno poſt Clodouei obitum IV. id eſt DXVIII. Quintianus olim Rutenenſis Epiſcopus, & à Gothis ſede ſua pulſus, quod Francis ſtudere videretur, & ab eo tempore Aruernenſis Eccleſiæ opibus ſuſtentatus, in Epiſcopum lectus à populo; Sed ſuadente Placidina vxore, & Alchima ſorore Apollinaris, loco ceſſit Apollinari, qui adito Rege Theodorico, oblatis muneribus Epiſcopatum tulit, ſed quarto poſt menſe vitâ deceſſit. Gregorius Turonenſ. non vno loco. Nuntiatâ morte Apollinaris Theodoricus memor Quintianum multa paſſum, etiam ſedis ſuæ iacturam, ob ſtudium in Francos, eum in Epiſcopum Aruernorum rurſus eligi curauit, íſque annuentibus votis ab Epiſcopis & po-

Lib. 3. cap. 2 de vit. Patr. cap. 6. apud Sur. Tom. 6. Nou. 13.

Digitized by Google

pulo Aruernenſi Cathedræ impoſitus, quam feliciter tenuit decem & quatuor annis ſumma cum ſanctitatis laude. Gregorius Turonenſ. Lib.3 cap.1.

Anno DXX. inter primores Francorum claruit Anſbertus Senator, maior-Domus, Princeps Gentis Karlouingiæ, Blitidem natam Clotarij I. duxit vxorem, Sigebertus, *Pipino verò in diſponenda republica comparabatur Sanctus Arnulfus, filius Arnoldi, filij Amberti ex Blitilde filia primi Lotharij Regis*, Clotharium intellige alij Blitildem vxorem Ansberti credũt filiam Clotharij II. Auctor libelli de Majoribus-Domus. *Fuerunt autem Maiores-Domus, ex quibus generatio regalis proceſſit primus quidem Ansbertus Senator qui ex Blitbild. filia ſecundi Clotharij genuit Arnoldum*, &c. Idem auctor Genealogiæ Regum Francorum & auctor vitæ Caroli M. quem ferunt eſſe Monachum S. Eparchij Engoliſmenſis, & auctor vitæ S. Genulfi, Ægidius continuator Harigeri Abbatis Lobienſis & alij, ſed ætatum ratio non fert Ansbertum reiici ad tempora Clotarij II. Ex Blithilde præter Arnoldum ſuſcepti ſunt alij liberi, nimirum. Ferreolus Vceticenſis Epiſcopus, Mondericus Ariſitenſis, & Tarſicia Virgo ſanctiſſima, de quibus meminit carmen nuper editum de Regibus Francorum. Ansbertum Aquitanum, & inter eos nobiliſſimum prædicat Auctor nondum editus vitæ S. Arnulphi Metenſis. *Ansbertus Aquitanorum nobiliſſimus Blithildem ſibi oppigneraunit in matrimonium*, & quidem multa latifundia, & luculentas ditiones in Aquitania eum poſſediſſe ſcribit Richardus Vvaſſeburgius, nec contemnenda fides hominis, quamuis remotioris ætatis, ſcimus enim Ansbertum prognatum proauo Ferreolo,

Marginal notes: In Chronic. ad ann. 615. — Lib.1.cap.4. — In geſt Tungrenſ. Pontific. cap.36. — Lib.1.ca.37. — Lib 2 rer. Belg.

Digitized by Google

Ferreolo, cuius domicilij ſumma ſedes fuit apud Treuidon in finibus Rutenorum, Teſte Sidonio, In Propemptic.

Ibis Treuidon, & calumnioſis.
Vicinum nimis iugum Rutenis
Hic docti inuenies patrem Tonanti
Rectorem, columénque Galliarum
Priſci Ferreolum parem Syagri.

Alij Narbonenſem aſſerunt, hoc argumento, quòd Firminus, & Ferreolus Vceticenſes Epiſcopi, quorum alter germanus, alter filius fuit Anſberti, Narbonenſi ciuitate oriundi tradantur, à ſcriptoribus nondum editis vtriuſque vitæ. Porrò Ansbertus Senator dictus eſt, quòd editus eſſet ex Senatorio genere; nimirum ex Ferreolorum familia, Senatores enim dicebantur quicumque progeniti eſſent ex genere Senatorio. Gregor. Turonenſ. *Auitus enim vnus ex Senatoribus, & ciuis Aruernus, cùm Romanum ambiſſet Imperium,* Lib. 2. c. 11. Idémque alio loco. *Arcadius quoque vnus ex Senatoribus Aruernis, Childebertum inuitat, vt regionem illam deberet inuadere.* Lib. 3. cap. 9. Et idem rurſus, de Sulpitio Bituricenſi Epiſcopo. *Eſt enim valde nobilis & de primis Senatoribus Galliarum,* Lib. 6. c. 39. nimirum iuris eſt quod liberi Senatorum retineant dignitatem parentis; Inde Auguſtinus; *Nam Senatores generant Senatores, ſed Senatorum dignitas non habet apud Deum meritum,* Quæſt. Nou. Teſtam. cap. 11. ex quo fiebat vt quamplurimi in prouinciis eſſent Senatores qui Romam ne quidem attigerant. Idem Auguſtinus: *Numquid nonnulli Senatores ſunt in aliis terris, qui Romam nec de facie quidem norunt.* Lib. 4 de Ciuit. Dei. c. 17.

Anno DXXI. Clodomiro defuncto ſuperſtitibus tribus liberis Theodebaldo, Gunthario, & Cl[odoal-]

do, ex his duo Theodebaldus, & Guntharius, nefario Childeberti, & Clotarij patruorum ſcelere ſublati; tertius eorum Clodoaldus fugâ elapſus, fraternâ cæde periculi ſui admonitus, quo ſaluti ſuæ conſuleret monaſticen profeſſus eſt in vico Nongenti, cui poſtea

Lib. 3. cap. 18. nomen ab eo, S. Clodoaldi. Gregor. Turonens. Hoc pacto Aquitania quæ Clodomiris ſors erat, ſciſſa eſt inter Childebertum & Clotharium, ſed quæ fuerit diuiſionis ratio, liquidò non conſtat, & huius regni limites penè incerti, ob crebas quæ extitere mutationes. Certè Bituriges obueniſſe Childeberto ſatis colliges ex eo quòd Arcadius Aruernus, fautor partium

Lib. 3. c. 10. Childeberti aduersùs Theodoricum, rebus infeliciter geſtis, eò ſeceſſerit? teſte Gregorio Turonenſi. Clodoaldus ob vitæ inſtitutum amotâ inuidiâ, & ſuſpicione, paternæ hæreditatis particulam à patruis recepit, de qua inter cætera villam Rimiliacum in pago Biturico ſitam Dionyſio delegauit, ac tandem ſanctitatis laude clarus migrauit è vita poſt annum DLXX. De eo

Lib. 3. c. 6. & 18. Gregor. Turonenſ. Sigebert. & alij.

Ad ann. 531. Aquitaniam ſanctitatis famâ illuſtrauit Nicetius ingenuis apud Lemouices ortus parentibus, is è matris vtero auſpicatò in lucem editus, lineâ pilorum circum caput in orbem ductâ, veluti in ſpeciem coronæ clericæ, quæ futuri ſacerdotij auſpicium fuit: is primum Abbas Lemouicenſis, ex Abbate ſub annum DXXIX. vacante ſede Treuirenſi morte Aprunculi Epiſcopi, clericis Treuirenſibus Gallum Diaconum Aruernum apud Theodoricum depoſcentibus in Epiſcopum, is Gallum eis denegauit, tamquam aliò deſtinatum Pontificem, & Nicetium eis dedit Epiſcopum,

Digitized by Google

is diſcipulum habuit Aredium Abbatem Lemouicenſem. Gregor. Turonenſ. eius laudes carmine ſcripſit Fortunatus. De vit. patr. cap. 16. apud Surium. 1. Octobr. & lib. 10. c. 19. Lib. 3. cap. 9.

CAPVT III.

Lemane Aruernorum, Aruerni ad obſequium reducti à Theodorico. Sigiualdus præfectus Aruernorum, Gallus Aruernenſis Epiſcopus. Sigiualdi interitus, Gyualdi eius filij exſilium. Hortenſius Comes Aruernorum. Dux & Comes in eadem ciuitate? Ruricius iunior Lemouicenſis nepos ex filio & proximus ſucceſſor Ruricij Senioris.

ANNO DXXX. Cùm Theodoricus verſaretur in expeditione Thuringica, perlato rumore de eius morte, Arcadius vnus ex Senatoribus Aruernis, Childebertum vt regioni manum iniiceret, euocauit. Haud mora, ille occaſionem rei gerendæ non omittendam ratus, Aruernos aduolauit, tanto illorum potiundi deſiderio, vt eo die, cœlo nebuloſo aſpectum præpediente, ſubinde dictitaret: *Velim Aruernam Lemanem quæ tantæ iocunditatis gratiâ refulgere dicitur, oculis cernere*, & ab Arcadio effractis ſeris portæ vrbis, in vrbem intromiſſus: ſed quam primùm cùm nuntiatum eſſet Theodoricum incolumem è Thuringia rediiſſe, ab Aruernorum finibus receſſit Gregor. Turonenſ. Lib. 3. cap. 9. & 10.

Digitized by Google

His Theodoricus offenſus cum omnibus copiis in Aruernos venit,&regionem igni ferróque in hoſtilem modum vaſtauit, conſilium ſolo euertendorum murorum vrbis omiſit,ſuaſu Helpingi Ducis, & precibus Quintiani Epiſcopi, Mundericum qui Victuriacum caſtrum inuaſerat dolo captum necari iuſſit. Gregor. Turonenſ. Aimonius.

Lib. 3. cap. 12. 13. 14. Lib. 2. c. 1.

Arcadius conſcientiâ ſceleris ſentiens Theodoricum infenſum, fugâ ſibi conſuluit, & Biturigam ſeceſſit,quæ vrbs iam parebat Childeberto, Placidina eius mater, & Alchima eiuſdem amita captæ, rebus in fiſcum redactis, Cadurcum exſilij cauſâ relegatæ ſunt. Gregor. Tur. Aimonius. Ex quibus colligitur Cadurcos vnà cum Aruernis fuiſſe in ditione Theodorici. Eadem expeditione Theodoricus multa alia caſtra in finibus Aruernorum recepit, Leuolantrum cáſtrum vi expugnauit,Meroliacenſe caſtrum deditione cepit,obſeſſorum ignauiâ; erat enim caſtrum munitiſſimum, Tigurnum caſtrum vrbis Aruernæ igni crematum. Gregor. Turonenſ.

Lib. 3. c. 12. Lib. 2. c. 1.

Lib. 3. c. 12. lib. de miracul. cap. 52. & lib. de glor. martyr. cap. 12. 14. & 23.

Rebus ita geſtis Theodoricus Aruernorum è finibus receſſit, Sigiualdo parente ſuo, id eſt cognato, Præfecto, Aruernis impoſito. Gregor. Turonenſ. *Theodoricus autem ab Aruerno diſcedens Sigiualdum parentem ſuum,in ea quaſi pro cuſtodia dereliquit.* Parentum appellatione ea ætas ſignificabat non genitores modò, ſed & cognatos. Idem Turonenſis alio loco. *Quendam de parentibus ſancti Honoratum nomine,in vrbis platea nequiter retineri iuſſit,*& hoc ex militari vulgaríque vſu. Hieronym. aduersùs Ruffin. *Niſi fortè parentes militari,vulgarique ſermone cognatos, & affines nominat.*

Lib. 3. c. 13.

De vit. Patr. cap. 4. apud Sur. Tom. 6. Nou. 13.

Lib. 2.

Digitized by Google

Sigiualdi ſumma fuit auctoritas apud Theodoricum, ita vt eo infenſis armis Aruernorum fines ingreſſo Portianus Abbas vir ſanctitate clarus pro plebe interceſſurus apud Regem, priùs adierit Sigiualdum ſub pellibus agentem, vt eius gratiâ vteretur. Gregor. Turonenſ. de vit. Patrum apud Surium. *Ingreſſuſque caſtra manè, Rege adhuc in tentoriis dormiente; Sigiualdi papilionem, qui tunc primus cum eo habebatur, aggreſſus eſt.* Tom. 6. Nou. 4.

Sigiualdus è gratiâ principis exurgente peccandi fiduciâ, res priuatorum paſſim diripuit, ſeruorum latrocinia, homicidia, & alia ſcelera impunè habuit, rebus ſacris non pepercit, & res Eccleſiæ S. Iuliani Briuatenſis occupauit. Gregor. Turonen. Lib. 3. c. 16. & lib. 2. de Glor. Mart. cap. 12. 14. & 23.

DXXXVI. Fatis functo Quintiano Aruernenſi Epiſcopo, in eius locum ſucceſſit Gallus, Theodorici Regis decreto, eodémque anno per Laurentium Legatum ſubſcripſit Concilio Aurelianenſi II. is patriâ Aruernus, patre Georgio Senatore, matre Leocadiâ, quæ genus duxit è Vectio Epagatho vno è Lugdunenſibus Martyribus, ac primùm Monachum profeſſus in Monaſterio Crononenſi, ſic reſtitue, pro *Cremonenſi*, ſexto ab Aruerna vrbe milliario, inde à Quintiano Epiſcopo aſſumptus & ſacris diſciplinis apud eum diligenter inſtitutus, tum ob vocis preſtantiam accitus in aulam gratiâ multùm valuit apud Theodoricum, defuncto Aprunculo Treuirenſi Epiſcopo, Treuirenſibus eum in Epiſcopum depoſcentibus; *Abſcedite*, inquit Theodoricus *alium petitè, Gallum enim Diaconum aliò habeo deſtinatum:* & non multò poſt defuncto Quintiano Gallus in eius locum ſuffectus præcepto Theodorici.

Digitized by Google

Is ſumma cum ſanctitatis laude Epiſcopatum geſſit, & prophetici ſpiritus gratiâ donatus, Ennodio Presbytero à quo probra, & conuicia paſſus, veniam petenti lubens indulſit, eíque prædixit non futurum ipſum Epiſcopum, ne in Epiſcopos inueheretur, quod euentus comprobauit: Cùm enim apud Gabalos Epiſcopus electus, iam in eo eſſet, vt conſecraretur, repentino impetu in eum irruente plebê, vix incolumis euaſit, & poſteà presbyter deceſſit. Gallus Aruernæ ciuitatis incendium propoſitis SS. Euangeliis compeſcuit, luem inguinariam quæ latè per Galliam graſſabatur, precibus ab Aruerna vrbe prohibuit, quo nomine Rogationes, ſeu litas inſtituit, mediâ quadrageſima ad Baſilicam D. Iuliani Martyris. Gregor. Turonenſ. Gallum carmine commendauit Fortunatus, ſtultè eum inter illuſtres viros ordinis ſancti Benedicti locat Trithemius.

Lib. 4. cap. 5. 11. 12. lib. 2. Mirac. c. 23. & de vit. Patr. c. 6. apud Sur. 1. Iul. lib. 4. cap. 4. Lib. 3. c. 24. de illuſtr. vir. ord. S. Benedict.

DXXXVII. Theodoricus Sigiualdum gladio necauit, eiúſque bona in fiſcum miſit, nec dum expleta crudelitate Theodeberto filio clam imperauit vt Gyualdum ipſius filium de medio tolleret, ſed ille facinus horruit, quia eum de ſacro fonte ſuſceperat, & in tutiorem locum vt ſecederet monuit, quoad pater è viuis excederet: gratiis de vitæ beneficio habitis, Gyualdus receſſit in Arelatenſem prouinciam, quæ modò à Gothis recepta erat, ſed ibi non ſatis tutum ſe credens ſuperatis Alpibus tranſiit in Italiam, vbi moram fecit donec auditâ morte Theodorici, rediit ad Theodebertum, à quo perhumaniter exceptus, & bonis ſuis reſtitutus. Gregor. Turonenſ.

Lib. 3. c. 23. 24.

Sigiualdo in Aruernenſi Comitatu, ſeu præfecturâ

ſucceſſit Hortenſius, vt indicat Gregor. Turonenſis. *Poſt peractam igitur ſtragem cladis Aruernæ, Hortenſius vnus ex Senatoribus Comitatum vrbis illius agens, quendam de parentibus ſancti, Honoratum nomine, in vrbis platea nequiter teneri iuſſit.* Non rectè Sauaro Innocentium præpoſuit Sigiualdo, nam Innocentium Sigiualdo poſteriorem inſinuat Turonenſis, cùm ſcribat Sigiualdum Aruernorum præfectum conſtitutum fuiſſe à Theodorico, cùm Aruernorum è finibus recederet: & alio loco dicat Hortenſium Auernenſem Comitatum geſſiſſe poſt impletam cladem Aruernam; vel, quod à vero minime alienum eſt, eodem tēpore Sigiualdus fuit Dux vniuerſi pagi Aruernici, & Innocentius fuit Comes ſeu ſpecialis rector Aruernæ vrbis, quo pacto ſæpiùs in eodem tractu alius erat Dux, alius Comes, vt ſignat ipſe Gregorius Turonenſis, *Nicetius per emiſſionem Eulalij à Comitatu Aruerno ſubmotus, Ducatum à Rege expetiit datis pro eo immenſis muneribus, & ſic in vrbe Aruerna, Ruthena, atque Vcetica Dux ordinatus eſt.* Hortenſius iſte fuit moribus durior, & Quintiano antiſtiti valde infenſus, quum enim vnum è cognatis viri ſancti in vinculis haberet, eius precibus flecti non potuit, vt eum dimitteret, quo commotus Epiſcopus ei maledixit, deprecatus ne quis ex eius genere aliquando ad Epiſcopatus apicem perueniret. Gregor. Tur. Nec diſpari voto fertur Saturninus primus Toloſanus Epiſcopus, cùm in agone martyrij à municipalibus Diaconis ſe deſtitutum cerneret, oraſſe ne quando Toloſanus quiſpiam ſedem Toloſanam obtineret teſte eodem Gregorio.

De vit patr. cap. 4 apud Sur. Tom. 6. Nou. 13.

Lib. 8 c. 18.

Lib. 1. c. 18.

His temporibus claruit Ruricius huius nominis II.

ex genere Anniciorum, Ruricij I. ſucceſſor & ex filio nepos : is fundauit Monaſterium S. Auguſtini Lemouicis Fortunatus. Lib.4.cap 5.

Ruricij gemini flores quibus Anniciorum
Iuncta parentali culmine Roma fuit.
Accumulante gradus prænomine, ſanguine nexi
Exultant pariter, hinc auus, inde nepos.
Tempore quiſque ſuo fundans pia templa Patronis
Iſte Auguſtini condidit, ille Petri.

In Syllabo Epiſc. Lemouic. Malè Bernard. Guidonis huius Monaſterij S. Auguſtini fundationem tribuit Roricio primo : Roricius ille interfuit, & ſubſcripſit Conc. Aruernenſi I. Anno DXLI. & Aurelianenſi IV. anno DXLV.

Capvt IV.

Fabuloſa Belliſarij geſta in partibus Burdegalenſibus, Cautinus Aruernenſis Epiſcopus, Chramni praua geſta in Aquitania, Firminus amotus Comitatu Aruernorum, ei ſucceſsit Salluſtius, Villecarius Dux Aquitaniæ, Calte eius filia nubit Chramno, Auſtrapius Sellenſis caſtri Epiſcopus ordinatur ſucceſſurus Pientio tum Pictauienſi Epiſcopo. Auſtrapius cæſus à Theiſalis. Theiſalorum origo vnde, Paſcentius Epiſcopus Pictauienſis, Radegundis Regina velo ſumpto condit Monaſterium S. Crucis Pictauis, & regulam

Cæſarij

Digitized by Google

Cæſarij Arelatenſis Epiſcopi ſuſcipit. Chramni ſeceſſus ad Conobrum Britanniæ Comitem. VVillecarij Ducis perfugium ad ædem S. Martini Turonenſis, locuſtarum acies viſæ in Aquitania. Chramni exitus.

HIs temporibus Belliſarium Ducem Iuſtiniani Imp. multa bella confeciſſe in partibus Burdegalenſibus ſcripſit Suidas: ſed merum eſt ſomnium Græculi, etſi enim Iuſtinianus Francici nomine gloriaretur, Aquitaniam aut Galliam omnino bello non tentauit per ſe, vel per legatos, quinimo & Francis ceſſit vniuerſo iure Galliarum & Maſſilienſi Prouincia, quam adhuc Gothi tenebant, teſte Procopio.

In verb. Βυρδίγαλα.

Lib. 3. de bell. Gothic.

Poſt obitum Galli Aruernenſis Epiſcopi, Cato ſenior Presbyter ſuffragiis cleri lectus, in Epiſcopum omiſſo Regis conſenſu, Cautinus Archidiaconus liuore in eum commotus, clam profectus ad Theodebertum filium Theodorici, ab eo tulit Epiſcopatum, & Metis ab Epiſcopis regio iuſſu inauguratus. Hinc votorum compos vino, & crapulæ ſe dedit, ob vinolentiam in epilepſiam lapſus, vir ſæuus præsbyterum, Anaſtaſium nomine, vetuſtiori ſepulchro veluti ergaſtulo diutiùs detinuit, quòd ei prædium Clotildis beneficio conceſſum non tradidiſſet, Iudæis valdè ſtuduit, magis de ſuis commodis, quam de eorum ſalute ſollicitus, eiſdem acceptus quòd turpiori illorum fœnori conniueret, eâ enim ætate ſoli ferè Iudæi

& Syri argentariam, & mercimonium exercebant in Gallia, hoc vno Cautinus commendandus quòd Letanias à Gallo deceſſore ſuo inſtituras coluerit. Gregor. Tur. Aimonius.

Lib. 4. c. 12.
Lib. 2. c. 36.

Anno DXLVIII. Theodeberto mortuo, ſucceſſit Theodebaldus eius filius, nec diu ſuperſtes Clotarium patruum teſtamento reliquit hæredem, qui ſtatim Theodebaldi ditionem occupauit, & Chramnum filium in Aruernos direxit. Chramnus in ea præfectura nimiùm tyrannicè ſe geſſit, iuniorum & vilium hominum conſilio, maximè Leonis Pictauienſis viri nequiſſimi, etiam primoribus non pepercit, Senatorum filias è ſinu parentum vi rapi iuſſit, eaſdémque raptoribus nuptum dedit, Hâc ætate fœda fuit labes Principum Francorum, vt optimatum filiæ vix eſſent in poteſtate parentum, & paſſim earum nuptiæ ſinè parentum conſenſu elicerentur ex reſcripto Principis, quod vetitum fuit Concil. Pariſ. III. can. VI. & Turonenſi III. can. II. Chramnus quoque Firminum Comitem vrbis Aruernæ Comitatu depulit, & in eius locum ſubmiſit Salluſtium Ennodij filium, Firminus tutelæ cauſâ in baſilicam confugit. Idem Chramnus Cautino Epiſcopo valde moleſtus fuit: Cùm verò grauiori è febre conualuiſſet, Aruernis migrauit Pictauos, vbi cùm degeret nequiorum conſilio, cum Childeberto nefariam conſpirationem iniit aduersùs patrem, quòd pater eum reuocaſſet, malam eius adminiſtrationem non ferens. Hoc fœdere inito Chramnus ad Lemouicenſes conuerſus, eos in ſuam poteſtatem redegit, interim Clotharius cùm ſaxonico bello occupatus res Aquitanicas per ſe componere non vale-

ret, Cherebertum, & Guntranum natu minores filios, cum idoneis copiis in Aquitaniam miſit. Hi emenſo itinere per Aruernorum fines, audito nuntio Chramnum eſſe apud Lemouices, iter eò conuertenunt, eumque aſſecuti ad montem quem Nigrum vocant, caſtris coram poſitis, cum per legatos conuenerunt, vt rebus paternis cederet, alioquin certus eſſet res armis repetitum iri: ille de obſequio in patrem obteſtari, ſed res occupatas non dimiſſurum, patríſque gratia eas ſe tuiturum: inſtructis vtrinque ad bellum copiis, illico exorta grauiſſima procella, acies diremit. Tum Chramnus aſtu ſubmiſſo falſo nuntio de morte patris, ingruentis belli molem à ſe remouit, fratres veriti ne morte patris potior regni pars Chramno pateret, ſtatim omiſſa expeditione cum omnibus copiis Burgundiam repetiere, Chramnus doli ſucceſſu lætus, cum ſuis copiis fratres proſecutus Cabillonum vrbem vſque, quam obſidione cœpit. Lib 4. cap. 9. 13. 16.
Gregor. Turonenſ. Aimonius. Lib. 2. c. 18.

Chramnus vt nuptiarum fœdere Aquitanos ſibi conciliaret, Calte natam VVillecarij Ducis Aquitaniæ duxit vxorem. Gregor. Turonenſ. *Tunc Chramnus iam accepta VViliacharij filia Pariſios accedens ſeeum Childebertum Regem conſtringit in fide, atque charitate, iurans ſe patri eſſe certiſſimum inimicum.* Lib. 4. c. 17. Filij nuptiis ſe inuito contractis, valde offenſus pater, eo maximè quòd VVillecarij Ducis poteſtas, & generis dignitas ei ſuſpecta eſſet Aimon. *Cui* (loquitur de Chramno, *nobilitas coniugis odiorum ſuppeditabat materiam, quòd præemineret proſapiæ claritudine, ei nomen Calte VVillecario genita Aquitaniæ Duce.* Metu Chram- Lib. 2 c 30.

Lib.4.c.18. ni Auſtrapius Dux confugit in baſilicam D. Martini Turonenſis, teſte Gregorio Turonenſi. Idem vocatur Auſtrabius alter Dux Aimonio, quòd ante Villecarium fuiſſet Dux Aquitaniæ. Lib.2.c.30. Rebus Aquitaniæ compoſitis, Auſtrapius inter chariores habitus apud Clotharium, inde clericus tonſus apud Sellenſe caſtrum, Pictauienſis diœceſis Epiſcopus ordinatur, Pientio tum Pictauienſi Epiſcopo ſucceſſurus, ſi ei ſuperſtes foret; ſed Pientio apud Pariſios defuncto, Auſtrapius repulſus à Chariberto, id temporis rerum potito, & in locum Pientij ſuffectus Paſcentius, Abbas Baſilicæ S. Hilarij Pictauienſis, in caſſum obclamante Auſtrapio, qui ſpe lapſus ad Sellenſe caſtrum ſe recepit, vbi commota in ſe Theifalorum (id nomen populi, vel factionis inter Pictones, à Theifalis quondam militibus præſidiariis Galliarum, quorum ſtatio erat apud Pictones, dum res Romana ſtabat, vt obſeruaui in Topographia Aquitaniæ) ſeditione haſtâ ſauciatus infeliciter periit, ciúſque nece Pictauienſis Eccleſia diœceſes ſuas, id eſt parrochias ab ea delibatas repetiit. Greg. Lib.4. c. 18. Turonenſ.

Anno DLVII. Radegundis Clotarij coniux religionis cauſa diuertit à viro, & mutata veſte Monaſterium in honorem ſanctæ Crucis exædificauit Pictauis, ſingularem operam ei nauantibus Pientio antiſtite & Tom.4. Auguſt. 13. Auſtrapio Duce: teſte Bandomina in eius vita apud Lib.3. c.4. & 6. Surium, Gregorio Turonenſi, Aimonio, Fortunato & Lib.2.c.11. Sigiberto. Hæc regulam Cæſarij Arelatenſis Epiſco- Lib.8.cap.1. ad ann.557. pi, quæ pertinet ad ſanctimoniales, cum multis regiis, aliíſque clariſſimis virginibus ſuſcepit eámque ſtudioſè excoluit. Lib.5.cap.1. Fortunatus.

Digitized by Google

Atque adſcita ſibi ſeruetur in vrbe Geneſi
Regula Cæſarij præſulis alma pij
Qui fuit Antiſtes Arelas de ſorte Lirini
Et manſit monachus, pontificale decus.

& idem aliò loco de Radegunde,

Regula Cæſarij, regula nota ſibi eſt Lib. 8. carm. 1.

& rurſùm.

Concipiente fide Chriſti Radegundis amore Eod. lib. car. 4.
Cæſarij lambit regula quicquid habet.

Regulam Cæſarij Radegundi datam ab Epiſcopis teſtimonio eſt ipſa epiſtola Epiſcoporum ad Radegundem: quæ extat apud Gregor. Turonenſ. *Specialiter diffiniuimus ſi qua de locis ſacerdotaliter noſtræ gubernationi Domino prouidente commiſſis in Pictauenſi ciuitate veſtro monaſterio meruerit ſociari, ſecundum beatæ memoriæ Domini Cæſarij Arelatenſis Epiſcopi cônſtituta, nulli ſit vlterius diſcedendi licentia.* Eiuſdem rei elegans monumentum, ipſius Radegundis Epiſtola ad Epiſcopos, quam dedit Iacobus Sirmondus. *Inſuper Congregationi per me Chriſto præſtante collectæ, Regulam ſub qua S. Cæſaria deguit, quam ſolicitudo B. Cæſarij Antiſtitis Arelatenſis ex inſtitutione ſanctorum Patrum conuenienter collegit adſciui.* Radegundis lignum ſanctiſſimæ Crucis & alia quamplura Sanctorum pignora ab Imperatore CP. petiit per legatos, & obtinuit, & locauit in Pictauienſi Monaſterio vt ſcriptum eſt in eius vita, vbi ſummo cultu habentur in hunc diem.

Lib. 9. c. 40.

Tom. 1. Conc Gall.

Anno DLVIII. Defuncto Childeberto ſucceſſit frater eius Clotarius, illius nece Chramnus omni ope ſe deſtitutum cernens, Clotario patri ſe conciliat, ſed rurſum provt erat leuis ingenij, & lubricæ fidei patri

Digitized by Google

inſidias molitur, & tutelæ cauſâ ſe transfert ad Conobrum Britanniæ Comitem, vna cum vxore, & filiabus ex ea ſuſceptis.

VVillecarius eius ſocer, vt religione loci ſe tueretur, ad Baſilicam Sancti Martini confugit: admoto igne vt à Baſilica auelleretur, latiùs ſerpente igne, Baſilica incendio conſumpta eſt, ſed à Clotario elegantiùs inſtaurata, & ſtanno tecta, Gregor. Turonenſ. Aimonius Sigebert.

Lib.4.c.20. Lib.2.c.29. ad ann. 503.

Per id temporis viſæ ſunt duæ locuſtarum acies quæ per Aruernorum & Lemouicum fines in Romaniacum campum conuenerunt, vbi commiſſo prælio mutuum ſe confecere. Gregor. Turonenſ. Aimon. Etiam ſuo tempore in Iudea viſa agmina locuſtarum, quæ precibus Sacerdotum & plebis, ſurgente vento in mare proiectæ ſunt, narrat Hieronym.

Lib.4.c.20. Lib.2.c.29. In Ioël. c.2.

Clotharius recidiuo filij lapſu exaſperatus, inſtructis copiis procedit in Britanniam, aduersùs eum Chramnus cum Conobro patri occurrit, collatâ pugnâ, Britanniæ Comes terga vertit, & in fuga cadit, Chramnus captus, & in tugurio cum vxore & filiabus iuſſu patris igni crematus. Gregor. Turonenſ. Aimon.

Lib. 4.c.20. Lib. 2.c.29.

CAPVT V.

Leontius Iunior Burdegalenſis Epiſcopus, Emerius non rite lectus Santonenſis Epiſcopus pellitur ſuffecto Heraclio, Emerius regia manu reſtitutus, Leontius mulctatus, Leontij ortus, & geſta. Synodus Santonenſis, S. Venantius Bituricenſis, S. Paternus Abrincenſis Epiſcopus patria Pictauienſis.

ANNO DLIX. in Concil. Pariſienſi III. can. VIII. decretum, ne Epiſcopus à Regibus obtruderetur, ſed vt eius electio eſſet penès clerum, & eiuſdem confirmatio pertineret ad metropolitanum, & comprouinciales. Huic Concilio interfuit & ſubſcripſit Leontius Iunior. Burdegalenſis Epiſcopus; neque tamen huic *labi*, Concilij auctoritas mederi valuit, quippe non multò poſt Emerius Decreto Clotharij Regis in Santonenſem Epiſcopatum prouectus, & ſinè metropolitani conſenſu ab alio ordinatus, poſt obitum Clotharij Leontius collecto apud Santonas patrum concilio Emerium tamquam non canonicè electum epiſcopatu depulit, Heraclio Burdegalenſi Presbytero in eius locum ſuffecto: huic Synodo, quod mirere, ſubſcribere noluit Euphronius Turonenſis Epiſcopus vir aliàs ſanctus, qui Pariſienſi ſubſcripſerat, ſiue quòd regiam indignationem pertimeſceret, vel ſatius cre-

deret Eccleſiæ iniuriam diſſimulare, quàm ei Regem infenſum facere. Heraclius decreto electionis ſuæ ad Charibertum Clotharij filium perlato, ab eo ignominioſè repulſus, & in exilium truſus. Emerius ſedi ſuæ reſtitutus, nec non Leontius ipſe qui illum depoſuerat, mille aureorum pœnâ mulctatus, hæc latius narrat Gregorius Turonenſis. Hic Leontius. patriâ Burdegalenſis, nobiliſſimo ortus ſtemmate, vxorem duxit Placidinam clariſſimam feminam, ex coniugato inuitus raptus ad Epiſcopatum, ſeceſſit ab vxore, eámque deinceps habuit vt ſororem, de quo Fortunatus.

Lib. 4. c. 26.

Lib. 1. Carm. 15.

Cogor amore etiam Placidinæ, pauca referre,
Quæ tibi tunc coniux, eſt modò chara ſoror.

Ille multas ſacras ædes ſuo ſumptu extruxit & ornauit, vt auctor eſt idem Fortunatus, quanta paſſus ſit à Chariberto intelligere poteris ex eo, quòd ſede ſuâ exſulauit, & falſo allato nuntio de ipſius morte, de ipſius ſede ſtatim ſubortum ingens certamen, quod felici eius poſtliminio ex improuiſo compoſitum, de quo carmen edidit Amœnus quidam. Leontius præter ſynodum Santonenſem, in qua Emerius depoſitus, aliam ante habuit ibidem, temporibus Euſebij Epiſcopi Santonenſis & Emerij proximi deceſſoris, ad quam Leo vir illuſtris à Leontio & Euſebio euocatus, cùm èò pergeret oculorum caligine correptus, B. Radegundis monaſterium ingreſſus, ſtratus ſuper Diuæ cilicium, orans viſum ſtatim recepit, teſtis Bandomina in vita Radegundis apud Surium. *Leo vir illuſtris ad ſynodum euocatus à viris Apoſtolicis Leontio & Euſebio cum iter ageret, oculis eius magna incidit caligo, ſanguinis nube eos obtegente, ita vt niſi famuli eum ducerent viam*

Lib. 1. c. 11. 12. & 15.

Tom. 8. biblioth. patr.

15. Auguſt.

prorſus

Digitized by Google

prorſus non videret : ingreſſus ergo in Beatæ Radegundis Monaſterium, vbi filias ſuas ei deuotè tradidit Domino ſeruituras, ad oratorium beatiſſimæ virginis ſe contulit, & poſt oblatas preces, fide plenus ſuper ſanctæ cilicium ſe proſtrauit, eámque inuocans, tamdiù illic permanſit, donec dolor abſcederet, diſſipatáque caligine ſanguis concretus, in venas vnde manarat ſe reciperet. Is quinquageſimum & quartum ætatis annum agens, vita functus eſt, ſuperſtite Placidinâ, eius epitaphium metro condidit idem Fortunatus. Lib. 4. c. 10.

Hâc ætate, vitæ ſanctitate claruit Venantius Aquitanus ex pago Bituricenſi ortus, Abbas & conditor Monaſterij iuxta Baſilicam S. Martini Turonenſis poſiti, de quo Gregorius Turonenſis variis locis. Lib. 10. hiſt. cap. 31. de glor. Confeſ. cap. 25. de vit. Patr. cap. 10. apud Sur. Octob. 13.

His temporibus etiam vitæ ſanctitate claruit Paternus Abricenſis Epiſcopus. Hic ortus Pictauis, cœnobium poſuit, Sciſciaci in pago Conſtantienſi, in quo multis annis Abbatis officio functus, ſumma cum laude, ſeptuageſimo ætatis anno ordinatus Abrincenſis Epiſcopus : eius vita legitur apud Surium : eum adhuc Abbatem carmine celebrauit Fortunatus duobus locis. Hic interfuit Concil. Pariſienſi III. DLIX. eius ſacra lipſana quieſcunt Exolduni Biturigum in Eccleſia eius memoriæ dicata, is eſt qui popularibus vocitatur, *S. Poix.* 16. April. Lib 3. c. 30. & lib. 7. c. 23.

CAPVT VI.

Diuiſio regni Clotharij I. Emerius non rite lectus Santonenſis Epiſcopus, ſede amotus in Synodo Santonenſi. Corpus S. Vrſini I. Bituricenſis Epiſcopi inuentum. Felix Nannetenſis Epiſcopus Aquitanus, S. Baſolus Lemouicenſis. Maracharius ex Comite Engoliſmenſis Epiſcopus. Georgius Comes Aruernorum, Felix Bituricenſis Epiſcopus, cuſtodia SS. Euchariſtiæ, Aribertus in Baſilica S. Romani apud Blauiam ſepultus. Diuiſio regni Ariberti, Aruerni contributi regno Auſtraſiæ, Firminus Comes Aruernorum, lues inguinaria vaſtat Aruernos, Bituriges & alia Galliæ oppida, Nouempopulonia ditionis Sigiberti, Ciuitates Aquitaniæ quæ Morganegibæ nomine traditæ Geleſuintæ, eâ demortua transferuntur ad Brunichildem ſororem. Frontonius Epiſcopus Engoliſmenſis, Heraclius Epiſcopus Engoliſmenſis, Nantinus Comes Engoliſmenſis, Palladius Comes Gabalorum infenſus Parthenio eiuſdem loci Epiſcopo, Romanus Comes ei ſuccedit in Comitatu, Gregorius Turonenſis Epiſcopus

Digitized by Google

patria Aruernus, Fortunatus Pictawienſis Epiſcopus poëtices laude clarus.

ANNO Chriſti DLV. diem functo Clothario I. eius Regnum in Tetrarchias diuiſum inter Cherebertum ſeu Aribertum, Guntranum, Chilpericum, & Sigibertum: Ariberto ceſſit ditio Pariſiorum cum Aquitania II. quâ pertinet ad Garumnam flumen; Guntrano ea quæ fuit Aureliorum cum Aquitania I. Chilperico Sueſſionus, Sigiberto Metis, ſiue Auſtraſia. Gregor. Turon. Aimon. apertius Iuo Carnotenſ. ex veteribus geſtis Francorum. *Diuiſo regno inter filios Lotharij nepotes Clodouei, Charibertus & Guntranus prouincias Celticorum & Aquitanorum acceperunt in regnum ſuum, & alter eorum, Charibertus ſcilicet, Pariſium ſibi ſedem regiam poſuit, & vſque ad flumen Garumnam regnum ſuum extendit, Guntrannus verò Aurelianis ſedem regiam ſibi conſtituit, & Burgundiam quæ Celticæ pars eſt in regnum accepit.* Eius diuiſionis ratio, ne huic extricandæ immoremur, clariùs elucebit ex ipſa rerum ſerie quæ ſequetur.

Lib 3 c.12. Lib. 2. c.vlt. lib.3. c.1. Epiſt.189.

Cùm Emerius Clotharij Regis decreto abſque canonica electione in Santonenſem Epiſcopatum ſe obtruſiſſet, Leontius Burdegalenſis Metropolita, anno DLXVI. collecto apud Santonas Prouincialium Epiſcoporum Concilio, illum ſede depulit, Heraclius Burdegalenſis presbyter in eius locum electus, qui ab Ariberto malè acceptus, & in exilium amandatus, ſedi ſuæ reſtituto Emerio, Gregor. Turonenſ.

Eodem anno diuinâ reuelatione inuentum eſt cor- Lib 4 c.26.

Digitized by Google

pus B. Vrſini primi Bituricenſis Epiſcopi in rure ſub-vrbano, & à Germano Pariſienſi Epiſcopo in Eccleſia S. Symphoriani Martyris, quæ poſteà S. Vrſini nomen accepit, ſolenniter locatum. Chron. M. S.

Hoc tempore claruit in Gallia Felix Nannetenſis Epiſcopus, Patriâ Aquitanus, natalium dignitate, & virtutis, & litterarum ſcientiâ inſignis. His dotibus Lib. 3. c. 6. eum commendat Fortunatus.

Nam quicunque potens Aquitanica rura ſubegit
Extitit ille tuo ſanguine, luce parens.
Germinis antiqui venerabile culmen in orbe
Laudibus in cuius militat omne decus.
Flos generis, tutor patriæ, correctio plebis,
Eloquij flumen, fons ſalis, vnda loquax.
Semita doctrinæ, ius cauſæ, terminus iræ
Ingenium ad cuius huc noua Roma venit.
Illic quod poterat per plures illa docere
Te contenta ſuo Gallia ciue placet.

Felicem Vaſatenſem fuiſſe non leuis eſt coniectura, quòd neptem, Pappoleno ſponſo abductam, mutata veſte, apud Vaſatenſem vrbem in Monaſterio poſuerit, de quo Gregor. Tur. Lib. 6. Hiſt. cap. 16.

Eodem tempore Baſolus patriâ Lemouicenſis, humili genere natus, ſanctitate vitæ claruit in Rhemenſi diœceſi, vbi fuit Abbas Monaſterij Viriziacenſis, teſte Sigeberto: Ad ann. 567. eum oriundum ex territorio Lemouicino regione Armoricana, quâ non alia intelligitur quàm Aquitania, indicat Flodoardus. Lib. 1. Hiſt. Rhem. c. 3. *Huius Aegidij tempore Sanctus Domini Baſolus ex territorio Lemouicino regione Armoricanano, vili proſapiâ oriundus è partibus Aquitaniæ patrocinia Beatiſſimi Remigij deſiderabiliter appetens*

Digitized by Google

Remenſem deuenit ad vrbem, &c.

Anno DLXVII. Maracharius ex Comite Engoliſmenſi, eiuſdem municipij Epiſcopus ordinatus, hic res Eccleſiæ diligenter curauit, ſacras ædes reſtituit; verùm ſeptimo Epiſcopatus anno veneno ſublatus. Gregor. Turonenſ. Aimon. Hic adfuit dedicationi Lib 5 c.36. Eccleſiæ quam ſtruxit Felix Nannetenſis Epiſcopus Lib.3.c.31. de quo Fortunatus,

Domnulus hic fulget meritis, Maracharius inde Lib.3.cap.4.
Iure Sacerdotij, cultor vterque Dei.

Hoc tempore Georgius Vellaunenſis, fuit Comes De Glor. Aruernorum. Gregor. Turonenſ. *Eo quoque tempore* confeſſ c.35. *quo Georgius Vallauorum ciuis, Aruernæ vrbis Comitatu potiebatur.*

Anno DLXX. Felix Bituricenſis Epiſcopus interfuit & ſubſcripſit Concilio Turonenſi II. in quo multa Eccleſiaſticæ diſciplinæ emendandæ causâ optimè ſancita ſunt: imprimis illud can. III. vt corpus Domini in altari non in imaginario ordine, ſed ſub crucis titulo componatur: id eſt vt SS. Euchariſtia non inter imagines ſuper altare poni ſolitas locaretur, ſed ſub ipſa cruce, quæ in medio altaris locari conſueuit. Is huiuſce canonis memor turriculam, id eſt ſacram thecam in turris modum ex auro in ſua Eccleſia affabrè fieri curauit, Euchariſtiæ tuendæ gratiâ. Fortunat. in carmine inſcripto ad Felicem Epiſcopum Bituricen- Lib.3. c.23. ſem, in turrem eius.

Quàm bene iuncta decent ſacrati vt corporis agni
Margaritum ingens aurea dona ferant.
Cedant chryſolithis Salomonia vaſa metallis
Iſta placere magis ars facit, atque fides:

Digitized by Google

Quæ data Chriſte tibi Felicis munera ſic ſint
Qualia tunc tribuit de grege paſtor Abel:
Et cuius tu corda vides, pietate coæquas
Sarapta merito quæ dedit æra duo.

Is Epiſcopus ordinatus à S. Germano Pariſienſis Epiſcopo ad id officij vocato, eiuſdémque opera Sigericus quidam Iudæus ad fidem conuerſus. teſte Fortunato in vita D. Germani apud Surium. Is poſt mortem miraculis clarus, hauſto ex eius ſepulchro puluere, febre laborantes curari narrat Gregorius Turonenſ.

28. Maij.

De Glor. confeſſ. cap. 102.

Anno DLXXII. Cherebertus, qui & Aribertus dictus, Rex Pariſiorum apud Blauiam caſtrum in Aquitania defunctus, & ibidem in baſilica S. Romani ſepultus. Aimon. *Ipſe quoque non poſt multum temporis in Aquitania apud caſtrum Blauia vitæ finem ſortitus, in baſilica ſancti Romani eſt ſepultus.*

Lib. 3. cap. 2.

Defuncti partem, ſeu ſortem, inter ſe diuiſere Sigebertus, Chilpericus, & Guntranus fratres ſuperſtites, excluſâ filiâ defuncti; quæ fuerit ratio diuiſionis ſpeciatim non exprimitur, ſed ex ſerie rerum apparet, Sigeberto de parte Chariberti obtigiſſe Turones, & Pictones; Guntrano Petrocorios, Nitiobriges, & Vaſcones ſeu Nouempopulos: Chilperico Burdegalam, Lemouicum, Cadurcum, Benarnum, & Begorram, id eſt Laſcurrium, & Tarbam Bigeronum, huius rei certiſſimum argumentum eſt, quòd Childericus poſt hanc diuiſionem has ciuitates Geleſuintæ vxori, Morganegibæ, ſeu matutini doni nomine, quod more Francorum à viro in vxorem conferri ſolebat, poſtridie nuptiarum conceſſit, vt videre eſt in exem-

Digitized by Google

plo pactionis inter Guntranum & Childebertum Reges apud Gregorium Turonenſ. *De Ciuitatibus verò hoc eſt Burdegala, Lemouica, Cadurco, Benarno & Begorra, quas Gaileſuindam germanam Domnæ Brunichildis, tam in dote, quàm in morganegiba, hoc eſt matutinali dono in Franciam venientem certum eſt adquiſiſſe, &c.* Regnum Chariberti inter ſe diuiſere fratres non modò per regiones, ſed etiam nonnullas vrbes inter ſe in partes diuiſerunt, vt Pariſius & Syluanectis, ita vt quiſque tertiam ferret, & ſolennibus diris ſe adſtrinxerunt, ne quiſquam eorum Pariſios ſine conſenſu alterius ingrederetur, teſte ipſo Gregorio Turonenſi. Eodem pacto Maſſyliam vrbem in partes diuiſam colligitur ex eo quòd Childebertum, Sigeberti filium Maſſyliæ partem poſt mortem patris captam à Guntrano repetiſſe, ac tandem recepiſſe narratur ab eodem Turonenſi.

Lib. 9. c. 10.

Lib. 9. c. 10. & lib. 6. c. 27.

Lib 6. c. 31. & 33.

Ex tempeſtate Aruerni parebant Sigeberto Regi Auſtraſiæ, in Galliarum enim diuiſione quæ facta eſt inter Clotarij liberos Aruernenſis pagus Auſtraſiacæ Tetrarchiæ contributus, vt contigerat in priori diuiſione, quæ facta eſt inter Clodouei liberos. Sigebertus: *Rex Auſtraſiorum ſuis finibus non contentus Arelaten, quæ erat ditionis Guntrani armis occupauit, ducibus Firmino Comite Aruernenſi cum manu Aruernorum, & Adouario Franco:* re audita confeſtim Guntranus Celſum Patricium miſit cum iuſtis copiis, vt amiſſam vrbem armis repeteret, Celſus ex itinere Auenionem quæ Sigiberti ditionis erat, impetu occupauit Arelaten obſidione cinxit, Aruerni à Sapaudo vrbis Epiſcopo qui Guntrani partibus ſtudebat perſuaſi, eruptione

facta irruunt in caſtra hoſtium, à quibus fortiter repulſi, & ne qua ſpes ſalutis ſupereſſet, ab oppidanis è muris lapidibus petiti, & portis vrbis obſtructis, in hoc diſcrimine ſeſe in Rhodanum miſerunt, vt natatu ſaluti ſuæ conſulerent, maximam partem hi vi fluminis rapti & ſubmerſi, quotquot vero alteram ripam fluminis nando ſuperare potuere, ægre amiſſis armis & equis, & cæteris rebus ſuis in Aruernum peruenere, Firminus & Adouarius capti, paucis poſt diebus dimiſſi, & Guntranus qui de ſuis tantum rebus tuendis cogitabat, recepta Arelate, lubens Auenionem germano reſtituit. Gregor. Turonenſ.

Lib. 4. c 30.

Aruernam cladem præjerunt varia ſigna & prodigia, ante in cœlo viſus cometes ingruentis mali prænuncius, circa ſolis orbem ternos, aut quaternos ſoles oſtendens, Alauda Eccleſiam Aruernenſem peruolitans inter ſacra antelucana faces omnes alarum plauſu extinxit. Gregor. Turonenſ.

Lib. 4. c. 31.

Anno DLXXIII. Lues inguinaria Aruernos fœdè vaſtauit, hoc morbo periit Cautinus Aruernenſis Epiſcopus Galli ſucceſſor, eadem tabe confectus Cato presbyter, & Epiſcopatus Cautino æmulus, letali lue laborantibus ſummo cum ſtudio, & vitæ ludibrio miniſtrans, eandem cladem paſſæ ſunt nobiliſſimæ Galliarum vrbes Lugdunum, Biturica, Cabillonum, & aliæ, de quo Gregorius Turonenſis non vno loco.

Lib 4 hiſt. Franc. c. 31. & lib. 2. de Martyr. c. 45.

Per hoc tempus Varnarius Francus, & Firminus Aruernorum Comes à Sigeberto Rege Legati Miſſi ad Iuſtinianum II. Imp. quâ legatione feliciter defuncti in Galliam rediere Gregor. Turonenſ.

Lib. 4. c. 33.

Præter Aruernos ex parte Sigeberto parebat Aquitania

tania III. ſeu Nouempopulania, & in ea Aquenſis ciuitas,ne dubites, Franco Aquenſis Epiſcopus hoc tempore pro tuendis rebus Eccleſiæ acerrime pugnauit, & Childerico qui primas tenebat apud Sigebertum, villam quandam euindicante, quaſi non iure ab Eccleſia teneretur,hac re conuentus apud Sigebertum Regem auctore Gregorio Turonenſi. Lib. de glor. Conf. c. 71.

Geleſuinta Chilperici coniuge dolo Fredegundis pellicis ſublata, ciuitates Aquitaniæ modò laudatæ quæ hypoboli, ſeu nuptialis doni nomine ei nubenti traditæ fuerant, Guntrani & Francorum iudicio peruenerunt ad Brunichildem eius ſororem, & nuptam Sigeberti Regis, ſuperſtitibus Chilperico & Sigeberto, vt liquet ex tabulis pactionis initæ inter Guntranum & Childebertum apud Gregorium Turonenſem: De lib. 9. c. 20. *de ciuitatibus verò hoc eſt Burdegala*, &c. & mox. *quas etiam per iudicium glorioſiſſimi Domini Guntchrani Regis Francorum ſuperſtitibus Chilperico, & Sygiberto Regibus Domna Brunichildis noſcitur acquiſiſſe.*

Circa hæc tempora Marachario Engoliſmenſi Epiſcopo veneno ſublato, in Epiſcopatu ſucceſſit Frontonius necis autor, ſed non diu inultum ſcelus ferente numine, poſt annum interiit; quo defuncto ſucceſſit Heraclius presbyter Burdegalenſis, olim legatione functus pro Childeberto Seniore: Nantinus Maracharij nepos, vlciſcēdæ mortis patrui ſui deſiderio ardens,Engoliſmenſem Comitatum expetiit quo potitus, valde ſe infenſum præbuit Heraclio, Epiſcopi prædia,quæ ex Maracharij beneficio ad Eccleſiam peruenerant vi occupauit, dicens æquum non eſſe Eccleſiam perfrui eius bonis, qui ab eiuſdem clericis

Digitized by Google

nefariè occiſus eſſet, & cuius percuſſorem apud ſe ipſe Epiſcopus haberet, iræ nimis indulgens, presbyterum apprehenſum torqueri iuſſit, adeò crudeliter vt is inter cruciatus expiraret, qua re commotus Epiſcopus ab Eccleſiæ limine eum arcuit. Gregor. Turonenſ. Aimon.

Lib 5 c.36. Lib.3.c.31.

Sub id tempus Palladius Brittiani quondam Comitis & Cæſariæ filius, inter Aruernos nobiliſſimus Gabalorum Comitatum Sigeberto Rege impertiente aſſecutus eſt; is Parthenio Epiſcopo valde infenſus, crebris conuiciis, & opprobiis eum ſubinde laceſſiuit, res Eccleſiæ peruadens, & eius homines ſeu colonos exſpolians: lite hac de re perlatâ ad Principem, & vtroque coram eo ſtante, varia inuicem obiectata crimina, nefariæ libidinis Epiſcopum inſimulauit Palladius, mollem & effeminatum vocitans, ſed non impunè, diuinâ quamprimum ſecuta vltione: ſequenti nimirum anno Palladius à Comitatu ſubmotus in Aruernos regreſſus, Romanum in Comitatu ſucceſſorem accepit, quo cùm hac de re cùm altercaretur, falſo rumore ſparſo dolo Romani, Sigebertum de eius nece cogitare, metu perterritus, ferro manus ſibi inferre tentauit, cúmque à matre & cognato Firmino, is fuit Comes Aruernorum, diligentiùs obſeruaretur, ne conceptum ſcelus perficeret :·è cuſtodum oculis fortè elapſus, gladio in pectus defixo, mortem ſibi conſciuit: is à matre ſummo cum luctu in Monaſterium Chrononenſe ſepulturæ causâ elatus, ſed abſque ſacrorum ſolennibus ob fati infelicitatem. Gregor. Turonenſ. Palladiorum in Aruernis nobiliſſimum & antiquiſſimum ſtemma, Simplicium electum Bituricenſem nup-

Lib.4.c.34.

Digitized by Google

tiis matronæ, quæ erat ex ſtirpe Palladiorum commendat Sidonius in concione habita in ordinatione illius. *Vxor illi de Palladiorum ſtirpe deſcendit, qui aut litterarum, aut altarium cathedras, cum ſui ordinis laude tenuerunt.* Poſt epiſt. 9. lib 7.

Eodem anno demortuo Euphronio Turonenſi Epiſcopo in eius locum ſucceſſit Gregorius vir ſanctiſſimus patriâ Aruernus, patre Florentio, matre Armentariâ, nobiliſſimo editus ſtemmate, patruum habuit Gallum Aruernenſem Epiſcopum, à quo litterarum & pietatis ſtudiis feliciter inſtitutus, tum ab Auito Aruernenſi etiam Epiſcopo Diaconus ordinatus, vnde Gregorium Auiti alumnum nuncupat Fortunatus in carmine ſcripto ad ipſum Gregorium de Iudæis conuerſis per Auitum Epiſcopum, Lib. 5. c. 4.

Non fuit in vacuum quòd te prouexit alumnum
Si cui mente fidem reddis, amore vicem.

Sepulchrum Sancti Hilarij Pictauis religionis causâ adiit, & hac occaſione Radegundem ſalutauit: Romam venit ad Gregorium Papam, quo exilem eius ſtaturam animo ſecum deſpiciente, Gregorius noſter Deo aſpirante, cognito Pontificis animo, *Deus*, inquit, *fecit nos, & non ipſi nos*, eius vita extat apud Surium, de ſe ipſo Gregor. & multa Fortunatus. eius ſtudioſiſſimus cultor. 17. Nouem. Tom. 6. lib. 10. hiſt. cap. vlt. & lib. 1. de Glor. Martir. c. 25.

Eodem tempore claruit Fortunatus Pictauienſis Epiſcopus, hic patriâ Italus eloquentiæ, & poëtices ſtudiis Rauennæ excultus, pietate in D. Martinum ductus, relicta patria tranſiit in Galliam, & voti causâ Turonum profectus eſt ad D. Martini, inde Pictauos progreſſus, illic habitauit, quamplurium ſanctorum, Lib. 5. cap. 2. lib. 3. c. 17. & paſſ.

Digitized by Google

geſta partim oratione ſolutâ, partim metro conſcripſit, tandémque in eadem ciuitate presbyter, & annuente Sigeberto Rege Epiſcopus eſt ordinatus, Aimonius. Paul. Varnefrid. Regino, Sigebert. Hic epithalamium cecinit de nuptiis Sigeberti & Brunichildis, & Radegundi in obſequiis fuit. de ſe teſtis ipſe

Lib. 3. c. 13. lib. 2. de Geſt. Longobard. c. 13. 1. Chronic. ad ann. 575. Lib. 8. c. 1.

Fortunatus ego hinc, humili prece, voce ſaluto
Italiæ genitum, Gallica rura tenent.
Pictauis reſidens, quà ſanctus Hilarius olim.
Natus in vrbe fuit, notus in orbe pater.
Martinum cupiens, voto Radegundis adhæſi
Quam genuit cœlo terra Thoringa ſacro.

Aquitaniam is luſtrauit, Ligerim & Garumnam Aquitaniæ flumina ſe tranſmiſiſſe, & Pyreneos acceſſiſſe teſtis eſt: *Preſertim quòd ego imperitus de Rauenna progrediens Padum, Atheſim, Brintam Planem Liquentiam Tiliauentumque tranans per Alpem Iuliam pendulus, montanis anfractibus Drauum, Norico Birrum, Oeno Breones, Lycum Boiaria, Danubium Alemania, Rhenum Germania tranſiens, ac poſt Moſellam Moſam, Axonam, & Sequanam Ligerim, & Garomnam Aquitaniæ maxima fluenta tranſmittens, Pyreneis occurrens, Iulio menſe niuoſis, pene aut equitando, aut dormitando conſcripſerim.*

Lib. 1. in præf.

Digitized by Google

CAPVT VII.

Bellum geſtum in Aquitania inter Chilpericum Sigebertum, & Guntranum fratres. Cœnobium S. Martini de Lata direptum, fœdus inter Chilpericum & Guntranum in Sigebertum. Sigeberti interitus Iudæi baptizati ab Auito Aruernenſi Epiſcopo, eorumdem natiuus fetor baptiſmo ſublatus. Iudæi vbique vectigales, eorumdem ſynagogæ in Gallia & Aquitania. Brachio Abbas Menatenſis, Nantinus Comes Engoliſmenſis, ab Heraclio Engoliſmenſi Epiſcopo iterum excommunicatus.

ANNO DLXXVII. Chilpericus pacis impatiens Turonum & Pictauis, quæ vrbes Sigeberto ceſſerant, in diuiſione Regni Ariberti, armis occupat, Duce Clodoueo filio, Sigebertus & Guntranus pactâ ſocietate coniunctis viribus bellum comparant in Chilpericum, rerum ſumma demandatur Mummolo; is armata manu Turones properat, pulſo Clodoueo vrbem in poteſtatem redigit, & oppidanos Sigeberto in fidem & obſequium nouo ſacramento obſtringit, inde Pictauos tranſit, Baſilius & Syagrius municipes collectâ manu ei occurrunt, ſed his facilè oppreſſis, & peremtis, Pictauos recepit, & à ciuibus fidei ſacra-

Digitized by Google

Lib.4. c. 40. mentum exegit. Gregor. Turonenſ.

Clodoueus Turonibus pulſus Burdegalam ſeceſſit, vbi per tempus quietus conſedit, ſed tandem exurgente Sigulfo, vno è partibus Sigeberti, inde velut labens ceruus, buccina fugatus, vix per Andegauos ad patrem ſe recepit. Gregor. Turonenſ. Aimon.

Lib.4.c.47. Lib.3.c.12.

Infelici euentu commotus Chilpericus bellum inſtaurat, nouos delectus militum conſcribit, Theodebertum filium natu maiorem cum copiis mittit in Aquitaniam: Hic vniuerſam prouinciam igni, ferróque vaſtat, Turones, & Pictauos rurſus occupat, Gundobaldum regionis præfectum prœlio vincit, inde Lemouices, Cadurcos & cæteras Aquitaniæ vrbes profligat, Eccleſias, & Monaſteria tam virginum, quàm virorum incendit, ipſas virgines ſtuprat: denique ea fuit Eccleſiæ clades, vt vix quicquam durius auditum

Lib.4. c.47. fuerit Diocletiani tempore? Gregorius Turonenſ. *Chilpericus autem Rex irâ commotus per Theodebertum filium ſuum ſeniorem, qui à Sygiberto quondam adprehenſus ſacramentum dederat, vt ei fidelis eſſet, ciuitates eius peruadit, id eſt Turonos, & Pictauos, & reliquas citra Ligerim ſitas, qui Pictauos veniens contra Gundobaldum Ducem pugnauit, terga autem vertente exercitu partis Gundobaldi, magnam ibi ſtragem de populo illo fecit; ſed & de Turonica regione maximam partem incendit, & niſi ad tempus manus dediſſent, totam continuò debellaſſent, commoto autem exercitu Lemouicinum, Cadurcinum, vel reliquas illorum prouincias peruadit, vaſtat, euertit, Eccleſias incendit, miniſteria detrahit, clericos interficit, monaſteria virorum deiicit, puellas deludit, & cuncta deuaſtat, fuitque illo in tempore peior in Eccleſiis gemitus,*

quàm tempore perſecutoris Diocletiani. Idem narrat Aimon. Lib. 3. c. 12.

Hoc bello à militibus direptum cœnobium Sancti Martini de Lata, vbi habebantur Diui reliquiæ. Gregor. Turonenſ. Aimon. Vbi nam ſit hocce monaſterium, vix eſt diuinare, forte eſt Monaſterium apud Santones, quòd ædificatum eſt à Martino S. Martini diſcipulo de quo Gregorius Turonens *Martinus ſanctonicæ vrbis Abbas, Martini vt ferunt noſtri diſcipulus apud vicum vrbis ipſius in monaſterio, quod ipſe poſt magiſtri dogmata ædificauit, in pace quieſcit.* Lib. 4. c. 48. Lib 3. c. 12. De glor. Cõfeſ. cap. 57.

Sigebertus Aquitaniam recepturus totis viribus bellum inſtruit, pacta armorum ſocietate cum Guntrano, Chilpericum ad pugnam prouocat: is varios belli euentus veritus, & viribus ſuis diffiſus, pacem depoſcit, vrbeſque à Theodeberto interceptas reſtituit. Gregor. Turon. Lib. 4. c. 49.

Nec diu pacem coluere principes, ſi quidem ſequenti anno, qui fuit Chriſti DLXXVIII. Chilpericus & Guntranus, non ſine fœda rerum conuerſione, pacto fœdere coierunt in Sigibertum, ſed infelici exitu bellum geſtum in Aquitania. Sigeberti copiis præfuere Godegiſilus & Guntranus Duces, Theodebertus fere deſtitutus à ſuis, & viribus longè impar, tamen quâ erat fiducia, & regiis animis tumentior, prœlium non recuſat, victus in acie occiditur, corpus eius ab Arnulpho Duce collectum, & Engoliſmam elatum vbi ſepultum eſt. Gregor. Turon. Aimon. Lib. 4. c. 50. Lib. 3. c. 15.

Anno DLXXIX. Sigebertus victor, in caſtris ferro necatus à duobus ſicariis, ſubmiſſis per Fredegundem coniugem Chilperici, Childebertum vnicum filium

Digitized by Google

Lib.4.c.51. ſucceſſorem habuit Gregor. Turonenſ.

Eodem anno in ſolenni die Paſchæ, plebe Aruerna commota in Iudæos, qui frequentes illic habitabant, & eorum Synagoga ſolo euerſa, Auitus Aruernenſis Epiſcopus ſedandi tumultus occaſione arrepta Iudæos fidem Chriſtianam ſuſcipere, aut vrbe abſcedere iuſſit, Iudei acceptis conditionibus pacis Chriſtianam fidem agnouerunt, & ab Auito baptizati, Gregor. Turon. nec id ſine miraculo: narratur enim quòd natiuus fœtor, qui è Iudæorum corpore ſpirare dicitur baptiſmi aquis abſterſus ſit. Hac de re carmen ſcripſit Fortunatus rogante Gregorio Turonenſi Epiſcopo.

Lib.5.c.11.

Lib.5.cap.4.

Abluitur Iudæus odor, baptiſmate diuo
Et noua progenies reddita ſurgit aquis,
Vincens ambroſios ſuaui ſpiramine rores
Vertice perfuſo, chriſmatis efflat odor.

Iudæi, iam olim ſparſi per orbem Romanum, illæſi inter Prouinciales habitarunt, tolerantia Cæſarum nummario cenſu redempta. Auguſtinus contra Fauſtum. *Hoc reuera multùm mirabile eſt, quemadmodum omnes gentes, quæ à Romanis ſubiectæ ſunt, in ritum Romanorum ſacrorum tranſierint, eoque ſacrilegia obſeruanda & celebranda ſuſceperint; Gens autem Iudæa ſiue ſub paganis Regibus, ſiue ſub Chriſtianis non amiſerit ſignum legis ſuæ, quo à cæteris gentibus, populiſque diſtinguitur, & omnis Imperator vel Rex, qui eos in regno ſuo inuenit, cum ipſo ſigno eos inuenit, nec occidit, id eſt, non efficit vt non ſint Iudæi, certo quodam, & proprio ſuæ obſeruationis ſigno à cæterarum gentium communione diſcreti, niſi quicumque eorum ad Chriſtum tranſierit.* Galliarum Imperio à Romanis

Lib.12.c.13.

Digitized by Google

marſis ad Francos tranſlato, Iudæi, in Galliis inuenti eodem iure vſi ſunt, & plures in Gallia & Aquitania Synagogas habuere, & fœnore, commercióque ingentes opes quæſierunt, quarum fiduciâ cum Chriſtianis inſultarent, multa conſtituta ſunt in Iudæos eorum proteruiæ coercendæ cauſâ Conc. Aruernenſi I. Aurelianenſi III. & Matiſconenſi I. & Childeberti edicto quod refertur in eodem Conc. Matiſconenſi. Can. 5. can. 29. can. 14. & 16.

Sub hæc tempora è viuis exceſſit Brachio Abbas cœnobij Menatenſis in finibus Aruernorum, olim Sigiualdo Duci in obſequio fuit venationis causâ, tum relictâ ſeculari militiâ monachus factus, ac demum Abbas, de quo Gregor. Turonenſ. Lib. 5. c. 12.

Eodem rempore Nantinus Comes Engoliſmenſis ab Heraclio Engoliſmenſi Epiſcopo ob ſcelera excommunicatus, in Concilio Patrum apud Santones coacto, pœnitentis ſpeciem præ ſe ferens, ab Heraclio in communionem receptus; ſed mox vt canis ad vomitum rediens domos Eccleſiæ quas relicturus erat, ſpoliauit, diſiecit, hoc malignitati ſuæ ſolatij indulgẽs, dum Eccleſia res ſuas labefactatas reciperet: quam ob rem rurſus ab Heraclio excommunicatus, nec diu poſt lethali lue correptus, infeliciter expirauit, obclamitans ſe ab Heraclio Antiſtite exuri. Gregor. Turonenſ. Aimon. Lib. 5. c. 36. Lib. 3. c. 44.

Lib.4.c.51. ſucceſſorem habuit Gregor. Turonenſ.

Eodem anno in ſolenni die Paſchæ, plebe Aruerna commota in Iudæos, qui frequentes illic habitabant, & eorum Synagoga ſolo euerſa, Auitus Aruernenſis Epiſcopus ſedandi tumultus occaſione arrepta Iudæos fidem Chriſtianam ſuſcipere, aut vrbe abſcedere iuſſit, Iudei acceptis conditionibus pacis Chriſtianam fidem agnouerunt, & ab Auito baptizati, Gregor. Turon. nec id ſine miraculo: narratur enim quòd natiuus fœtor, qui è Iudæorum corpore ſpirare dicitur baptiſmi aquis abſterſus ſit. Hac de re carmen ſcripſit Fortunatus rogante Gregorio Turonenſi Epiſcopo.

Lib.5.c.11.

Lib.5.cap.4.

Abluitur Iudæus odor, baptiſmate diuo
Et noua progenies reddita ſurgit aquis,
Vincens ambroſios ſuaui ſpiramine rores
Vertice perſuſo, chriſmatis efflat odor.

Iudæi, iam olim ſparſi per orbem Romanum, illæſi inter Prouinciales habitarunt, tolerantia Cæſarum nummario cenſu redempta. Auguſtinus contra Fauſtum. *Hoc reuera multùm mirabile eſt, quemadmodum omnes gentes, quæ à Romanis ſubiectæ ſunt, in ritum Romanorum ſacrorum tranſierint, eoque ſacrilegia obſeruanda & celebranda ſuſceperint; Gens autem Iudæa ſiue ſub paganis Regibus, ſiue ſub Chriſtianis non amiſerit ſignum legis ſuæ, quo à cæteris gentibus, populiſque diſtinguitur, & omnis Imperator vel Rex, qui eos in regno ſuo inuenit, cum ipſo ſigno eos inuenit, nec occidit, id eſt, non efficit vt non ſint Iudæi, certo quodam, & proprio ſuæ obſeruationis ſigno à cæterarum gentium communione diſcreti, niſi quicumque eorum ad Chriſtum tranſierit.* Galliarum Imperio à Romanis

Lib.12.c.13.

Digitized by Google

maſſis ad Francos tranſlato, Iudæi, in Galliis inuenti eodem iure vſi ſunt, & plures in Gallia & Aquitania Synagogas habuere, & fœnore, commercióque ingentes opes quæſierunt, quarum fiduciâ cum Chriſtianis inſultarent, multa conſtituta ſunt in Iudæos eorum proteruiæ coercendæ cauſâ Conc. Aruernenſi I. Aurelianenſi III. & Matiſconenſi I. & Childeberti edicto quod refertur in eodem Conc. Matiſconenſi. Can. 5. can. 29. can. 14. & 16.

Sub hæc tempora è viuis exceſſit Brachio Abbas cœnobij Menatenſis in finibus Aruernorum, olim Sigiualdo Duci in obſequio fuit venationis cauſâ, tum relictâ ſeculari militiâ monachus factus, ac demum Abbas, de quo Gregor. Turonenſ. Lib. 5. c. 12.

Eodem tempore Nantinus Comes Engoliſmenſis ab Heraclio Engoliſmenſi Epiſcopo ob ſcelera excommunicatus, in Concilio Patrum apud Santones coacto, pœnitentis ſpeciem præ ſe ferens, ab Heraclio in communionem receptus; ſed mox vt canis ad vomitum rediens domos Eccleſiæ quas relicturus erat, ſpoliauit, diſiecit, hoc malignitati ſuæ ſolatij indulgẽs, dum Eccleſia res ſuas labefactatas reciperet: quam ob rem rurſus ab Heraclio excommunicatus, nec diu poſt lethali lue correptus, infeliciter expirauit, obclamitans ſe ab Heraclio Antiſtite exuri. Gregor. Turonenſ. Aimon. Lib. 5. c. 36. Lib. 3. c. 41.

CAPVT VIII.

Merouei cum Brunechilde nuptiæ inſcio patre Prætextatus Rotomagenſis Epiſcopus damnatus in ſynodo Rothomagenſi, Rucculeni interitus apud Pictones, Mundericus Ariſitenſis Epiſcopus, Ariſitenſis vicus in Rutenis olim ſedes Epiſcopalis. Dalmatius Rutenenſis Epiſcopus. Caluppa recluſus ſanctitate clarus apud Aruernos, Patroclus Presbyter Bituricenſis recluſus idemque fundator Monaſterij Columbarienſis, Arcadius Bituricenſis Epiſcopus, Bellum in Aquitania inſtauratum inter Chilpericum & Guntranum. Pictauum vrbs ditionis Childeberti, eadem à Chilperico occupatur pulſo Ennodio Duce, Ennodius Dux Turonum & Pictonum. Calminius Dux Aquitaniæ fundator Monaſterij quod dicitur S. Theofredri, vulgo S. Chaffre in pago Velaunenſi, & Monaſt. Moſacenſis in Aruernis.

ANNO DLXXIX. Defuncto Sigeberto Chilpericus Meroueum vnum è liberis, copiis inſtructum miſit, in Pictones vt eos ditioni ſuæ ſubiiceret; ſed Meroueus vix priùs

Pictones attigit, cùm omiſſa expeditione, iter conuertit Rothomagum ad Brunichildem Reginam, viduam Sigeberti patrui ſui, quam inſciente patre duxit vxorem. Prætextatus Rothomagenſis Epiſcopus in ſuſpicionem deductus apud Chilpericum, quòd huiuſce rei conſcius fuiſſet, quam ob rem in eum condicta ſynodus Pariſiis, cui interfuit Bertramnus Burdegalenſis Epiſcopus. Prætextatus verò, à quibuſdam deceptus, cùm vt Regis animum ſibi conciliaret, confeſſus eſſet peccata, quorum innoxius erat, ſententia ſynodi à communione remotus eſt, donec in gratiam rediiſſet cum principe, pronuntiante eam Bertramno in hæc verba: *Audi ô frater & Cœpiſcope, quia Regis gratiam non habes, ideóque nec noſtrâ charitate vti poteris, priuſquàm Regis indulgentiam merearis.* Hæc Gregor. Turonenſ. Llib. 5. c. 19.

Eodem anno Rucculenus, vir partium Chilperici, Turones armis vaſtauit, nec ipſis prædiis Baſilicæ S. Martini pepercit, odio Gregorij Epiſcopi, quòd Guntranum Boſonem ibi præſidij causâ latentem, Chilperico inuiſum, quòd manu ſuâ Theodebertum necaſſe diceretur, non depuliſſet, nec impune diu tulit Rucculenus, paulò pòſt epilepſi correptus, inde Pictauos migrans miſerè periit, & eius morte ſoluta ſunt conſilia, quæ is animo agitabat in Pictones. Gregor. Turon. Lib. 5. c. 4.

Mundericus vnus è liberis Ansberti Senatoris, cùm Tetrici Lingonenſis Epiſcopi coadiutor, & futurus ſucceſſor deſignatus eſſet, Guntrani offenſionem contraxit, quòd Sigeberto Regi annonam aduersùs eum præbuiſſe diceretur, cùm principis animum nullo

Digitized by Google

pacto ſibi conciliare valeret, noctu fugâ elapſus, ad Sigiberti Regnum tranſiit, & apud Ariſitenſem vicum in finibus Rutenorum Epiſcopus inſtitutus eſt. Hic Epiſcopatus recens fuerat erectus, & delibatus è Rutenenſi Epiſcopatu, diœceſes, id eſt parrochias quindecim continens. Has priùs tenuere quidam Gothi, id eſt Septimani, quos ea ætas Gothos vocitauit, & prouinciam Gothiam, quòd olim fuerit ſedes Gothorum. Hoc uulnus Eccleſiæ moleſtè ferebat Dalmatius tum Rutenenſis Epiſcopus, & paroecias per iniuriam auulſas repetebat. Gregor. Turonenſ. *Nocte per fugam lapſus ad Sygiberti regnum tranſiit, & apud Ariſitenſem vicum Epiſcopus inſtituitur, habens ſub ſe plus minus diœceſes* XV. *quas primùm Gothi quidam tenuerant, nunc verò Dalmatius Ruthenenſis Epiſcopus vendicabat* Mundericum Ariſitenſem Epiſcopum agnoſcit & genealogia Karoli M. edita à Caniſio, *Modericus vero in Hariſco Epiſcopus eſt ordinatus, ibique confeſſor Chriſti requieſcit in pace.*

Lib. 5. c. 5.

Tom. 5. Antiq. lect.

Dalmatium non obtinuiſſe intelligere eſt, ex eo quòd ſequenti ſæculo adhuc ſuperſtes fuit Epiſcopatus Ariſitenſis, & Rhemenſi concilio anno DCXXX. celebrato, interfuit Emo Ariſitenſis Epiſcopus, & ſubſcripſit vnà cùm Sulpitio Bituricenſi, & vero Rutenenſi, autore Flodoardo. Ariſitenſem Epiſcopatum ante Mundericum inſtitutum coniectat Pater Thomas de Aquino Carmelita Diſcalceatus, vir antiquitatis ſagaciſſimus perſcrutator, duobus argumentis, vno deducto ex eo quod ſcripſit Turonenſis quindecim illas diœceſes, ſeu Parrochias quoſdam Gothos tenuiſſe; altero ex eo quòd ſcriptum eſt in Genealo-

Lib. 2. Remens hiſt. cap. 5.

In diſſertat. de Areſit. Epiſc.

gia quadam MS. S. Arnulfi Metenſis, Mundericum in Ariſitenſi Epiſcopatu ſucceſſiſſe Deothario Patruo ſuo, ſed cùm Gregorius Turonenſis eâ ætate vixerit & ignorare non potuerit, cuinam ſucceſſerit Mundericus, & prorſus ſileat de Deothario, aliàs diligentiſſimus in obſeruandis ſucceſſionibus Epiſcoporum, nec omiſerit has diœceſes Gothos quoſdam tenuiſſe, valde moueor ut credam, Deotharium, vel alium ante Mundericum non fuiſſe Epiſcopum Ariſitenſem; & quod ſcripſit Turonenſis has diœceſes Gothos quoſdam tenuiſſe, non poſſit congruè referri ad Deotharium, qui erat patruus & proximus Munderici, ſed tantùm referendum eſt ad extraneos quoſpiam: & dicendum eſt huius loci ſententiam eſſe, Ariſitenſem Epiſcopatum, decem & quinque parrochiis conflatum, quas Gothi quidam tenuerant, ſeculari poteſtate, per vim deciſas abs Rutenenſi Eccleſia, & Epiſcopatum huiuſmodi à Sigeberto inſtitutum, in gratiam Munderici, ne eius cauſa Lingonenſis Epiſcopatus ſpe ſubmotus à Guntrano, ſine Epiſcopali ſede inglorius relinqueretur: nec caret exemplo facinus; pari enim conſilio Promotus ordinante Sigeberto Rege Epiſcopus inſtitutus in Dunenſi caſtro, quod erat Carnotenſis Diœceſis, ſed minori ſucceſſu, mortuo enim rege iudicio Epiſcoporum amotus, conceſſúmque illi vt Presbyterij tantum officio fungeretur, & quamquam inſtaret vt Epiſcopali ſede potiretur, intercedente Pappulo Carnotenſi Epiſcopo, minimè obtinuit, vt narrat Gregorius Turonenſis. Lib. 7. c. 17.

Hoc anno vitâ migrauit Caluppa recluſus, is ab

Digitized by Google

adoleſcentia, monachum profeſſus in Melitenſi monaſterio, in finibus Aruernorum, tum ſtudio perfectioris vitæ cellula ſe incluſit, in qua vitam finiuit miraculis & curationum gratiâ clarus: hic ab Auito Aruernenſi Epiſcopo Diaconus & Presbyter ordinatus, eius vitam ſcripſit Gregor. Turonenſ. apud Surium, & de eodem meminit idem Turonenſis, in Hiſtor. Francorum.

3 Mart. lib. 5. hiſt. c. 9.

Eodem anno vitâ functus eſt Patroclus presbyter recluſus pagi Bituricenſis, is in Diaconum ordinatus ab Arcadio Bituricenſi Epiſcopo, ſtudio ſanctioris vitæ ſeceſſit in eremum, & cellula ſe incluſit: poſt hæc quinto milliari à cellula ædificauit Monaſterium Columbarienſe, & collectis Monachis Abbatem inſtituit, qui gregi præeſſet, inſtituti ſui tenax: eius vitam ſcripſit Gregor. Turon. eiuſdem meminit & in Hiſtor. Francorum.

De vit patr. cap. 9. apud Sur. Nou. 19.

Hoc anno Chilpericus bellum inſtaurat in Guntranum, & belli ducem eligit Clodoueum filium, qui lectis copiis in finibus Turonum & Andegauenſium, penetrauit vſque ad Santones, & Santonum vrbem peruaſit, Mummolus Guntrani Patricius, cum magnis copiis tranſit ad Lemouices, in quorum finibus prœlium commiſſum cum Deſiderio Duce Chilperici, in quo ceciderunt quinque millia ex parte Mummoli, & quatuor ſupra viginti millia ex parte Deſiderij, ita vt ipſe Deſiderius vix fuga ſalutem ſibi quæſierit. Mummolus verò Aruernos latè vaſtauit, & per eos in Burgundiam receſſit. Gregor. Turon. Chilpericum hoc bellum geſſiſſe, vt Petrogoricum, & Aginnenſem pagum ſibi ſubiiceret; & Clodoueo

Lib 5. c. 13.

filio Deſiderium Ducem adiunxiſſe, vt eius ope & conſilio vteretur, narrat Aimonius. *Clodoueum verò* Lib.3.c.15.
filium Turonis dirigit, vt & Petrogoricum Aginnenſémque pagum ſibi ſubiiciat, edicit, iuncto ei Duce Deſiderio, vt eius frueretur in cunctis incommòditatibus ſubſidio: nec idem Aimonius conuenit cum Gregorio Turonenſi de numero cæſorum in ante dicto prœlio ſcribit enim de parte Mummoli quinquaginta millia cæſa, à parte hoſtium licet deuictorum, non niſi viginti millia deſiderata.

Eadem tempeſtate Guntranus Bozo, qui tutelæ cauſa confugerat in Baſilicam S. Martini Turonenſis, vnà cum filiabus, ſibi & ſuis timens, quòd diceretur manu ſua occidiſſe Theodebertum filium Chilperici in prœlio, filias inde tranſtulit Pictauum quæ erat ditionis Childeberti. Chilpericus armis vaſtat Pictones, Guntranus filias ſuas præſidij cauſa collocat in Baſilica S. Hilarij Pictauis, & ad Childebertum Regem tranſit. Gregor. Turonenſ. Lib.5.c.24.

Poſt hæc Guntranus cùm natas ſuas Pictauis abducere vellet, Dracolenus vnus è partibus Chilperici, emunitate Eccleſiæ violata, totis viribus obſiſtere conatus eſt, ſed Guntranus eum dextra ſua occidit, & cum filiabus incolumis euaſit. Gregor. Turon. Lib.5.c.25.

Sub hoc tempus Chilpericus Pictauis vrbem quæ erat ditionis Childeberti vi occupauit, pulſo Ennodio Duce, Ennodius ob rem malè geſtam in exilium relegatus, & bonis proſcriptus, poſt annum patriæ & bonis reſtitutus. Aimon. *His diebus Chilpericus Pictauam peruaſit vrbem, fideléſque nepotis ſui, videlicet Childeberti Regis cum Ennodio Duce, ab eius ſunt homi-* Lib.3.c.25.

Digitized by Google

nibus pulſi. Ennodius itaque exilio truſus facultatibus fiſco ſubactis, poſt annum patriæ & ſuis redditus eſt rebus. Ennodius erat Dux Turonum & Pictonum, vt
Lib. 9. c. 7. indicat Gregorius Turonenſ. *Ennodius cum Ducatum vrbium Turonicæ atque Pictauæ adminiſtraret*, &c.

Hoc ſeculo Calminius Aruernus è ſtemmate Senatorio, & Dux Aquitaniæ, monaſterium quod hodie dicitur S. Theofredi, vulgo S. Chaffre, à Theofredo ſecundo Abbate eiuſdem monaſterij ædificauit, ac luculenter dotauit in pago Vellaunenſi, & de ſuo nomine Calminiacum appellauit, primumque Abbatem Eudonem impoſuit, idem Moſiacenſe Monaſterium
Cap. 7. condidit in finibus Aruernorum, ex vita ipſius Calminij quæ nuper in lucem edita eſt, hoc mendo defecanda, quod in eo ſcriptum eſt Calminium è Senatore factum Ducem Aquitaniæ, à Iuſtiniano Imp. quæ enim ea in re eius fuerint partes, eâ ætate, qua Gallia & Aquitania fuit penitus in poteſtate Francorum. Totius Aquitaniæ Dux an fuerit, vix eſt, cum eadem tempeſtate Aquitania ſecta fuerit in varias tetrarchias, & quod fuit Aquitaniæ primæ, pene contributum fuerit regno Auſtraſiæ, ſane magis eſt, vt huiuſce partis Aquitaniæ Ducem fuiſſe credamus, quod in eius finibus duplex Monaſterium ab eo poſitum ſit, vnum in Vellaunis, alterũ in Aruernis. Calminium genere Aruernum fuiſſe recte coniectauit Sauaro quod ætate Sidonij cognominem nactus eſt inter ciues Aruernos, ad
Lib. 5. c. 12. quem ſcripta extat ipſius Sidonij epiſtola, Moſiacenſe Monaſterium hac ætate extitiſſe ſatis inſinuat Gregor.
De glor. Confeſſ. cap. 41. Turonenſis, eo quod meminit baſilicæ Muſiacenſis. *Actum in vico Muſiacas.*

Capvt

CAPVT IX.

Pictones in poteſtate Chilperici, Tumultus in Aquitania ob grauius onus vectigalium, Ferreolus Lemouicenſis Epiſcopus, calamitas Aquitaniæ, Prodigia in Aquitania; Mauritius Cadurcenſis Epiſcopus Vrſicinum Vltrogothæ Referẽdarium ſucceſſorẽ deſignauit. Cadurci etiam ditionis Chilperici, Dalmatius Rutenenſis Epiſcopus, Ruteni ditionis Childeberti. Dalmatius Rutenenſis Epiſcopus. Theodoſius Rutenenſis Epiſcopus, ex Archidiacono. Bertramnus Burdegalenſis Epiſcopus Cracina inſula in littore Pictonico. Saluius Albigenſis Epiſcopus, Chilperici errores, Remigius Bituricenſis Epiſcopus præfuit Conc. Matiſconenſi, in quo Iudæi coërciti.

ANNO DLXXXI. Cùm Britones, Chilperici iugum detrectarent, Chilpericus eos armis ad obſequium reduxit, delectu habito in finibus Turonum, & Pictonum, Baiocenſium, & Cenomanorum. Gregor. Turonenſ. ex quo intelligere licet, eum vi potitum Pictauienſi pago, qui erat ditionis Childeberti.

Hâc tempeſtate Childericus tot grauia vectigalia toto regno indixit, vt plerique oneris impatientiâ, ſolum verterent, & peragrè ſedes quærerent, ſatius ſibi ducentes exulare, quàm in patria vectigalium mole deficere. Hac de re Lemouices commoti in Marcum Referendarium, qui vectigalium exactioni præerat, pene fuit vt à furente plebe confoderetur, Sed Ferreolus Lemouicenſis Epiſcopus, eum è manibus plebis eripuit: ſubducto Marco, ſæuitum in libros fiſci, & codices vectigalium, qui igne cremati ſunt. Iratus nimiùm Chilpericus graues à plebe tumultus pœnas exegit, multi iuſſu Regis ſupplicio affecti, & bonis multati, etiam Presbyteri, & Abbates tormentis ſubditi, veritatis quærendæ causâ, quod plebi ad fiſcales libros cremandos præſtò fuiſſe dicerentur. Inde vectigalium modus grauior in dies factus. Hæc narrat

Lib. 5. c. 29. Gregor. Turonenſis: *Chilpericus verò Rex deſcriptiones nouas, & graues in omni regno ſuo fieri iuſſit, qua de cauſa multi relinquentes ciuitates illas, vel poſſeſſiones proprias, alia regna petierunt, ſatius ducentes alibi peregrinari, quàm tali periculo ſubiacere; ſtatutum enim fuerat, vt poſſeſſor de propria terra vnam amphoram vini, per aripennem redderet; ſed & aliæ functiones infligebantur multæ, tam de reliquis terris, quam de mancipiis, quod impleri non poterat. Lemouicinus quoque populus, cum ſe cerneret tali faſce grauari, congregatus in Kalendis Martiis Marcum Referendarium, qui hæc agere iuſſus fuerat interficere voluit, & feciſſet vtique, niſi eum Epiſcopus Ferreolus ab imminenti diſcrimine liberaſſet, arreptis quoque libris deſcriptionum, incendio multitudo conjuncta cremauit, inde multum moleſtus Rex dirigens de latere ſuo*

Digitized by Google

perſonas, immenſis damnis populum adſlixit, ſuppliciiſque conterruit, morte multauit: ferunt etiam tunc Abbates, atque Presbyteros ad ſtipites extenſos, diuerſis ſubiacuiſſe tormentis, calumniantibus regalibus Miſſis, quòd in ſeditione populi ad incendendos libros, ſatellites adfuiſſent, acerbiora quoque deinceps infligentes tributa. Hoc vectigalium onere attritæ inprimis Aquitaniæ vrbes, quæ ad ditionem Chilperici ſpectabant. Aim. *Marcus Referendarius huic muneri præpoſitus, vt cunctas Aquitaniæ vrbes, quæ ad regnum Chilperici reſpicere videbantur, ad hæc ſoluenda verbis vel minis inuitaret.* Lib. 3. c. 32.

Eodem anno Aquitania cœleſtibus plagis, & irati numinis ſignis afflicta. Aruernus tractus, qui Limane dicitur, vi imbrium & inundatione fluminum ita reſtagnauit, vt pleraque prædia inſata iacuerint, ex quo ſecuta eſt grauis inopia annonæ. Burdegala & aliæ Aquitaniæ vrbes terræ motu concuſſæ, ita vt ciues paſſim tectis migrarent: hoc terræ motu ipſi Pyrenei ita labefactati, vt paſſim ruẽtes ex alto rupes, homines & pecora ſternerent, de cœlo arſit vicus Burdegalenſis, grauiter & Biturica ciuitas grandine contrita. Gregor. Turon. Aimon. Lib. 5. c. 33. Lib. 3. c. 33.

Eodem anno lupus Pictauam vrbem ingreſſus in media vrbe telis occiſus. Gregor. Turon. Aimon. Lib. 5. c. 41.

Hoc anno cùm legati à Mirone Rege Galliciæ miſſi ad Guntranum per Pictauos vrbem proficiſcerentur, quæ tum erat in poteſtate Chilperici, eius iuſſu capti, & ad eum Pariſios perducti, & in cuſtodiam detruſi. Gregorius Turonenſ. Lib. 3. c. 33. Lib. 5. c. 41.

Hoc anno vita Migrauit Maurilio Cadurcenſis Epiſcopus, hic cum podagrâ grauiter laboraret, quo am-

Digitized by Google

pliorem patientiæ paleſtram ſibi faceret, candentes ferri laminas tibiis, & pedibus admouebat; is multos de eius Epiſcopatu votis certare ſentiens, Vrſicinum, olim Vltrogothæ coniugis Childeberti I. Referendarium, ſucceſſorem deſignauit, & ſe adhuc ſuperſtite in Epiſcopum ordinari curauit, is eleemoſynis largior in pauperes, lectionis ſacræ ſcripturæ ita ſtudioſus, vt genealogias Patrum veteris Teſtamenti, quas vix memoria quis aſſequi poteſt, facilè ſuo cuiuſque ſtemmate percenſeret, idem in iudiciis æquitate & iuſtitiâ commendatur, & patrocinio pauperum aduersùs
Lib.5.c.42. improbos iudices, hæc narrat Gregor. Turonenſ. &
Lib.3.c.34. Aimon. iiſdem fere verbis, hoc vno diſpar, quòd Maurilium vocat.

Hâc tempeſtate Cadurcos fuiſſe in poteſtate Chilperici colligere eſt ex eo, quòd is duas poſſeſſiones in pago Cadurcenſi poſitas, quarum vni nomen Ipiacus, alteri Adiacus cœnobio S. Germani Pariſienſis dona-
Lib 3 c.57. uit. Teſte Aimonio.

Eodem anno ab humanis exceſſit ad ſuperos Dalmatius Rutenenſis Epiſcopus, vir ſanctitate clarus oratione, vigiliis, & ieiuniis penè confectus, eleemoſinis in pauperes effuſus, Eccleſiam impenſo ſumptu conſtruxit; ſed dum eam ſæpius deſtrueret, vt in melius emendaret, imperfectum opus reliquit. Mortem imminere ſentiens, condito teſtamento, Childeberto Regi, penès quem ea ætate erant Rutheni, Sexennium ſucceſſorem indicauit, ſacramento adiurans ne extraneus, vel laicus Epiſcopus ordinaretur. Tranſabodus ex eius Archidiacono Presbyter factus, Epiſcopali ſedi maximè imhiabat, eo maiori fiduciâ, quòd eius

Digitized by Google

filius tum Gogoni Regis nutritio commendatus eſſet, id eſt in obſequium traditus. Hâc ætate commendari dicebantur ingenui, & nobiles pueri, qui obſequij causâ optimatibus tradebantur. Hic aliquando vt clericis ſeſe conciliaret, ſolenni epulo eos procurauit, inter epulas cùm vnus è diſcumbentibus presbyteris, in blaſphemias & conuicia in Dalmatium erupiſſet delirum & ſtultum vocitans, vt calicem labris admouit ſubitò expirauit, & è conuiuio elatus, ad tumulum, poſt mortem Dalmatij lecto eius teſtamento coram Childeberto Rege, eo adnuente Theodoſius tum Rutenenſis Archidiaconus Epiſcopus ordinatur. Gregor. Aimoinus. Lib. 5 c. 46. Lib. 3. c. 42.

Hac ætate Archidiaconis munus non erat perpetuum, quin presbyter factus deſinebat eſſe Archidiaconus, ac ſæpiùs Archidiaconi cùm nimium extollerentur & inſultarent Epiſcopis, vt coërcerentur presbyteri fiebant. Nouatum primum fuiſſe Archidiaconum Eccleſiæ Romanæ, diuinâ verò inſpiratione à Cornelio Pontifice in presbyterum ordinatum, vt via ei ad Pontificatum præcluderetur, quòd eum res nouaturum prouideret, refert Eulogius Alexandrinus apud Photium: eo nomine querebatur Honoratus Archidiaconus Salonitanus apud Gregorium I. ſe inuitum ab Epiſcopo ex Archidiacono in Presbyterum ordinatum, & ſpecie fortioris gradus, arte callidâ degradatum. Hoc conſilio fortè Tranſabodus Rutenenſis Archidiaconus à Dalmatio in presbyterum prouectus, cùm eum Epiſcopatus culmen affectare ſentiret: diu in Archidiaconi gradu detentus memoratur Ioannes propter induſtriam, iam tamen aucta

In Biblioth. pag. 1622.

Lib. 1. epiſt. 19. lib. 2. ep. 16 Can. geſta can. Honoratus 74. diſt.

Lib.4.ep.25. dignitate presbyter erat, cùm in Epiſcopum Cabillonenſem electus eſt, teſte Sidonio.

Eodem anno Gregorius Turonenſis Epiſcopus reus factus apud Chilpericum, quòd turpem de Fredegunde cum Bertramno. Burdegalenſi Epiſcopo conſuetudinis famam ſpargeret; hac de re in Gregorium coacta Synodus Brennacenſis, delatore Leodaſte Comite Turonenſi in qua Gregorius calumniam eluit ſacramento præſtito. teſtis ipſe Gregor. vbi hoc ſubdit Leodaſtem iſtum natum patre Leocadio fiſcalis vinitoris ſeruo Cracinæ inſulæ, quæ eſt in littore Pictonico. *Cracina Pictauenſis inſula vocitatur, in qua à fiſcalis vinitoris ſeruo, Leocadio nomine naſcitur*, ea eſt quam noſtrates hodie vocant, *l'Iſle de Ré.* (Lib.5.c.48.)

Huic ſynodo interfuit Saluius Albigenſis Epiſcopus, & ſoluta ſynodo dum ſermonem haberet in aula caſtri Brennacenſis, id erat fiſcale prædium, cum ipſo Gregorio, de his quæ geſta erant, gladium ſtrictum vidit faſtigio ædis regiæ incumbentem, quod fuit ſignum imminentis exitij liberorum Principis. Gregor. Turonenſ. Aimon. (Lib.5.c.44. Lib.3.c.44.)

Hic Saluius diu in foro uerſatus relicta militia ſeculari Monachum profeſſus in Monaſterio, in quo poſtea Abbatis functus officio, ac tandem ex Abbate inuitus ordinatus in Epiſcopum Albigenſem. Lue inguinaria graſſante tamquam verus paſtor gregem numquam deſtituit, ſed ſpreto vitæ diſcrimine conſtanter in officio perſeuerauit: nec diſpari pietate Capta vrbe à Mummolo Patricio, vno è præfectis Chilperici cùm multi ciues captiui abducerentur eos, pro-

ſecutus ſua pecunia redemit, & recepit. Gregor. Turonenſis. Lib.7. c.1.

Hoc tempore cùm Chilpericus Sabelliani erroris laqueis irretitus libros hac de re ſcripſiſſet, & prauam ſententiam per regni fines ſpargere conaretur, Saluio fortè tum in comitatum venienti librum oſtendit, quo eius ſuffragium eliceret, ſed is zelo Dei accenſus acriter reſtitit, totis viribus conniſus, quo librum è manu principis auulſum laceraret, quâ re perculſus Rex ſententiam mutauit, errorémque abiecit. Gregor. Turon. Aimoin. Lib. 5. c. 44. Lib. 3. c. 41.

Eodem anno Remigius Bituricenſis Epiſcopus interfuit & ſubſcripſit Concilio Matiſconenſi, quod hoc anno ſtudio Guntrani Regis celebratum eſt ad emendandos mores Eccleſiæ, & præcipuè ad coërcendam Iudæorum petulantiam: hic inter priores huius Concilij patres commendatur Ado Viennenſis, *Poſt Philippum Euantius vir ſanctus Epiſcopus Viennæ leuatus eſt, Hic cum S. Priſco, & Artemio Senonico, & Remigio Bituricenſi cum aliis ſanctis Epiſcopis viginti capitula eccleſiaſtica perfectè roborauit, quibus conſenſit quoque Syagrius Eduenſis Epiſcopus vir ſummæ ſanctitatis*, Idem Remedius vocatur, Agobardus. ex Can. XIII. Conc. Matiſc. *Priſcus Eccleſiæ Lugdunenſis Epiſcopus, Artemius Senonicæ, Remedius Byturicæ, & ſanctus Syagrius Aeduorum Epiſcopus cum cæteris pluribus ſtatuta eccleſiaſtica renouantes. Ita definierunt ne Iudæi Chriſtianis populis iudices deputentur*, quod repetierunt & patres Concilij Meldenſis. Can. LVII. In chronic. Lib. de Iudaic. ſuperſt.

Digitized by Google

CAPVT X.

S. Eparchius Reclauſus Engoliſmenſis natus Felicis Aureoli Comitis Petrocoriorum. Antonius ſeu Aptonius Engoliſmenſis Epiſcopos, Frontonius Archipresbyter poſtea Engoliſmenſis Epiſcopus, Ramaulfus Comes Engoliſmenſis, Ferreolus Vceticenſis Epiſcopus. S. Tarſicia virgo, proles Ansberti Senatoris, Bellum in Aquitania geſtum inter Chilpericum, & Guntranum, Ragnoualdus Dux Aquitaniæ Baſilica. S. Capraſij Martyris Aginni. Deſiderius Dux legatus Chilperici bello Aquitanico. Vaſcones bello tentati, à Blaudaſte Duce, ea ætate Vaſcones ſe continuere ſaltu Pyrenei. Lupi Burdegalæ oppido infeſti, Vaſatenſis ciuitas igne conſumpta. Noui Comites à Chilperico diſpoſiti per Aquitaniam Nonnichius Lemouicenſis Comes, Charterius Epiſcopus Petrocoricenſis.

ANNO DLXXXIV. vitâ migrauit Eparchius Reclauſus Engoliſmenſis, hic Petrocoriis ortus clariſſimo ſtemmate, Patre Felice, cognomine Aureolo, matre Principia, primùm apud Feliciſſimum Comitem auum ſuum,

Digitized by Google

Cancellarij officio functus, decem & quinque annis, tædio militiæ ſecularis Sedacianum monaſterium ingreſſus, & ibi in Monachum receptus à Martino Abbate Monaſterij; ſed ſanctitatis famâ crebreſcēte clam è Monaſterio ſeceſſit, in pagum Engoliſmenſem, vbi de conſenſu Antonij, vel Aptonij Engoliſmenſis Epiſcopi cellam poſuit, in agro ſuburbano ad Caranto-*num* amnem, & in ea ſe incluſit, priùs impetrata venia à Sabaude ſuo Epiſcopo, & Abbate, ſolenni legatione exquiſita ab ipſo Antonio Epiſcopo per Frontonium tum Archipresbyterum, qui poſtea Engoliſmenſis Epiſcopi dignitatem adeptus eſt, Arthemium Archidiaconum, & Arthemium defenſorem. Idem poſteà presbyter ordinatus ab Antonio Epiſcopo, ſanctitate & miraculis claruit, energumenos liberauit, pro reis damnatis lubens interceſſit, cum aliquando pro fure morte damnato interceſſiſſet apud Ramnulfum Engoliſmenſem Comitem, prece non auditâ, ſuſpendio extinctum ſuſcitauit, eius vita extat apud Surium. Multa de eo Gregorius Turonenſ. & Aimon. eius patrem Comitem Petragoricenſem fuiſſe adſtruit ſcriptor Anonymus vitæ Caroli M. *Quo tempore exortus eſt Beatus Eparchius, ex ciuitate Petrocoria patre Felice Aureolo, Comite eiuſdem ciuitatis.* In eiuſdem nomine ſibi non conſtat ipſe Gregorius Turonenſis, quem enim vocat Eparchium in Hiſtoria Francorum, eundem vocat Adeparchum in libro de Gloria Confeſſorum, *ſed & Adeparchi Equolenenſis vrbis reclauſi ſepulchro ſæpius infirmi ſanantur*, corruptè, *S. Cibar.*

1. Iulij. Lib. 6. c. 8. & lib. De glor. Confeſſ. cap. 101. Lib. 3. c. 45.

Eodem anno obiit Ferreolus Vcetienſis Epiſcopus vnus è liberis Ansberti Senatoris, qui & non ſpernen-

Digitized by Google

da ſcriptorum reliquit monumenta, libros ſcilicet
Lib. 6. c. 7. epiſtolarum Sidonium imitatus. teſtis Gregor. cum, neſcio quo titulo, inter Martyres locat Genealogia Caroli M. *Feriolus quidem Epiſcopus effectus in Vcetia ciuitate, Martyrio coronatus eſt, ibique requieſcit in pace.* Inter Diuas eiuſdē ætatis numeratur & Tarſicia virgo, Ansberti nata, cuius reliquiæ ſummo cum cultu habentur Rutenis in Monaſterio ſuburbano virginum ordinis S. Benedicti, Genealogia Caroli M. ab Henrico Caniſio edita. *Tarſicia virgo Chriſti in virginitate ſua perſeuerans in Rodinis ciuitate requieſcit.* Accedit Author carminis, de origine gentis Francorum, nuper editus.

Tom. 5. antiq. lect.

Virgo Dei, caſtis adolens altaria donis,
Virgineúmque decus, ſeruans Tharſicia fructu
Centeno cumulata tenet memorabile nomen
Rodinis.

Anno D L X X X V. Chilpericus cernens odia, & diſcordias inter Guntranum & Childebertum recrudeſcere, Deſiderium Ducem cum magnis copiis mittit in Aquitaniam, vt eam aduersùs Guntranum occuparet, ille commotis copiis Ragnoualdum Ducem Aquitaniæ prælio fundit fugátque, Petragoricum peruadit, exactóque ab oppidanis fidei ſacramento, Aginnum pergit, Ragnoualdi vxor auditâ clade viri, ſentiens Aginnum victori obuiam patere, tutelæ cauſâ confugit in baſilicam S. Capraſij Martyris Aginnenſis, vnde erepta, & rebus ſpoliata, datis fideiuſſoribus pro ſecuritate Toloſam deducitur, & ibi in baſilica S. Saturnini præſidij causâ conſedit: Inde Deſiderius Dux cunctas ciuitates quæ in Aquitania iuris Guntrani

Digitized by Google

erant Chilperici poteſtati ſubiecit, Gregorius Turonenſ. Aimoin. Blaudaſtes verò vnus è ducibus Chilperici, Vaſcones bello tentauit infeliciter, maximam enim copiarum partem in hoc bello amiſit, idem Gregorius. *Blaudaſtes verò Dux abiit, maximamque partem exercitus ſui amiſit.* Blaudaſtem in hoc bello cecidiſſe refert Hildebrandus Fredegarius *Blaudaſtis Dux in Vaſconia obiit, maximámque partem exercitus ſui amiſit* & eum ſecutus Aimon. *Baudaſtis Dux cum maxima ſui exercitus parte in VVaſconia periit*, tamen reclamat fides Gregorij Turonenſis, qui ea ætate ſcripſit, & multa poſt hanc expeditionem à Bladaſte geſta narrat. Hoc loco Vaſconiæ nomine, intellige antiquam Vaſconiam quæ fuit poſita in ſaltu Pyreneo, nec enim poſſis accipere de ea parte Aquitaniæ quæ Pyreneis ſubiacet, & Nouempopulania dicta eſt, quia eâ tempeſtate adhuc erat in poteſtate Regum Francorum, vt conſtat ex variis locis Gregorij Turonenſis, & eadem Nouempopulaniæ nomen retinebat. Teſtis idem Gregorius Turonenſ. *Maxime tunc Nouempopulanæ geminæque Aquitaniæ vrbes, ab hac tempeſtate depopulatæ ſunt*, nec prius eadem dicta eſt Vaſconia, quàm Vaſcones è iugis Pyrenei in ea conſederint, quod contigiſſe puto inclinante priori regum ſtirpe.

Lib. 6. c. 12. Lib. 5. c. 39. Cap. 77. Lib. 3. c. 39. Lib. 6. c. 31. lib. 7. cap. 34. lib. 8. cap. 38. Lib. 2. c. 25.

Eodem anno lupi Burdegalam vrbem ſinè vllo metu ingreſſi canes deuorarunt, Gregor. Turon. Sigebertus Gemblacenſis hoc refert ad annum DLXXXII. Lib. 6. c. 21.

Eodem etiam anno Vaſatenſis ciuitas, incendio arſit, nec flamma pepercit ſacris ædibus, tamen miniſteria, id eſt ſacra vaſa igne erepta ſunt. Gregor. Turonenſ. Lib. 6. c. 21.

Digitized by Google

Eodem anno Chilpericus peruaſis Aquitaniæ vrbibus, quæ erant ditionis Guntrani, nouos Comites imponit, & vectigalia fiſco ſuo inferri iubet, Gregor. Lib. 6. c. 22. Turonenſ. *Rex igitur peruaſis Chilpericus ciuitatibus fratris ſui, nouos Comites ordinat, & cuncta iubet ſibi vrbium tributa deferri.*

Sub id tempus tabellarij duo à Nonnichio Lemouicenſi Comite capti, qui litteras Charterij Petragoricenſis Epiſcopi nomine ſcriptas deferebant, quibus continebatur grauis querela, ſe è cœlo deportatum ad inferos, hoc ſignificans quod è manu Guntrani fuiſſet tranſlatus in regnum Chilperici. Tabellariis cum litteris ſub tutiori cuſtodia ad Regem perductis, Charterius Epiſcopus euocatur, interrogatus negat litteras à ſe miſſas, tabellarij eadem re à ſe quæſita fatentur ſe litteras accepiſſe à Frontonio Diacono. Diaconus coram iuſſus ſiſtere, affirmat ſe eas litteras dictaſſe iubente Epiſcopo. Epiſcopus negat & Diaconum ſibi infenſum his artibus vſum proclamat, quo Epiſcopatu amoueretur. His auditis Rex Epiſcopum honeſtè miſſum fecit, eius precibus ſe commendans, & idem deprecatus à Diacono. Duobus poſt menſibus Nonnichius Comes doli artifex, ſanguine percuſſus interiit, réſque eius, quia ſine hærede, abſque li- Lib. 6. c. 22. beris deceſſerat, in plures Principis beneficio colla- Lib. 3. c. 49. tæ. Gregor. Turonenſ. Aimoin.

Digitized by Google

Capvt XI.

Diſciola Virgo neptis B. Saluij Epiſcopi Albigenſis, Auennio obſeſſa à Guntrano Duce cum copiis Aruernorum & Vellaunorum, Bellum Aquitanicum. Biturica obſeſſa. Magdunum alias Meglodenſe vel Mediolanenſe caſtrum. Lues inguinaria apud Albigenſes. Virgo Deo dicata in Monaſterio S. Radegundis nata Chilperici reſpuit nuptias Reccaredi Regis Gothorum, Maleficæ mulieres vna cum Mummolo Burdegalenſi damnatæ, quod Chilperici natum necaſſent, quo Mummolo vitam producerent. Lupentius Abbas Mimatenſis eius martyrium ſcelere Innnocentij Comitis Gabalorum, Sulpitius Bituricenſis Epiſcopus Remigij ſucceſſor. Theodoſij Rutenenſis Epiſcopi obitus. Innocentius ex Comite Gabalorum ei ſuccedit in Epiſcopatu. Synodus Prouincialis de parochiis Cadurcinis, Vrſicinus Cadurcenſis Epiſcopus, Saluij Albigenſis Epiſcopi obitus.

Nno dlxxxvi. è viuis exceſſit Diſciola virgo, Saluij Epiſcopi Albigenſis neptis, velata in Mo-

Lib.6.c.24. naſterio Radegundis apud Pictauos. Gregor. Turonenſ.

Eodem anno cùm Mummolus à Guntrani Regis fide lapſus, Auennionenſem vrbem occupaſſet, Guntranus Dux comparatis copiis Aruernorum, & Vellaunorum Auenionem obſidione tentauit, ſed in caſ-
Lib.6.c.26. ſum. Gregor. Turon. *At ille adſumptis ſecum Aruernis atque Vellaunis Auenionem abiit*, &c.

Eodem anno Chilpericus pacto fœdere cum Childeberto nepote, aduersùs Guntranum, Berulfum Ducem ablegat in Aquitaniam cum iuſtis copiis, Berulfus Dux cum manu Turonum Pictonum, Andium, & Nannetum, ſimul & Deſiderius Dux Toloſæ, & Bladaſtes Dux coniunctis copiis prouincialibus Bituricam vrbem quæ erat ditionis Guntrani, vt pote primaria Regni Aquitanici obſidione circumuallant. Bituriges cum quindecim milium copiis, Deſiderio occurrunt apud Magdunum quod Meglodenſe ca-
Lib. 6. cap. 31. & 32. ſtrum vocat Gregorius Turonenſ. Aimonius olim
Lib.3.c.50. caſtrum Mediolanenſe, poſtea Magdunum, populares *Meun en Berry*. Magna vtrinque ſtrage prœlium commiſſum, Guntranus ipſe, copiis admotis vt obſidionem ſolueret, Chilperici copias magna ex parte fudit, rebus in hoc diſcrimine poſitis, pax inter Germanos per Legatos componitur, quo pacto Bituriges obſidione liberati. Chilpericus cum militem prædis abſtinere nequiret, Rothomagenſem Comitem gladio percuſſit, quo exemplo cæteri coërciti. Hæc
Lib.6.c.31. Gregor. Turonenſ.
Lib.3.c.50.

Anno DLXXXVII. Albigenſis ciuitas lue inguinariâ
Lib.6.c.33. maxime laborauit. Gregor. Turon.

Digitized by Google

Eodem anno Chilpericus cum Reccaredo VViſigothorum Regi Ingundem filiam ex Fredegundè ſuſceptam nuptiis deſpondiſſet, mutato conſilio aliam quæ nata erat ex Andouera, & apud Radegundem profeſſa in Monaſterio Pictauienſi in eius locum ſubmittere voluit, ſed virgo acriter reſtitit, maximè adnitente Radegunde, nefarium eſſe virginem ſemel Deo dicatam carnalibus nuptiis fœdari. Gregor. Turonenſis. Lib. 6. c. 34.

Eodem anno Mummolus Dux patriâ Burdegalenſis apud Chilpericum reus factus, quòd tenerum eius natum maleficis artibus necaſſet, hanc ob cauſam captæ maleficæ mulieres, quæ tormentis ſubditæ, ſe quamplures, & inter cæteros regium puerum ſortibus ſuſtuliſſe confeſſæ ſunt, quò Mummolo vitam producerent, alienæ ſalutis damno, quô confeſſo vltimo ſupplicio affectæ ſunt. Mummolus veritatis quærendæ cauſa tormentis ſubiectus, hoc vnum confeſſus, ſe ab his mulierculis accepiſſe vnguenta & potiones, quo regiam ſibi gratiam conciliaret. Mummolus morte damnatus, cùm iam gladius ceruici imminerer, à Fredegunde vitâ donatus, & vltimo ſupplicio in exilium commutato, Burdegalam rebus omnibus in fiſcum actis relegatus, eò infelicior quòd in patria exulare cogeretur, ſed vix eo peruenit, cùm exilium morte finiuit, Gregor. Turonenſ. Lib. 6. c. 35.

Eodem quoque anno Lupentius Abbas Baſilicæ S. Priuati Martyris, Mimate Gabalorum, ab Innocentio huiuſce ciuitatis Comite accuſatus apud Brunichildem Reginam, quòd eius famæ oblocutus eſſet, causâ cognita, cùm innoxius inuentus eſſet, miſſus

Digitized by Google

factus eſt, ſed in itinere à Comite interceptus, & Ponticonem ſeu Pontigonem quæ erat villa fiſcalis perductus, multis cruciatibus affectus & rurſum dimiſſus cum ad Axonam amnem perueniſſet irruente in eum Comite capite cæſus, caput in culeum miſſum, in amnem proiectum, vt & ipſum truncum corpus, quod paucis poſt diebus cum è profundo fluminis emerſiſſet, à paſtoribus collectum, quibus incertis hærentibus, cuiuſnam eſſet corpus, ſublato per aquilam è flumine culeo, caput deciſum in eo inuentum, & ſimul cum trunco corpore ſepultum: nec latuit gloria martyris, vili ceſpite tecta; fertur enim tumulus multâ luce ſubinde internicante, & ægrorum curatione illuſtratus, autore Gregorio Turonenſ. eius memoriam piè colit Eccleſia. Vſuardus: *in vrbe Gabalitana Sancti Lupentij Abbatis baſilicæ Sancti Priuati, & Martyris.*

Lib. 6. c. 37. In Martyrol. 11. Octobr. & ibi Molan.

Eodem anno vita migrauit Remigius Bituricenſis Epiſcopus, cuius poſt mortem major pars vrbis graui incendio arſit: poſt hæc multis de Epiſcopatu certantibus, & prelio quaſi ſub haſta licitantibus, his repulſis Sulpitius à Guntrano Rege prælatus, non ſinè graui deteſtatione labis ſimoniæ: *Non* inquit *principatus noſtri conſuetudo, ſacerdotium venundare ſub pretio; ſed nec veſtrum eum præmiis comparare, ne & nos turpis lucri infamiâ notemur, & vos mago Simoni comparemini.* Sulpitius hic fuit genere clariſſimus, è primis Senatoribus Galliarum, id eſt, ex familia Romana & ſenatoria eloquentiæ, & poëtices ſtudiis valde excultus Gregor. Turonenſ. Aimoin. ineptè Martyrolog. Roman. Sigonius, Galeſinus, Giſlenius, Demochares, & alij eundem

Lib. 6. c. 38. Lib. 3. c. 55. Ianuar. 29.

Digitized by Google

eundem putant cum Seuero Sulpitio, auctore hiſtoriæ ſacræ, quia temporum & ordinis ratio alium euincit, Seuerus Sulpitius fuit diſcipulus S. Martini, nec presbyteri ordinem exceſſit. Ab eo tempore Bituricenſem ſedem primam totius Aquitaniæ inſcriptam fuiſſe teſtatur author vitæ Sulpitij *Ita vir ſanctus Deo volente primam obtinuit Aquitaniæ ſedem*, &c.

Eodem anno Theodoſius Rutenorum Epiſcopus Dalmatij ſucceſſor diem obiit; poſt cuius mortem de Epiſcopatu valde certatum, & inter hæc Eccleſia defenſore deſtituta, rebus ſpoliata, ac fere exinanita. Tranſabodus Presbyter ſpe epiſcopatus repulſus, Innocentius Comes Gabalorum, fauente Brunichilde reginâ, in præmium ſceleris Epiſcopus ordinatus. Innocentius Epiſcopali ſede potitus confeſtim litem faceſſere cœpit Vrſicino Cadurcenſi Epiſcopo, de finibus diœceſis, obtendens quaſdam diœceſes ſeu parrochias à Cadurcenſi Eccleſia vſurpari: huius litis dirimendæ gratiâ aliquot poſt annis collecta ſynodus Prouincialis à Metropolitano: is erat Sulpitius Bituricenſis Epiſcopus apud vrbem Aruernam, & in ea pacis causâ Eccleſia Rutenenſis parrochias de quibus lis erat obtinuit, etſi non probaretur eas vllo tempore poſſediſſe. Gregor. Turonenſis. Lib 6. c. 38.

Eodem anno Chilpericus cùm è venatu domum rediret, dolo Fredegundis & Landerici adulteri occiſus, ſuperſtite & regni ſucceſſore filiolo Clothario II. Gregor. Turonenſ. Aimon. Lib. 6. c. vlt. Lib. 3. c. 59.

Hoc anno quoque vitâ deceſſit Saluius Albigenſis Epiſcopus vitæ ſanctitate, & miraculis clarus Gregor. Turonenſ. Lib. 7. c. 1.

CAPVT XII.

Gundobaldus Rex ſalutatus & ſcuto impoſitus apud Briuam Curretiam vicum Lemouicum. In ſcutum leuatio ritus ſolennis regiæ promotionis. Ragnoualdus Dux Aquitaniæ. Baſilica S. Martini Briuatenſis igni cremata, & à Ferreolo Lemouicenſi Epiſcopo inſtaurata. Aquitaniæ proceres maxime Epiſcopi Gundobaldi partes ſecuti, Merouеus Pictauenſis Epiſcopus. Legati Gundobaldi flagellis caſi, & in vincula truſi, Bertramnus Burdegalenſis Epiſcopus. Syri negociatores in Gallia & Aquitania Fauſtinianus Aquenſis Epiſcopus deſignatus à Gundobaldo, idemque ordinatus à Palladio Santonenſi, & Oreſte Vaſatenſi, Bertramno Burdegalenſi Metropolitano conſecrationis munus reſpuente. Legati à Gundobaldo miſsi ad Guntranum male accepti, Guntranus Childebertum nepotem adoptat in filium per haſtæ traditionem.

ANNO DLXXXVIII. Gundobaldus, qui ſe Clotharij ſenioris filium iactitabat, ſolicitatis & in partes ſuas adductis Guntrano,

Boſonè, Mummolo Patricio, & Deſiderio Duce Toloſano, infeſtis copiis Aquitaniam irrumpit, & apud Briuam Curretiam vicum Lemouicum, vbi habentur reliquiæ S. Martini, diſcipuli Martini Turonenſis Epiſcopi Regis nomen aſſumit, & ſolemniter more gentis ſcuto impoſitus, humeris militum circum caſtra deuehitur, ſed inauſpicatò, cùm enim iam tertiùm caſtra circumageretur, è ſcuto lapſus in terram corruit, vix manibus circumſtantium ſuſtentatus. Gregor. Turonenſ. Aimoin. Hoc more Brinio Dux Caninefatum ſcuto impoſitus. Tacit. *Impoſitúſque ſcuto more gentis, & ſuſtinentium humeris vibratus, Dux diligitur*, & Iulianus quoque in Gallia militari tumultu ſcuto impoſitus, & Imperator ſalutatus. Ammian. *Impoſitúſque ſcuto pedeſtri & ſublatius eminens, populo ſilente Auguſtus renunciatur:* de quo meminit & Libanius in panegyrico Iuliano dicto ὁ *μακαρίας ἀσπίδος ἣ τὸν τῆς ἀναῤῥήσεως ἐδέξατο νόμον. ô felix ſcutum quod renunciationis legem accepit*: Iuſtinum ſcuto impoſitum imperium ſuſcepiſſe narrat & Corippus.

Lib. 7. c. 10. Lib. 3. c. 61. 4. hiſtor. Lib. 20. Or. 4. tom. 2. De laudib. Iuſtin. lib. 2.

> *Quatuor ingentem clypeis ſublimius orbem*
> *Adtollunt lecti iuuenes, manibuſque leuatus*
> *Ipſe miniſtrorum ſupra ſtetit*

Temporibus Iuſtiniani graui ſeditione motâ Conſtantinopoli Hypatius ſcuto impoſitus, & Auguſtus conſalutatus Zonaras ἐντεῦθεν εἰς τὴν ἀγορὰν διαθέοντες ἕτερον βασιλέα ἑαυτοῖς ἐβουλεύσαντο προχειρίσασθαι, καὶ τινα συγγενῆ τοῦ βασιλέως Αναστασίου περισχόντες Υπάτιον, πῆ μὲν ἄκοντα, πῆ δὲ καὶ πεπεισμένον εἰς τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου φόρον ἀπάγουσι, καὶ ἐπὶ ἀσπίδος αὐτὸν μετάρσιον ἄραντες, ἀναγορεύουσι βασιλέα. *Deinde*

In Iuſtinian.

in foro diſcurſantes de alio Imperatore creando delibera-runt, & quendam Imperatoris Anaſtaſij cognatum Hypatium nacti partim inuitum, partim etiam perſuaſum in magni Conſtantini forum adducunt, atque clypeo in ſublime elatum Imperatorem conſalutant, ſic Reges Gothorum lecti per arma & ſcuto impoſitionem, felici omine per arma quæſito. Hoc ritu ſe deſignatum ſignificat Vitigis Rex Gothorum apud Caſſiodorum: *Indicamus parentes noſtros Gothos inter procinctuales gladios more maiorum ſcutorum ſuppoſito, regalem nobis contuliſſe præſtante Deo dignitatem, vt honorem arma darent, cui bella opinionem pepererant, non enim in cubilibus anguſtis, ſed in campis latè patentibus, electum me eſſe noueritis, nec inter blandientium delicata colloquia, ſed tubis concrepantibus ſum quæſitus.*

Lib. 10. c. 31.

Eodem anno Ragnoualdus Dux Aquitaniæ Legatus in Hiſpaniam à Guntrano Rege, à legatione rediit, & vxorem quæ præſidij causâ latebat in baſilica Sancti Saturnini Toloſæ, vt ſupra ſcriptum eſt, ſimul & bona ſua recepit. Gregor. Turonenſ.

Lib. 7. c. 10.

Hoc anno Baſilica S. Martini apud Briuam vicum Lemouicum iniecto igne à Gundobaldi militibus incendio conſumpta eſt, ita vt altaria & columnæ quæ vario marmore diſtinctæ erant, penitus diſſoluerentur: ſed hæc ædes eadem forma & elegantia inſtaurata à Ferreolo Lemouicenſi Epiſcopo. Gregorius Turonenſis.

Lib. 7. c. 10. v. eund. de glor Confeſ. cap. 80.

Vniuerſi fere Aquitani, & quod exemplo fœdius Aquitaniæ Epiſcopi Gundobaldi partes ſecuti: inter hos ſtetere in primis Pictauienſes, cum Merouco ſuo Epiſcopo. Hac de re indignatus Guntranus, primùm

Digitized by Google

copias mouit in Pictauienſes. Hi priùs per Legatos tentati vt in regiam fidem redirent, ſed Legatis duriùs acceptis à Meroueo Epiſcopo, totus ager Pictauienſis latè igni, ferróque vaſtatus; tandem his metu conſternatis vrbs deditione recepta. Meroueus Epiſcopus cùm à militibus regiis, quaſi author ſeditionis obſeruaretur, comminuto calice aureo, & numo cuſo, ſe & plebem redemit. Gregorius Turonenſ. Aimoin. Lib. 7. c. 24. Lib. 3. c. 67.

Gundobaldus cùm inſtructis copiis pergeret in fines Pictonum vrbem occupaturus, audiens eam à Guntrano receptam eſſe, in fines Engoliſmenſium diuertit, & eos fidei ſacramento ſibi obligauit, potiores muneribus ſibi conciliauit; inde Petragorios adiit, Epiſcopum male multauit, quòd ab eo vltrò ſuſceptus non fuiſſet. Inde conuerſo itinere ad Toloſam vrbem, Magnulſum Epiſcopum per legatos ſolicitauit vt vrbem traderet, ille fortiter obſiſtere, & ciues ad obſequium Guntrani Regis adhortari, & ignoti hominis imperium deteſtari: His verbis Toloſani accenſi ad defenſionem vrbis ſeſe accinxerunt, ſed accedente Gundobaldo cum magnis copiis animis lapſi, eum ſuſceperunt. gregor. Turon. Aimon. Llib. 7. c. 26. Lib. 3. c. 67.

Pictonibus ad obſequium reuocatis, Guntrani Duces cum omnibus copiis ad Doroniam flumen vſque progreſſi, vbi caſtra poſuere, certiores facti Gundobaldi copias, in diem augeri, iam ei coniuncti erant Deſiderius Dux Toloſæ, Bladaſtes Dux, & VVaddo Maior domus Rigunthis Reginæ & Sagittarius Epiſcopus Vapincenſis, qui ſponſionem de Toloſano epiſcopatu iam ab eo elicuerat, & Mummolus Patricius,

Lib. 7. c. 88. Lib. 3. c. 68. Gregor. Turonenſ. Aimon.

Gundobaldus ſentiens Guntrani copias propiùs accedere, ad amicos circumquaque mittit legatos, è quibus vnus erat Abbas Cadurcenſis, hi intercepti cum litteris obſignatis, tabellis ligneis cera oblitis in conſpectum Guntrani Regis adducti flagellis grauiter
Lib. 7. c. 30. Lib. 3. c. 67. cæſi, & in vincula truſi. Gregor. Tur. Aimoin.

Gundobaldus legatorum iniuriâ nihil deterritus Burdegalam petit, vbi à Bertramno Epiſcopo amicè ſuſceptus, dum ibi verſaretur ſacra lipſana Sergij Martyris ſubripuit è manibus Syri negotiatoris, qui eas ſummo cultu, & veneratione apud ſe habebat, Gre-
Lib. 7. c. 31. gor. Turonenſ. Ne mireris Syrum negociatorem in Gallia, Syri iam olim negotiabantur per vniuerſas prouincias orbis Romani. Hieronymns in epiſt. ad Lætam. *negotiatoribus & auidiſſimis mortalium Syris.*
Cap. 27. & idem in Ezechiel. in illa verba *Syrus negotiator tuus; vſque autem permanet in Syris ingenitus negotiationis ardor, qui per totum mundum lucri cupiditate diſcurrunt, & tantam mercandi habent veſaniam, vt occupato nunc orbe Romano, inter gladios, & miſerorum neces quærant diuitias, & paupertatem periculis fugiant ſtudio lucri, ad extremas accidentis oras*, in Gallias vſque penetrarunt Syri negotiatores. Gregor. Turonenſ. hoc loco, *Interea proditus ab Epiſcopo Bertchramno Eufron negociator*, & mox ait: *ergo Epiſcopus eſt hic quidam Syrus,*
Lib. 10. c. 26 *Eufron nomine*, & idem alio loco. *Ragnemodus quoque Pariſiacæ vrbis Epiſcopus obiit, Euſebius quidam negociator, genere Syrus, datis multis muneribus, in locum eius ſubrogatus eſt.*

Aquenſi ſede tum vacante morte Epiſcopi, Gun-

Digitized by Google

dobaldus, ne quid regij apicis intentatum relinqueret, Fauſtinianum Aquenſem Epiſcopum ordinari curauit, amoto Nicetio germano Ruſtici Vicoiulienſis Epiſcopi, qui iam Chilperici præcepto ſublectus erat. Bertramnus Metropolitanus ob ægritudinem oculorum, vel metum futuri caſus, ordinationis officium reiecit in Palladium Santonenſem, & Oreſtem Vaſatenſem, qui eum ordinarunt. Gregor. Turonenſ. Lib.7.c.31.

Gundobaldus quo iuſto bello contendere videretur, Legatos ſacris virgulis adornatos, more patrio, mittit ad Guntranum Regem, & per eos depoſcit partem Regni ex lege Francorum, Aquitanos omnes in ſe conſentire gloriatur. Legati ſpreto iure gentium tormentis ſubditi vi quæſtionis multa de Gundobaldi conſiliis, eiuſdémque ſociis aperuerunt, & inter cætera indicarunt Riguntem filiam Chilperici, quæ præſidij causâ ſtabat in Baſilica S. Mariæ Toloſæ, & Magnulfum Epiſcopum Toloſanum vrbe pulſos Gregor. Turonenſ. Aimoin. Lib.7.c.31. Lib.3.c.69.

Guntranus quo facilius Gundobaldum armis compeſceret cum Childeberto nepote pacto fœdere coniungitur, & cum liberis careret eum ſibi adoptat in filium, & hæredem per haſtæ traditionem, & vniuerſa ei reſtituit, quæ de Sigiberti ipſius patris regno tenebat. Gregor. Turonenſ. Aimoin. Lib.7.c.37. Lib.3.c.69.

Digitized by Google

Capvt XIII.

Gundobaldus Conuenarum vrbem occupat, Aginnenſis pagus vaſtatur à Guntrani militibus, Baſilica S. Vincentij martyris in ſuburbano Aginnenſi igni crematur, Conuenarum vrbs obſidione oppugnatur, Gundobaldus à ſuis deditur Oldoni Comiti Bituricenſi & Boſoni, à quibus idem ferro necatus. Conuenarum vrbs diruta, & igni ſuccenſa. Non reſpondentes ad delectum multati, Bertramnus Burdegalenſis, & Palladius Santonenſis ægre cum Guntrano in gratiam redeunt. Garacharius ſeu Galactorius Comes Burdegalenſis. Synodus Matiſconenſis II. in Epiſcopos Aquitaniæ, Vrſicinus Cadurcenſis Epiſcopus ſuſpenſus in triennium in hac ſynodo.

Imminentibvs copiis Guntrani Deſiderius Dux Toloſæ à Gundobaldo diſcedit, Gundobaldus ſuperato Garumna flumine vrbem Conuenarum occupat eam annonæ copia munitam nactus, & quo tutiùs vrbem in poteſtate haberet, Epiſcopum, & oppidanos pellit, Lib 7. c. 34. Gregor. Turon. Lib. 3. c. 70. Aimoin.

Guntrani copiæ natatu ſuperato Garumna flumine Aginnenſem

Aginnenſem pagum armis latè vaſtant, & Baſilicam S. Vincentij martyris in eadem regione poſitam, in ſuburbano Aginnenſis vrbis, vbi martyr ſacrum agonem exantlauit, iniecto igne comburunt, non impune; ſacrilegi enim alij igne ſacro periere, alij à dæmone correpti, alij propriis manibus mortem ſibi conſciuere. Gregorius Turonenſ. Aimoin. Lib. 7. c. 35. Lib. de glor Mart. c. 105. Lib. 3. c. 71.

Leudegiſilus præfectus exercitus Guntrani, ſuperato Garumna flumine Conuenarum vrbem obſidione oppugnat; ſed vrbem viris & annonæ copiâ inſtructam aliter quàm diutinâ obſidione capi poſſe deſperans, Mummolum per ſecretiores nuntios compellat, vt in fidem cum Rege redeat, veniam pro eius capite à principe ſeſe impetraturum ſperare iubet, aut ſaltem incolumen miſſum iri. Mummolus communicato conſilio cum Sagittario, Cariulfo, VVaddone; iam enim Bladaſtes clanculum abierat, cum his conſentit in Gundobaldi deditionem, depacto ſalutis ſuæ præmio, omnes vno impetu irruunt in Gundobaldum, & apprehenſum vinctum tradunt Olloni Comiti Bituricenſi & Boſoni, qui eum haud procul muris vrbis eductum ferro necarunt, corpus per caſtra tractum, fune pedibus illigatum, coruis & canibus præda iacuit: Mummolus, & Sagittarius irritâ pacti fide occiſi, Deſiderius & Bladaſtes, ſalui euaſere. Gregor. Turon. Lib. 7. c. 38. Aimoin. Lib. 3. c. 72.

Poſt Gundobaldi deditionem vrbs Conuenarum direpta & iniecto igne concremata, nec ipſis ſacris ædibus pepercit flamma; oppidani paſſim trucidati, etiam clerici ad aras cæſi Gregor. Turonenſ. Eadem vrbs poſteà e ruinis ſurrexit, & S. Bertramni Epiſcopi

Digitized by Google

nomen, & patrocinium aſſumpſit.

Bello Gundobaldi nece extincto, clientes regij quotquot ad delectum vocati non reſponderant, grauiter multati, & multi ex his qui tutelæ causâ confugerant in baſilicam S. Martini, quæ eſt in pago Bituricenſi à pueris Ollonis Comitis Bituricenſis rebus
Lib. 7. c. 41. ſuis ſpoliati. Gregor. Turon.

Eadem de cauſa Guntranus valde exarſit in Bertramnum Burdegalenſem Epiſcopum, & Palladium Santonenſem, quòd Gundobaldo ſe coniunxiſſent, & eius metu Fauſtinianus Aquenſis Epiſcopus ordinatus eſſet, & vix placatus regias ad epulas eos admiſit. Bertramno maximè ſuccenſuit quòd ei cognationis vinculo coniunctus eſſet: is enim natus erat matre
Gregor Turon. lib. 9. cap 33. Ingeltrude filia Clotharij I. dein conuerſus ad Nicacium Epiſcopum Auxitanum, & Antidium Epiſcopum Aginnenſem eos interpellauit, vt edicerent quæ nam ab his pro Eccleſiæ vtilitate, & regni ſoſpitate geſta eſſent. Guntrano è venatu redeunti à Gregorio Turonenſi Epiſcopo oblati Garacharius Comes Burdegalenſis, & Bladaſtes Dux partium Gundobaldi Principes, qui eo ſublato, ſecuritatis causâ in Baſilicam S. Martini Turonenſis confugerant, hi durioribus verbis primum à Rege accepti, doli & periuria eis exprobata, eiſdem ſæpiùs vulpecularum nomine dehoneſtatis: tandem intercedente Gregorio gratiæ Principis,
Lib. 8. c. 2. boniſque reſtituti. Gregor. Turonenſ. Garacharius iſte idem qui galactorius quem à guntrano Rege Co-
Lib. 7. c. vlt. mitem Burdegalenſem creatum indicauit Fortunatus in Elegiaco carmine, cuius inſcriptio eſt ad Galactorium Comitem.

Digitized by Google

Sæpius optaram fieri me remige nautam
Curſibus vndifragis, vt ratis iret aquis;
Flatibus aut rapidis per dorſa Garumnica ferrer
Burdegalenſe petens, vt celer actus iter.
Veláque fluctiuagum traherent Aquilone ſecundo,
Me quoque littoreo redderet aura ſinu.
Quæ pius Antiſtes ſacra Gundegiſilus offert
Culmine pro populi, qua micat ara Dei.
Tu quoque qui reſides meritis Comes ample ſerenis
Care Galactori ſedula cura mihi.
Cui rite excellens rex Guntheramus honores
Maius adhuc debet, qui tibi magna dedit

& mox,

Cúmque domo ſociis Antiſtite, coniuge natis
Viue Comes, cui ſint iura regenda ducis.

Garacharium, ſiue mauis Galactorium etiam poſt caſum Gundobaldi comitatu Burdegalenſi functum, indicat Fortunatus hoc loco, quòd in eo perueniſſe ad tempora, quibus Gundegiſilus Bertramni ſucceſſor Burdegalenſem cathedram tenebat; ſignificet. Cuius meriti & dignitatis idem fuerit teſtificatur Fortunatus cùm Comiti optat Ducatum, quod eſt culmen dignitatum: repetitis etiam votis alio carmine ad eundem. Lib. 10. c. 25.

Veniſti tandem quòd debebaris amice
Ante Comes merito, quàm datus eſſet honor
Burdigalenſis eras, & cum defenſor amator
Dignus habebaris, hæc duo digna regens.
Iudicio Regis valuiſti creſcere iudex
Famáque quod meruit, regia lingua dedit
Debet & ipſa potens, vt adhuc bene creſcere poſſis

Digitized by Google

Præſtet vt arma Ducis, qui tibi reſtat apex.

Die Dominico, cùm Palladius Santonenſis Epiſcopus à Coëpiſcopis inuitatus ſacra inchoaſſet, coram Guntrano Rege, Rex commotus, quòd non ferret hominem ſibi infenſum, & vix placatus ab Epiſcopis, dicentibus ſe eum apud Regem conciliatum ratos, quòd regiis epulis adhibitus fuiſſet, ab eo ſacra audiuit. Gregor. Turon.

Lib. 8 c. 7.

Eodem anno in Bertramnum Burdegalenſem, & alios Epiſcopos Aquitaniæ indicta Synodus Matiſconenſis II. quâ in eos ius diceretur de crimine conſpirationis in Principem. Interim Bertramnus & Palladius miſſi, datis fideiuſſoribus, ſe ad diem præſto futuros, ad Synodum, cauſæ ſuæ dicendæ cauſa, Synodum conuenire iuſſum, ad decimum Kalendas menſis noni, qui eſt Nouembris, hinc anno decurrente à menſe Martio. Gregor. Turon.

Lib. 8. c. 7.

Coactâ ſynodo, eius iudicio Fauſtinianus, qui iuſſu Gundobaldi, dum eius res ſtetit, Aquenſis Epiſcopus ordinatus fuerat, Epiſcopatu amotus, Bertramnus verò, Palladius, & Oreſtes ipſius ordinatores, iuſſi in pœnam tumultuariæ ordinationis, eum per vices alere, & quo ad viueret centenos aureos ei penſitare, alimoniæ cauſa, & Nicetius qui priùs à Chilperico Aquenſis Epiſcopus deſignatus fuerat Epiſcopatus apice potitus eſt. Gregor. Turonenſ.

Lib. 8. c. 20.

In eadem Synodo Vrſicinus, vel Vrſinus, vt habetur in ſubſcriptionibus Concilij, Epiſcopus Cadurcenſis, publicè confeſſus ſe Gundobaldum ſuſcepiſſe, ab Epiſcopali officio in triennium ſuſpenſus eſt, & delicti penitentiam agere iuſſus, ita vt per id tempus

capillum & barbam ſubmitteret, vino & carne abſtineret, Miſſas celebrare, clericos ordinare, & cetera quæ ſunt epiſcopalis ordinis defungi non valeret, res tamen Eccleſiæ adminiſtraret, Gregor. Turonenſ. Lib.8.c.20. *Vrſicinus Cadurcenſis Epiſcopus excommunicatur, pro eo quod Gundebaldũ excepiſſe publice eſt confeſſus, accepto huiuſmodi placito, vt pænitentiam tribus annis agens, neque capillum, neque barbam tonderet, vino & carnibus abſtineret, miſſas celebrare, clericos ordinare, eccleſiaſque & chriſma benedicere, eulogias dare penitus non auderet: vtilitas tamen Eccleſiæ per eius ordinationem, ſicut ſolita eſt omnino exerceretur.*

Huic ſynodo interfuere & ſubſcripſere quamplures Epiſcopi Aquitaniæ, inter eos Sulpitius Epiſcopus Bituricenſis, Bertechramnus, ſiue Bertramnus Burdegalenſis, Amelius Bigoritanus, Antidius Agennenſis, Carterius Petragoricenſis, Fauſtus Auſcienſis, Ferreolus Lemouicenſis, Lucerius Oloronenſis, Nicaſius Auxitanus, Oreſtes Vaſatenſis, Palladius Santonenſis, Ruſticus Vicoiulienſis, Rufinus Conuenenſis, Vrſinus qui Gregorio Turonenſi Vrſicinus Cadurcenſis, Laban Eluſenſis: Mireris Bertramnum, Palladium, Oreſtem, & Vrſicinum qui in hac ſynodo damnati ſunt, ſubſcripſiſſe inter Patres, & Vrſicini ſubſcriptione mouetur Auctor Epiſcoporum Cadurcenſium, vt dubitare audeat de ipſius damnatione: ſed cùm fides Gregorij Turonenſis omnem ſuſpicionem explodat, vix aliud dici poteſt, quàm Epiſcopos damnatos poſt iudicium de ſe latum, per gratiam admiſſos in ſynodum, & cum aliis ſtatuiſſe de his quæ ad diſciplinam Eccleſiæ emendandam pertinerent, & Concilij canones, qui

Digitized by Google

extant compoſuiſſe, ex quo geſtis Concilij ſubſcribere potuere, vel id euenit errore librarij, qui Vrſini & aliorum in eadem ſynodo damnatorum ſubſcriptionem commiſcuit ſubſcriptionibus patrum ſynodi, quia inuenit Vrſicinum & alios ſubſcripſiſſe geſtis Synodi contra ſe editis; Epiſcopi enim damnati compellebantur ſubſcribere ſententiæ ſynodi aduersùm ſe prolatæ.

Capvt XIV.

S. Aredius Lemouicenſis fundator primúſque Abbas Attani Monaſterij in finibus Lemouicum. Nicetius Comes Aruernenſis & poſt eum Eulalius, idem Nicetius Dux Aruernorum Rutenorum, & Vcetiorum. Laban Eluſenſis Epiſcopus, & poſt eum Deſiderius. Bertramno Burdegalenſi Epiſcopo ſucceſsit Gundegiſilus ex Comite Santonico. Fauſtus Auſcienſis Epiſcopus, & poſt eum Fabius, Ennodius Dux Turonum & Pictonum, Deſideratus Albigenſis Epiſcopus. Tetradia vxor Eulalij Comitis Aruernenſis adultera. Guntrani expeditio in Gothos, Septimaniæ incubatores. Terentiolus Comes Lemouicenſis. Caput arietis caſtrum in pago Toloſano. Vgernum caſtrum Arelatenſe.

Digitized by Google

HAc tempeſtate vitæ ſanctitate, & miraculis claruit, Aredius Abbas. Hic patriâ Lemouicenſis clariſſimis ortus parentibus Gregor. Turonenſ. (Lib. 10. c. 29.) *Lemouicinæ vrbis incola fuit, non mediocribus regionis ſuæ ortus parentibus, ſed valde ingenuus*, ingenuos ea ætas vocabat, viros genere nobiles, quod eſſent liberi à vectigalibus idem Turonenſis: (Lib. 7. hiſt. cap. 15.) *Ipſe enim cum Mummolo præfecto, multos de Francis, qui tempore Childeberti Regis ſenioris ingenui fuerant, publico tributo ſubegit*. Sic ingenua mulier pro nobili apud Innocent. III. (Cap. innotuit de elect.) quandoque ingenuus diſtinguitur à nobili, eodem tamen iure cenſetur quo nobilis, in forma purgationis canonicæ. Conc. Triburienſ. (Can. nobilis. 2. q 5 c. 1. de purg. Canon.) *Nobilis homo, vel ingenuus, ſi in Synodo accuſatur, & negauerit, cum duodecim ingenuis ſe expurget.*

Aredio mater Pelagia, de patris nomine ſiluit Gregorius, Hic puer educatus inter Palatinos apud Theodebertum Regem, & à Nicetio Treuirenſi Epiſcopo, cognitâ eius optima indole ſuſceptus, pietate & ſacris litteris inſtitutus, ac demum in clericum ordinatus: Redux in patriam in fundo proprio Attano nomine cœnobium fundauit, & ex familia propria, Monachos impoſuit. Idem Turonenſ. (Loc. cit.) *Quid plura conſtruxit templa Dei in honore Sanctorum, expediitque eorum pignora, ex familia propria tonſuratos inſtituit Monachos, cœnobiúmque fundauit, in quo non modo Caſſiani, verum etiam Baſilij, & reliquorum Abbatum, qui Monaſterialem vitam inſtituerunt, celebrantur regulæ.* Idem primus Abbas fuit Monaſterij à ſe fundati, quod de fundatoris

Digitized by Google

nomine, hodie dicitur *S. Trier.* Ad Aredium Abba-
Lib. 5. c. 20. tem Carmen ſcripſit Fortunatus. Hoc anno Aredius cùm ad ſepulchrum S. Martini Turonenſis pietatis cauſa profectus, puluerem è ſepulchro Diui tuliſſet in ciſtula conditum, & diſcipuli collo appenſum puluis in tantùm adauctus eſt, vt non modò arculam impleret, verùm etiam per commiſſuras efflueret, vt
Lib. 8. c. 15. narrat Gregorius Turonenſ. eius fide & teſtimonio vitam Nicetij Treuirenſis Epiſcopi ſe ſcripſiſſe teſta-
Tom. 5. 1. Octobr. tur idem Turonenſis de vitis Patrum, cap. XVII. apud Surium. Multa de eodem narrat memoratu digna idem Turonenſis aliis locis. Ineptè eum inter viros il-
De glor. Confeſſ. cap. 9. & 109. luſtres ordinis S. Benedicti locat Trithemius nec
Lib. 3. de vir. Illuſtr. ord. S. Benedict. c. 34. enim propriam habuit regulam Benedicti; ſed Gregorio Turonenſi dicitur non modò Caſſiani, ſed & Baſilij, & aliorum patrum regularis vitæ autorum regulas coluiſſe.

Sub hoc tempus Nicetius Comes Aruernenſis Comitatu amotus, cui ſucceſſit Eulalius. Nicecius verò ne priuatus remaneret, Ducatum Aruernæ, Rutenæ, & Vcetiæ Ciuitatum à Childeberto Rege impetrauit, oblatis eo nomine luculentioribus xeniis. Hic annis iunior, ſed conſilio maturior, præfecturam
Lib. 8. c. 18. optimè geſſit, & Prouinciam pacatam habuit. Gregor. Turonenſ.

Eodem anno Guntranus Boſo occiſus, quòd Brunichildis famæ obtrectaſſet, & eius morte quæ in finibus Aruernorum è fiſco tenebat beneficio principis,
Lib. 8. c. 21. in fiſcum rediere. Gregor. Turon.

Eodem anno Laban Eluſenſis Epiſcopus vitâ exceſſit, in cuius locum Deſiderius ex laïco ſucceſſit, nutu

Guntrani

Guntrani Regis, qui auro corruptus, inſuper habuit religionem iuriſiurandi antè præſtiti, ſeſe quempiam ex laïcorum numero in Epiſcopum non ordinaturum. Gregor. Turonenſ. Lib. 8. c. 22.

Eodem anno Bertramnus Burdegalenſis Epiſcopus, è Matiſconenſi ſynodo domum regreſſus, febre tentatus, accitóque VValdone Diacono, eum ſibi ſucceſſorem deſignauit, eiuſque arbitrio conditiones, id eſt diſpoſitionem teſtamenti ſui, & piarum erotionum reliquit. VValdo conſenſu plebis fidentior Guntranum Regem adiit; ſed eo repulſo, Gundegiſilus cognomine Dodo, Comes Santonicus Regis præcepto in Burdegalenſem Epiſcopum ordinatus. Gregor. Turonenſis. Hic eſt Gundegiſilus quem memorat Fortunatus in carmine ſupra laudato ad Galactorium Comitem. Lib. 8 c. 22. Lib. 7. c. vlt.

E viuis ſublato Bertramno Burdegalenſi Epiſcopo, quamplures Clerici Santonicæ Diœceſeos, qui ante Synodum Matiſconenſem cum Bertramno coiërant in Palladium ſuum Epiſcopum, & multa duriora in eum ſcripſerant, à Palladio grauiter cæſi, & rebus ſui, multati. Gregor. Turon. Lib. 8. c. 22.

Eodem anno vitâ migrauit Fauſtus Auſcienſis Epiſcopus & ſucceſſorem nactus eſt Fabium. Gregor. Turon. Hic eſt Fauſtus quem de baſilica poſita in honorem Sancti Martini impensè laudat Fortunatus. Lib. 8. c. 22 Lib. 1. c. 4.

Eodem anno Ennodius, Dux Turonibus, & Pictonibus impoſitus eſt, à Childeberto Rege: Berulfus qui antè iiſdem præfuerat Ducis titulo, & Arnegiſilus capti & rei facti de ſubreptis theſauris Sigeberti Regis, cùm in eo eſſent vt gladio ferirentur, interce-

dentibus Epiſcopis ſoluti ſunt: ſed quæ ablata fuerunt, apud fiſcum manſerunt. Gregor. Turon. Lib. 8. c. 26. Demortuo Saluio Albigenſi Epiſcopo, hoc anno in eius locum ordinatus eſt Deſideratus. Gregor. Tur. Lib. 8. c. 22.

Eodem anno Deſiderius Dux Toloſæ vnus è principibus partium Gundobaldi cum Antiſtio Aginnenſi, & aliis Epiſcopis, & Aredio Abbate Lemouicenſi ad Guntranum acceſſit, víxque ad conſpectum Regis admiſſus, donec eò precibus antiſtitum victo, in gratiam principis receptus eſt. Gregor. Turonenſ. Lib. 8. c. 27.

Eodem tempore Eulalius Comes Aruernenſis conqueſtus eſt apud Childebertum Regem de Tetradia coniuge, quæ ſpreto ipſius toro, Deſiderio Duci ſeſe coniunxerat, ſed inultus & deriſus receſſit. Gregor. Turonenſ. Lib. 8. c. 27. & 45.

Eodem anno compoſitis rebus Aquitaniæ Guntranus Rex non ferens Septimaniam olim à Clodouco armis tentatam, diutiùs Gothorum in poteſtate manere, bellum comparauit in Gothos, in ea expeditione præſto fuere Bituriges, Santones, Petrocorij, Engoliſmenſes ſinguli ſuis ordinibus per gentes, ſeu pagos more patrio diſpoſiti, in eadem expeditione nauauit operam Nicetius Dux Aruernorum cum ſuis. Hoc bello Septimania à Francis latè vaſtata, eis patuit Carcaſſo oppidum, ſed ſuborto inter oppidanos & milites tumultu, Terentiolus olim Comes Lemouicenſis, lapide de muro percuſſus cecidit, cuius caput à corpore deciſum, & in vrbem delatum trophæi in ſignum. Nemauſus armis oppugnata ſed in caſſum, rebus infeliciter geſtis expeditio ſoluta, Nicetius Dux multis prædis actis, & caſtro quodam præter fidem

direpto ad ſuos fines rediit. Reccaredus Rex Gothorum ſuperatis Pyreneis pagum Toloſanum armis vaſtauit, caſtrum cui nomen Caput arietis cepit, nec non Vgernum caſtrum Arelatenſe. His auditis Guntranus amoto Calumnioſo cognomine Aegilanis Leudegiſilum Ducem Arelatenſi Prouinciæ præpoſuit: ſed & Nicetius Dux Aruernorum copias diſpoſuit per vrbes regionis, præſidij causâ. Hæc Gregorius Turonenſis ex quo rem malè geſtam ſatis intelligere licet: ſed ſi fides Iſidoro inſignis eo bello de Francis victoria à Gothis reportata, quam Gregorius magna ex parte diſſimulauit. Lib. 8. c. 30. & 38.

CAPVT XV.

Nicetius Aruernus, Maſſylienſis Prouinciæ Præfectus. Palladius Santonenſis Epiſcopus eius ſtemma, & vitæ ſanctitas, Is plures Eccleſias conſtruit, & reliquias impetrat à Gregorio I. infelix bellum aduerſus Gothos duce Deſyderio. S. Radegundis obitus. Ennodius Dux Turonum & Pictonum, accipit & Ducatum Vici Iulienſis & Benarnæ vrbium, Vaſcones è Pyrenei iugis in Aquitaniæ plana deſcendunt, Bellum aduerſus Vaſcones Auſtrovaldo Duce, Vabrenſe caſtrum in Rutenis, pactio inter Guntranum, & Childebertum de ea portione regni Chariberti, quæ

olim Sigeberto ceſſerat. Burdegala, Lemouicum, Cadurcum, Benarnum, Begorra Morganegiba nomine tradita Gaileſuintæ & poſt eam Brunichildi, Brunichildis caſtrum in finibus Cadurcorum, ſylua Lecenna in confinio Biturigum & Aruernorum, vbi amœna domus Brunichildis. Fronimius Bituricenſis Agathenſis Epiſcopus. Meroueus Pictauienſis Epiſcopus, eius cura agri Pictauienſis cenſus emendatur, vnde ſecuta leuatio vectigalium.

ANNO DXC. Nicetius Aruernus Maſſylienſis Prouinciæ, & cæterarum vrbium, quæ ad Childeberti ditionem in his partibus ſpectabant præfectus eſt or-
Lib. 8. c. 43. dinatus. Gregor. Turonenſ.

Hoc anno Palladius Santonenſis Epiſcopus cum ſub feſtum Paſchæ è maris inſula ad quam per dies quadrageſimæ ſolennis ei fuit receſſus orandi causâ, rediret ad Eccleſiam ſuam, ab Antiſtio reus factus, quòd Fredegundis nuncij cogitantes in Hiſpaniam, ab eo clam ſuſcepti eſſent, & vix ei factâ poteſtate ſubeundi Eccleſiam ſuam, datis fideiuſſoribus ſe iudicio ſiſti poſt diem feſtum apud Guntranum Regem, emenſis ſolemnibus Paſchæ, Palladius vt crimen elueret ſtetit coram Rege, & Antiſtio nihil probante ad Eccleſiam ſuam redire iuſſus, dilatâ cognitione in tempus proximæ Synodi. Gregor. Turonenſ. Hic Palla-
Lib. 8. c. 43. dius clariſſimo ortus fuit ſtemmate, nempe ex genere

diuitis Palladij. Idem Turonenſ. *Qua de cauſa Palladius Pontifex ciuitatis* (Santonicæ) *qui ex genere quondam diuitis Palladij deſcenderat, remouere ipſum ſummo à loco nitebatur ſtudio*, &c. Idem pietatis ſtudiis multùm commendatur, plures eccleſias ſuo ſumptu ædificauit, Santonis Baſilicam poſuit D. Eutropio primo Santonum Epiſcopo, & reliquias martyris in eam intulit ſolemni Abbatum cœtu congregato, ædificauit & Baſilicam Stephano Protomartyri apud Santonas aliam Petro & Paulo, Laurentio & Pancratio, & eorundem Sanctorum reliquias à Gregorio I. Pontifice impetrauit, quas in ea æde locaret, nec non & aliam baſilicam conſtruxit D. Martino & tranſtulit ſepulchrum S. Martini Abbatis Santonici, diſcipuli Martini Turonenſis, quæ omnia collecta ſunt ex Gregorio Turonenſi. Fortunato, & Gregorio I. Pont.

De glor. Coſeſſ. c. 60.

Lib. de glor. Mart. c. 56. & de glor. Cōfeſſ c. 57. & 4. de Mirac. S. Martin. cap. 8. Lib. 2. c. 3. Lib. 5. ep. 50.

Bello aduersùs Gothos repullulante, Guntranus Albigam vrbem Childeberto nepoti reddidit, fortè eam ſe tueri poſſe diffiſus, quò Deſiderius Dux Toloſæ, qui in agro eiuſdem vrbis res pretioſiores habebat, ſibi cauens ne haud impune eſſet, quòd olim Sigiberti copias malè affeciſſet, cum Tetradia vxore ab Eulalio Aruernorum Comite vi abductâ, & rebus ſuis in fines Toloſanos ſeceſſit, & bellum comparauit aduersùs Gothos, adſcito expeditionis ſocio Auſtroualdo Comite: ſed prælio infeliciter geſto, ad Carcaſſonam vrbem à Gothis cæſus eſt, cuius morte Auſtrouàldus adito Guntrano Rege, in eius locum ſuffectus eſt. Gregor. Turonenſ.

Lib. 8. c. vlt.

Eodem anno Radegundis Regina in Pictauienſi Monaſterio diem obiit ſupremum, non ſine magno

Digitized by Google

Lib.9. c. 2. luctu ſuorum, ei iuſta fecit Gregor. Turon. teſtis ipſe.

Circa hoc tempus Ennodius cùm Turonum & Pictonum Ducatum gereret, Vici Iulienſis, & Benarni vrbium Ducatus acceſſione cohoneſtatus eſt à Childeberto Rege: ſed poſtulantibus Comitibus Turonenſi & Pictauienſi remotus eſt, & domum miſſus.
Lib. 9. c. 7. Gregor. Turonenſ. à quo idem Ennodius ex Duce
Lib. 10 c. 19. vocitatur alio loco.

Eodem tempore Vaſcones è Pyrenei iugis, facto impetu eam partem Aquitaniæ, quæ ad radicem Pyrenei patet, tunc Nouempopulonia dicta, crebris excurſionibus infeſtam habuere: aduersùs quos ſæpiùs prælio tentato ab Auſtroualdo Duce, ſuis finibus eos
Lib. 9. c. 7. continere nequaquam licuit. Gregor. Turon. *Vaſcones verò de montibus prorumpentes in plana deſcendunt, vineas agroſque depopulantes, domos tradentes incendio, nonnullos abducentes captiuos cum pecoribus, contra quos ſæpius Auſtrouald us Dux proceſſit, ſed paruam vltionem exercuit ab eis.* Quàm difficile fuerit bellum cum Vaſconibus, intelligere iuuat, ex eo quòd Chilpericum Regem eo nomine, quod eſſet terror Getarum & Vaſ-
Lib. 9. c. 1. conum, vt pote ſummâ belli laude commendat Fortunatus.

Quem Geta, VVaſco tremunt, Danus, Eſtio, Saxo, Britannus
Cum patre quos acie te domitaſſe patet.

Et proſperum armorum ſucceſſum aduersùm Go-
Lib. 10. c. 25. thos Galactorio Comiti Burdegalenſi optat idem Auctor.

Cantaber vt timeat Vaſco vagus arma paueſcat
Atque Pyrenea deſerat Alpis opem.

Digitized by Google

Anno DXCII. A Childeberto detecta grauis conſpiratio in eius caput inita à Rauchingo, qui ſeſe Clotharij filium gloriabatur, Vrſione & Berthefredo. Rauchingus cum è cubiculo regio pedem efferret, ferro ſublatus: Vrſio & Berthefredus accepto caſu Rauchingi fugâ ſe proripuere ad Vabrenſe caſtrum, non procul à quo Vrſio ſedem habebat: ſed copiis regiis circumſeſſi facilè capti & cæſi. Gregor Turonenſ. Vabrenſe caſtrum fuit vetus caſtrum in finibus Rutenorum, inſigne cœnobio Ordinis S. Benedicti, de quo Odo Cluniacenſis: *Tum verò nobiles quoſdam pueros ad Vabrenſe cœnobium direxit, nam tunc regularis obſeruantiæ feruor incaleſcebat, vt ſcilicet apud fraternitatem illam ſub norma regulari iidem pueri imbuerentur.* Illud poſtea à Ioanne XXII. in Epiſcopatum erectum.

Lib 9. cap. 9. & 10.

Lib. 2. de vit. S. Gerald. Aureliac. Comit. c. 6.

Anno DXCIII. ſuborta lite inter Guntranum & Childebertum eius ex fratre nepotem, de ea portione Regni Chariberti, quæ olim Sigeberto ceſſerat & à Childeberto ipſius filio vindicabatur, ſolenni pactione apud Andeliacum habitâ, inter cætera conuenit, vt Melodunum Syluanectis pro duabus partibus, Pictauis, Turonum, Abrincantum, vicus Iulienſis, Conſerannis, Lapurdo ſiue Baiona, & Albiga in Childeberti iura concederent: de Burdegala verò Lemouico, Cadurco Benarno, & Begorra, quæ olim à Chilperico Gaileſuintæ cõiugi tam dotis, quàm Morganegibæ ſeu doni matutini nomine traditæ fuerant, & poſt infelicem eius exitum, Guntrani Regis iudicio ad Brunichildem eius germanam peruenerant; ita conuenit, vt Cadurcum cum ſuis finibus iure dominij in poteſtate Brunichildis remaneret, cætera verò oppida

ſupra memorata, Guntranus quo ad viueret penès ſe haberet, ita vt eius morte redirent ad Brunichildem & Childebertum eius filium. Huiuſce pactionis
Lib. 9. c. 11. exemplum extat apud Gregor. Turonenſ. Hæc Brunichildis dum Cadurcenſem tractum hoc iure teneret, in eius finibus caſtrum ædificauit, quod de ipſius nomine dictum eſt, Caſtrum Brunichildis vulgò *Burniquel* perantiquo Vicecomitatus titulo inſigne: eadem & eleganti opere domum conſtruxit in finibus Biturigum & Aruernorum in ſylua Leccenna nomine: Ai-
Lib. 1. c. 4. moin. *Eſt in ea,* loquitur de Aquitania *& ſylua vocabulo Leccenna non contemnendæ magnitudinis, Biturigibus, atque Aruernis confinis, in qua vſque hodie oſtenditur lapidea domus Brunichildis Reginæ, quondam Francorum, amœno ſatis vt nos quoque aſpeximus ſita loco, nam fluuiolus eam præterfluens irrigua à latere efficit prata, meſſeſque à fronte oppoſitæ cinguntur, ſylua venationi congrua.*

Per id tempus Fronimius Bituricenſis municeps, neſcio qua de cauſa, abiecta patriâ cùm in Septimaniam veniſſet, à Liuna Rege Gothorũ, beneuolè acceptus eſt, & Agathenſis Epiſcopus ordinatus: ſed poſtea à Leunigildo ſede ſua pulſus ad Childebertum tranſiit, & morte Deutherij Vencienſis Epiſcopi in eius
Lib. 9. c. 20. locum ſuffectus eſt. Gregor. Turonenſ.

Sub idem tempus Childebertus hortatu Merouei Pictauienſis Epiſcopi deſcriptores miſit Pictauum Florentianum Maiorem domus, & Romulſum Comitem Palatij, vt totius territorij cenſus inſtauraretur & peræquaretur ad eum modum, quo ſolebat imponi tempore Sigeberti Regis; ex quo factum eſt, vt

multi

multi qui prægrauabantur leuarentur, & deinceps vectigalia pro modo prædiorum indicerentur. Gregor. Turonenſ. Meroueus iſte Pictauienſis Epiſcopus fuit vir ſanctitatis eximiæ, cóque nomine digniſſimum Hilarij diſcipulum eum nuncupat idem Turonenſis alio loco. *Actum eſt enim hoc per feſtiuitatem Sancti Patroni, in qua Meroueus Pictauus antiſtes aderat, non immeritò Hilarÿ beatiſſimi diſcipulus prædicandus.* lib.9.cap.30. Lib. 2. de miracul. S. Martin.c.44.

Capvt XVI.

Gemina Synodus Pictauienſis aduerſus Chrodieldem & Baſinam regias puellas, profeſſas Monaſterÿ Pictauienſis, celebrata à Gundegiſilo Burdegalenſi Archiepiſcopo & Prouincialibus. Porcharius Abbas S. Hilarÿ Pictauienſis. Macco Comes Pictauienſis. Sutellius Burdegalenſis Epiſcopus. Vincti Aruernenſes non ſine miraculo ſoluti. Eccleſiis Aruernæ vrbis reliqua vectigalium à Childeberto remiſſa. Tetradia vxor Eulalÿ Comitis Aruernenſis adulterÿ damnata in ſynodo, in eadem Eulalius Comes damnatus ob matricidium Ioannes Eulalÿ Comitis filius in clericum ordinatur ab Innocentio Rutenenſi Epiſcopo. Baſina & Chrodieldis abſoluta in Metenſi ſynodo. Iudicium aduerſus

Digitized by Google

Valdonis liberos, præſtigiator Bituricenſis ab Aurelio Anicienſi Epiſcopo prehenſus. Sulpitij Bituricenſis obitus. Euſtaſius ei ſuccedit, Aredij obitus eiuſdem teſtamentum, adhibita clauſula codicillari, incendium Lemouicum vrbis. Meroueus Pictauienſis Epiſcopus obit ſucceſſore Platone.

ANNO DXCIII. Chrodieldis filia Chariberti Regis, & Baſina filia Chilperici virginitatem profeſſæ ſub Radegunde in Monaſterio S. Crucis Pictauienſis, iratæ in Audoüeram Abbatiſſam, quaſi duriùs, quàm par eſſet cum iis ageretur, Monaſterij ſeptis erupére, cum quadraginta & ampliùs virginum ſtipatu, & Guntranum adiere conquerentes de iniquiori tractatione; ſæpiùs monitæ vt ad Monaſterij clauſtra redirent, cùm non parerent in ſynodo Pictauis habita in Baſilica S. Hilarij excommunicatæ ſunt à Gundegiſilo Burdegalenſi Epiſcopo, cum prouincialibus Nicaſio Engoliſmenſi, Saffario Petrocoricenſi, Meroueo Pictauienſi ſed regiis virginibus, de excommunicationis nota indignantibus, irruente manu armatorum Epiſcopi grauiter cæſi, ita vt vix fugâ ſe eripuerint. Abbatiſſa è Monaſterio eiecta: pro puellis Meroueus Epiſcopus per Porcharium Abbatem S. Hilarij legatione inſtitutâ apud Gundegiſilum Metropolitanum, & comprouinciales interceſſit, vt virgines reciperentur in communionem ad cautelam, ſeu interim, quo ad ve-

nirent in ſynodum delicti eluendi cauſa; ſed non obtinuit. Hanc ob cauſam collecta ſecunda ſynodus Pictauis ex Epiſcopis vtriuſque tetrarchiæ Guntrani, & Childeberti; nempe è regno Childeberti conuenére Gregorius Turonenſis, Ebregiſilus Agripinenſis, & Merouеus Pictauienſis, è ditione Guntrani Gundegiſilus Burdegalenſis, & prouinciales Coëpiſcopi: Macconi Comiti Pictauienſi imperatum vt præſto eſſet patribus ſynodi, & quæ decernerentur manu militari, ſi res poſtularet, exequeretur. In hac ſynodo regiæ virgines ſæpiùs monitæ, vt admiſſorum veniam poſcerent ab Abbatiſſa, & ad Monaſterium redirent, ſed non audientes: adeò regios ſpiritus etiam in teneriori ſexu refrenare difficile eſt, iterum excommunicationis pœnâ multatæ. Abbatiſſa verò de obiectis abſoluta, & monaſterio ac dignitati reſtituta Gregor. Turonenſ. Lib. 9. c. 41. 43. lib. 10. c. 15. 16. & 17.

Eodem anno Gundegiſilus Burdegalenſis Epiſcopus vita migrauit ſucceſſore Sutellio, qui & hoc ipſo anno Romam adiit, & ſimul cum Gregorio I. Pontifice ſubſcripſit priuilegio Monaſterij S. Medardi Sueſſionenſis, quod legitur in calce epiſtolarum eiuſdem Gregorij, de eo quod miror ſilet auctor Galliæ Chriſtianæ. Lib. 11. epiſt. in fin.

Anno DXCIV. vincti carcere apud Aruernos noctu non ſinè miraculo ſolutis vinculis, & patefactis oſtiis cuſtodiæ, Eccleſiam petierunt, de liberatione Deo gratias acturi, cúmque Eulalius Comes, eos grauioribus catenis vinctos in carcerem retrudi iuſſiſſet, hæ illicò quaſi vitrum fragile comminutæ, quo commoto Eulalio Comite intercedente Auito Aruernorum Epi-

Digitized by Google

Lib.10.c.29. ſcopo hi liberi dimiſſi ſunt Gregor. Turonenſ.

v. Fortunat. Lib. 3. c. 24. Eodem anno Childebertus Eccleſiis & Monaſteriis ac clericis vniuerſis Aruernæ vrbis reliqua vectigalium remiſit, ne difficultate & cura ſoluendi, ſacro Lib. 10. c.7. ab officio reuocarentur. Gregor. Turonenſ.

Eodem anno Tetradia vxor Eulalij Comitis iterum diſceſſit à viro, & rediit ad Deſiderium Ducem ex quo liberos ſuſcepit: hac de re adulterij, & rerum amotarum poſtulata in Synodo hac de cauſa inſtituta, & iudicio Synodi damnata in quadruplum, & liberi ex Deſiderio procreati adulterini & illegitimi iudicati: ei tamen permiſſum in Aruernos ſecedere & pro- Lib. 10.c.8. priis facultatibus vti frui. Gregor. Turonenſ.

Idem ſcribit eodem loco Eulalium Comitem excommunicatum ob matricidium à Cautino Aruernorum Epiſcopo, ſed hoc potiùs videtur referendum ad Auitum qui ſucceſſit Cautino.

Per hoc tempus quoque Ioannes Eulalij Comitis filius ab Innocentio Rutenorum Epiſcopo in clericum ordinatus & diſciplinæ causâ eius Archidiacono traditus, eâ abſtinentia & demiſſione victitauit, vt non alio pane quàm hordeaceo, non alio poculo quàm Lib. 10. c. 8. aquæ, nec alio iumento quam aſino vteretur. Gregor. Turonenſ.

Eodem anno Baſina & Chrodieldis excommunicationis pœnâ ſolutæ in Metenſi Concilio aduersùs Aegidium Remenſem Epiſcopum celebrato, & Pictauum reuocatæ: Baſina ſcilicet in Monaſterium, Chrodieldis in domum quæ fuerat VVaddonis maioris domus Rigunthis vnius è fauſtoribus Gundobaldi. Gre- Lib. 10. c. 20. gor. Turonenſ.

Digitized by Google

Vaddonis liberi à Maccone Comite Pictauienſi rei acti, ob varia latrocinia, & cædes patratas in finibus Pictonum, Childebertum adiere, & eius gratiam demereri conniſi ſunt, oblato gladio & cingulo auro & gemmis adornato; ſed comprehenſi & equuleo ſubditi, theſauros detexére quos pater ſubripuerat, è ſpoliis Gundobaldi, natu maior capite multatus, iunior exilio. Gregor. Turonenſ. Lib. 10 c 21.

Per hoc tempus præſtigiator quidam patria Bituricenſis, Chriſtum ſe profitens adiunctâ ſibi mulierculâ quam Mariam vocitabat, Arelatenſem Prouinciam, & Gabalitanum pagum pererrauit, magicis artibus futura præcinens, & plebi illudens. Inde cùm in Vellaunorum fines perueniſſet ingenti plebis cateruâ ſtipatus, & Aurelio Anicienſi Epiſcopo bellum denunciaſſet, ſubmiſſis ab eo percuſſoribus, & vno ex his ſpecie adorandi inclinante apprehenſus, & ferro iugulatus. Gregor. Turonenſ. Lib. 10. c. 25.

Anno DXCV. vitâ migrauit Sulpitius Bituricenſis Epiſcopus, inque eius locum ſuffectus Euſtaſius ex Diacono Auguſtodunenſi. Gregor. Turonenſ. eius memoria annuo ſolenni colitur ſexto decimo Calendas Februarij. Lib. 10. c. 26.

Eodem anno deceſſit Aredius Abbas Lemouicenſis vitæ ſanctitate clariſſimus, priùs condito teſtamento quo ſanctiſſimos Antiſtites Hilarium & Martinum rerum ſuarum hæredes inſtituit, teſte Gregorio Turonenſi, eius teſtamenti exemplar ex chartulario Eccleſiæ S. Martini Turonenſis apud me extat, ſolenni clauſula codicillari munitum in hæc verba: *Quod teſtamentum noſtrum ſi caſu iure ciuili, aut prætorio, aut cuiuſ-* Lib. 10. c. 29. & de vit. pat. cap. 17. apud Surium. 1. Octobr.

Digitized by Google

libet legis nouellæ conſcriptione, vel veteris valere non potuerit, ad vicem codicillorum & omnium ſcripturarum quæ firmitate conſiſtunt valere iubemus, Eo agente in extremis conclamauit mulier energumena ſanctos Martyres & Confeſſores Galliæ celebriores ad Aredij exceſſum conuenire, teſte Gregorio Turonenſi : *Currite ciues, exilite populi, exite obuiam martyribus, confeſſoribuſque qui ad exceſſum Beati Aredij conueniunt, ecce adeſt Iulianus à Briuate, Priuatus ex Mimate, Martinus à Turonis, Martialiſque ab vrbe propria, adeſt Saturninus à Tholoſa, Dionyſius ab vrbe Pariſiaca*, &c.

Lib. 10. c. 29.

Eodem anno Lemouicum oppidum graui flagrauit incendio, non ſine cœleſti vindicta, ob violatum publicè cultum diei Dominicæ. Gregor. Turonenſ.

Lib. 10 c. 36.

Circa hæc tempora Meroueo Pictauienſi Epiſcopo demortuo, Plato è Turonenſi Eccleſia ſucceſſor lectus à Childeberto Rege, præſente Gregorio Turonenſi, de quo Fortunat. Eiuſdem dum adhuc eſſet Archidiaconus Gregorij Turonenſis meminit ipſe Gregorius.

Lib. 10. c. 10.
Lib. 5. c. 49.

Digitized by Google

RERVM AQVITANICARVM. LIBER VII.

Capvt Primvm.

S. Goar Aquitanus Treuerenſem diœceſim illuſtrat. Deſiderius Aquitanus Antiſsiodorenſis Epiſcopus. Vaſcones domiti, Genialis Dux eis impoſitus, S. Valericus Aruernus Monachus Luxouienſis, Arnulfus Metenſis Epiſcopus filius Arnoaldi Ducis Aquitaniæ. Apollinari Bituricenſi Epiſcopo ſuccedit Auſtregiſilus. Sadregiſilus Dux Aquitaniæ à Dagoberto flagris cæſus & barbæ raſione dehoneſtatus. Euſebius Cadurcenſis Epiſcopus ab oppidanis nefarie occiſus. Palladius & Seducius Epiſcopus Eluſanus, pater & filius rebellionis Vaſconum conſcij, Aigynam Dux Vaſconum. Auſtregiſilo ſuccedit Sulpitius ex

Digitized by Google

Archidiacono. Synodo Rhemenſi interfuere Sulpitius & alij Aquitaniæ Epiſcopi. Leontius Santonenſis Epiſcopus apud eum exulat S. Maclouius ſede ſua pulſus.

ANNO DC. Goar Aquitanus vitæ ſanctitate claruit. Hic natalibus clarior patre Georgio, matre Valeriâ, relicta patria, ſtudio melioris vitæ, in Treuirenſem diœceſim ſeceſſit, & in Trigorio pago oratorium conſtruxit, permiſſu Felicis tum Treuirenſis Epiſcopi, vbi iugibus precibus, ieiuniis, & hoſpitalitatis officiis vitam exegit: ac de eo narratur ſingulare, quòd quotidie ſanctiſſimum miſſæ ſacrificium pro ſtatu Eccleſiæ celebrarit, eius vitam ſcripſit Vandelbertus apud Surium. Eiuſdem meminere Regino, & Sigebertus. (Tom. 4. Iul. 6. in chronic. ad ann. 600.)

Eodem anno Angario Antiſſiodorenſi Epiſcopo ſucceſſit Deſiderius, ortu Aquitanus vir nobiliſſimus, adeò piùs & munificus in Eccleſiam, vt pleraſque Burgundiæ & Aquitaniæ Eccleſias bonis ſuis auxerit. Auctor Chronic. Altiſſiodorens. (Ad ann. 600.)

Anno DCII. cum Vaſcones crebris incurſionibus Aquitaniam infeſtam haberent, coniunctis armis à Theodeberto Rege Auſtraſiæ, & Theodorico Rege Burgundionum bello petiti, ac feliciter edomiti, & vectigales facti. Genialis Dux eis impoſitus, qui per tempus eos in obſequio continuit. Fredegarius; (Cap. 21.) *Eo anno Theodobertus, & Theodoricus, exercitum contra VVaſcones direxerunt, ipſóſque Deo auxiliante deiectos*

ſua

ſuæ dominationi redigunt, & tributarios faciunt, Ducem ſuper ipſos nomine Genialem inſtituunt, qui eos feliciter dominauit. Idem Aimoinus: *Eo tempore Theodebertus, ac Theodoricus VVaſcones domuerunt, Ducémque ſuper eos nomine Genialem inſtituerunt.* Lib.3.c.89.

Circa annum DCXX. vitæ ſanctitate claruit Valericus patriâ Aruernus, ex paſtore ouium Monachus Luxouienſis, & B. Columbani diſcipulus, ac fundator cœnobij in pago Ambianenſi: eius geſta extant apud Surium. Tom. 2. 1. April.

Hâc tempeſtate claruit Arnulfus Dux, & poſteà Metenſis Epiſcopus, filius Arnoaldi Ducis Aquitaniæ, huic Clotharius II. Dagobertum filium inſtituendum tradidit.

Anno DCXXII. mortuo Apollinari Bituricenſi Epiſcopo, in eius locum ſucceſſit Auſtregiſilus, hic Biturigibus natus, patre Gundino, in Comitatu Guntrani Regis educatus, & apud eum Mapparij functus officio, quod reſpondet noſtrati *maiſtre d'hoſtel*, ope Aetherij Lugdunenſis Epiſcopi, impetratâ è curiâ miſſione in Diaconum initiatus ab Aunario Antiſſiodorenſi Epiſcopo, tum ab ipſo Aetherio in Presbyterũ, & Abbatem Cœnobij B. Nicetij, tandem hoc anno mortuo Apollinari in eius locum ſuffectus, eius vita eſt apud Surium. Tom.3. 20. Maij.

Sub annum DCXXIV. Sadregeſilus fuit Dux Aquitaniæ ſub Clotario II. & conſiliorum ſummam tenuit apud eum. Hic cùm in Dagobertum Clotarij filium paulò aſperior eſſet, quàm par eſſet, Dagobertus id ægriùs ferens, arreptâ occaſione ſeceſſus patris in ſyluam venatus cauſa, Sadregiſilum ad epulum inuita-

Digitized by Google

tum, & verbis malè acceptum flagellis cædi & barbæ raſione deturpari iuſſit; quam ob rem patris indignationem pertimeſcens, confugit in ædiculam Martyrum Dionyſii & ſociorum, quæ nuper ceruo ſe perſequente, tutiſſimum aſylum fuerat: à Rege miſſi vt eum ſacra ab æde auellerent diuino numine gradus morante, à cellæ aditu arcentur: re auditâ Rex ſentiens diuini numinis poteſtatem, veniam indulſit filio. Dagobertus rerum potitus, beneficij memor auguſtiſſimum Dionyſio templum exædificauit, & multis latifundiis ditauit: Hoc iniquior, quòd hanc baſilicam, aliarum totius Galliæ eccleſiarum ſpoliis adornauit, & inter cætera æreas valuas Baſilicæ Hilarij Pictauienſis eò tranſtulit. Aimoinus, & Anonymus ſcriptor geſtorum Dagoberti, & Regino.

Lib. 4. c. 17
c. 6 7. & ſeq.
Lib. 1. Chr.

Eodem anno Vrſicino Cadurcenſi Epiſcopo mortuo ſucceſſit Euſebius, hic poſt ſeptimum annum Epiſcopatus nefariè occiſus à quibuſdam oppidanis, cædis auctores alij capite cæſi, alij in exilium deportati, alij perpetua ſeruitute damnati, iudicio Dagoberti. Sanctorale Cadurcenſe: *Deceſſerat enim tunc temporis Euſebius Vrſicini ſucceſſor, qui ſeptem vel amplius annis Pontificio iure optimè gubernato, à perfidis & ſceleſtis illius ciuitatis incolis interemptus eſt, quod facinus Dagobertus Rex impunitum non reliquit, nam alios capite truncari, alios in exilium mitti, alios perpetua ob hoc ſeruitute, quod in hunc vſque diem obſeruatur, condemnauit.* Huius cædis patratores fuiſſe lanios fertur, & in perpetuum admiſſi pudorem cultri lanij die ſolenni D. Stephani ad vtrumque latus altaris Cadurcenſis Baſilicæ ab his proponuntur: alij hunc caſum referunt ad Ruſticum

In actis S. Deſiderij.

Digitized by Google

Euſebij ſucceſſorem, de quo idem narratur.

Anno DCXXVI. Vaſcones rurſus aduersùs Clotarium II. rebellarunt, qua de re Palladius, & Seducius Eluſanus Epiſcopus eius filius, rei facti ſunt quaſi defectionis conſcij, poſtulante Ayghinanè Duce, qui iam Geniali ſucceſſerat in ducatu Vaſconum. Fredegarius. *Eo anno Palladius eius filius, & Seducius Epiſcopus Eluſanus* (ſic reſtituendum pro Tholoſanus) *incuſante Ayghinane duce, quod rebellionis VVaſconorum fuiſſent conſcij, exitio retunduntur*. Aynanum vocat Aimoinus. *Eo anno Palladius quidam, eiúſque filius Sedocus Eluſatium Epiſcopus incuſante Aynano Duce quod rebellionis VVaſconum fuiſſent conſcij in exilium traduntur.* Cap. 54. Lib. 4. c. 14.

Anno DCXXVII. Auſtregiſilus, Bituricenſis Epiſcopus vitæ ſanctitate claret in Gallia, & ſub eo Sulpitius eius Archidiaconus. Sigebertus. *Florebant in Galliis Auſtregiſilus Bituricenſis Epiſcopus, & ſub eo Sulpitius.* Hic cùm adhuc eſſet Archidiaconus Clotharium II. graui febris æſtu curauit, impenſo ſeptem dierum ieiunio Aimoinus. Ad ann. 678. Lib. 4. c. 16.

Sub annum DCXXX. Mortuo Auſtregiſilo ſucceſſit Sulpitius eius nominis II. ex eius Archidiacono, hic patria Biturix, claris parentibus editus in Comitatu regio enutritus, & ab Auſtregiſilo conſenſu Theodorici Regis in clericum inſtitutus, eâ enim ætate in Gallia nobiliores adoleſcentes, non ordinabantur in clerum abſque conſenſu principis, ex Conc. Aurelianenſ. I. can. IV. tum docendi munere functus, & per gradus ad Archidiaconatum promotus in caſtris Clotharij II. Abbatis functus officio, quod fuit officium

Archicapellani ſacri Palatij, mortuo demum Auſtregiſilo huic ſucceſſit Sulpitius, & primam Aquitaniæ ſedem obtinuit, vt ſcribit auctor eius vitæ apud Surium.

Tom. 1. Ianuar. 17.

Eodem anno celebrata eſt Synodus Remenſis præſide Sonnatio Remenſi Epiſcopo, cui interfuere clariores Epiſcopi Aquitaniæ Sulpitius Bituricēſis, Senocus Eluſenſis, Leontius Santonenſis. Cæſarius Aruernenſis, Verus Rutenenſis, Agricola Gabalenſis Conſtantius Albienſis Namatius Ecoliſmenſis, Ruſticus Caturcenſis, Audericus Auſcienſis, Emmo Ariſitenſis, Ioannes Pictauienſis ex Flodoardo, & Baldrico Nouiomenſi.

Lib. 1. Remens hiſt. c. 5.
Lib. 1. c. 14.

Leontius iſte Santonenſis Epiſcopus Maclouium Epiſcopum Britannia pulſum, & in Gallia exulantem comiter excepit, eique ſedem ad habitandum & alimoniam præbuit, ac demum Eccleſiam ei conceſſit in villa, cui olim nomen fuit Breum, vt liquet ex vita S. Maclouij apud Surium. Hic poſuit ædem Bibiano ſuo deceſſori, de qua Fortunatus: incautiùs cùm Leontio Burdegalenſi eum confudit Baronius.

Tom. 6. 15 Nou.
Lib. 1. c. 12.
Tom. 7. annal. ad ann. 566. n. 19.

Digitized by Google

CAPVT II.

Aquitania cum pago Toloſano à Dagoberto tribuitur Ariberto fratri. Vaſcones ab Ariberto in ditionem redacti. Amandus Aquitanus Traiectenſis Epiſcopus Euangelium prædicat apud Vaſcones. S. Rictrudis filia Hernoldi Vaſconis mortuo viro velata in Monaſterio Marcianenſi.

ANNO DCXXXI. Clotario II. mortuo Dagobertus eius filius rerum ſumma potitus, Ariberto fratri Aquitaniam à Ligeri flumine ad Pyreneum ſaltum vſque, & cum ea Nouempopuloniam, quæ tunc primùm dici cœpit Vaſconia in ſortem regni conceſſit: eius ditioni contributus pagus Toloſanus, ita vt titulo regio careret. Aribertus hac ſorte contentus ſedem ſuam poſuit Toloſæ, quæ fuerat Regia Gothorum. Fredegarius: *Cúmque Regnum Chlotarij tam Neptrici* l. Neuſtriæ, *quam Burgundiæ à Dagoberto fuiſſet præoccupatum, captis theſauris & ſuæ ditioni redactis tandem miſericordia motus conſilio ſapientum vſus, citra Ligerem & limitem Spaniæ, qui ponitur partibus VVaſconiæ ſeu & montes Pyreneos pagos & ciuitates fratri ſuo Chariberto ad tranſagendum, quod ad inſtar priuato habitu ei viuendum potuiſſet ſufficere, noſcitur conceſſiſſe, pagum Tholoſanum, Caturcinum Agennenſem, Pe-* In chronic. Cap. 57.

Digitized by Google

trocorium, & Santonicum vel quod ab his verſus montes Pyreneos excluditur hoc tantùm Chariberto regendum conceſſit, quod & per pactionis vinculum ſtrinxit, vt amplius Aribertus nullo tempore aduersùs Dagobertum de Regno patris repetere præſumeret, Aribertus ſedem Toloſanam eligens regnat in parte Prouinciæ Aquitanicæ. idem Ai-
Lib. 4. c. 17. moinus: *Poſt Clotharij iunioris obitum Dagobertus filius Aribertum fratrem ex parte conſortem regni fecit, collatáque ei prouincia quæ à ripa Ligeris VVaſconiam verſus extenditur, vſque ad Pyrenei iuga montis, qui Galliam ab Hiſpania diſterminat, pactum etiam cum eo ſcripto pepigit, vt priuato contentus habitu, nil amplius de paterno ſperare deberet regno. Qui vbi poteſtatem adeptus eſt, ſedem Regni Toloſam eligens, ſenſu non vt putabatur tardus, verùm naturâ acris ad obeunda negotia ſtatim ingenio*
Cap. 16. *ſuo materiam inuenit.* Idem ſcriptor geſtorum Dago-
Tom. 3. 12. Maij. berti & Hugbaldus in vit. S. Rictrudis apud Surium
1. Chronic. & Regino Abbas, Aribertum tamen Regem Aquitaniæ
Lib. 4. c. 20. vocat Aimoinus vbi narrat Dagoberti filium ex Ragnetrude à B. Amando baptiſatum præſente patre, & Ariberto Aquitaniæ Rege. Per hæc tempora vitæ ſanctitate claruit Enymia Clotarij II. filia, & Dagoberti ſoror, ea cum ad nuptias expeteretur, impetrata à Domino lepra ob virginitatis præſidium, tandem annuente Dagoberto in territorio Mimatenſi, Monaſterium virginum de ſuo nomine dictum fundauit, in quo ab Iſero Mimatenſi Epiſcopo virginum Abbatiſſa ſolenni ritu conſecrata. Ex vita eius M S. eius memoria colitur XII. Octobris, vt refert Vſuardus eò deceptus quòd Emmiam vocat, & Clodouei filiam credidit.

Aribertus tertio anno principatus qui incidit in

Digitized by Google

annum DCXXVI. totam Vaſconiam in ditionem redegit, & tetrarchiæ fines propagauit, Fredegarius; *Poſt annos tres poſtquam regnare cœpiſſet totam VVaſconiam cum exercitu ſuperat, ſuæ ditioni redigit, aliquantulum largius regni ſui ſpatium fecit.* Idem Aimoinus. *Anno enim tertio poſtquam regnare cœperat, totam VVaſconiæ terram ſubegit, atque regnum ſuum latius effecit.* Cap. 57. Lib. 4. c. 17.

Hoc tempore ſanctimoniæ nomine claruit Amandus Traiectenſis Epiſcopus: hic natus in Aquitania ex pago Berbantico, patre Sereno, matre Amãtia clariſſimis parentibus: hic primum aſceticam vitam duxit in Ogia inſula littoris Aquitanici. Tum Turones profectus ad D. Martini in clericum ibi ordinatus. Inde Bituriges tranſiens ab Auſtregiſilo tum Epiſcopo Bituricenſi, & Sulpitio eius Archidiacono ſuſceptus, cellam ſibi ædificauit, in qua exactis decem & quinque annis, tandem Trajectenſis Epiſcopus ordinatus, acceptâ miſſione prædicandi apud Gentes, penetrauit in Vaſconiam, gentem ſuperſtitionis & auguriorum ſtudio adhuc irretitam, & apud hanc euangelium diutiùs prædicauit, ſed minori ſucceſſu. Auctor eius vitæ apud Surium. Tom. 1. Febr. 6. *Nec multò pòſt cum à fratribus quos ob animarum curam per diuerſa reliquerat loca, rogaretur vt eos præſentiâ ſuâ viſitaret, & vt verbi ſacri pabulo reficere dignaretur, tandem prece acceptâ peruenit ad eos, audiuitque ab eis gentem, quam Vacceiam appellauit antiquitas, quæ nunc vulgò nuncupatur Vaſconia, nimio errore deceptam, ita vt auguriis, vel omni errori dedita, idola etiam pro Deo coleret, quæ gens circa Pyreneos ſaltus per aſpera atque inacceſſibilia diffuſa erat loca, fretáque agilitate pugnandi frequenter fines occupabat Francorum. Vir autem Domini*

Amandus eorum miſeratus errorem enixè elaborare cœpit vt eos à diaboli reuocaret ſeruitio, Idem Notgerus in vita Sancti Landoaldi & in vita S. Rictrudis apud Surium.

Tom. 2. 19. Martij, & tom 3. 12. Maij.

Eadem tempeſtate AdalbaldusDux è Francis vnus, in Vaſconiam profectus Rictrudem puellam filiam Hernoldi clariſſimi & fortiſſimi viri cognomento nobilis, è gente Vaſconum duxit vxorem, de qua domum deducta ſuſcepit filium maſculum nomine Mauronτum, & tres filias Cloſendem Euſebiam, & Adalſendem. Cum fortè rerum priuatarum cauſâ in Vaſconiam rediiſſet, inſidiis æmulorum eius nuptias ægerrimè ferentium oppreſſus eſt, mortuo viro Rictrudis B. Amandi conſilio ſacrum velum aſſumpſit, & ſanctiſſimam in Marcianenſi cœnobio vitam exegit: eius vitam ſcripſit Hugbaldus apud Surium, & Aubertus Miræus ex Chronic. MS. Marchianenſi Meyerus eiuſdem meminit.

Tom. 3. 12. Maij. In Chron. Ordin. S. Benedict. c. 20. Ad ann. 661.

CAPVT

CAPVT III.

Deſiderius ex præfecto ærarij Cadurcenſis Epiſcopus. Conditiones Eccleſiæ, notatio nominis. Goëricus Aquitanus Metenſis Epiſcopus, Eligius Lemouicenſis ex aurifice Lemouicenſis Epiſcopus, Solemniacenſis Monaſterij apud Lemouices fundator. Modoaldus Aquitanus Treuirenſis Epiſcopus, Haimeranus etiam Aquitanus Ratiſponenſis Epiſcopus.

ANNO VIII. Regni Dagoberti, qui incidit in annum. Do. DCXXXIX. Ruſtico Cadurcenſi Epiſcopo ab oppidanis quibuſdam immaniter cæſo, ei iudicio Dagoberti ſuffectus Deſiderius defuncti germanus, & ad eius ordinationem inuitatus Sulpitius Bituricenſis Epiſcopus, vt patet ex Indiculo Regis, qui actis eius vitæ MS. inſertus eſt, hic Obrege natus, quod dicitur oppidum Aquitaniæ ſitum in confinio Narbonenſis Prouinciæ, clariſſimis parentibus Saluio & Archenefreda, duo ei fuere fratres, Ruſticus & Syagrius; hic litterarum maximè Romanarum legum ſtudiis inſtitutus, quas ob dotes à Clothario II. in comitatum, intimis eius conſiliis adhibitus, & fiſci regij præfecturam emeruit, quo in officio magna cum laude ſe geſſit. Inter epiſtolas Deſiderij:

Tom. 5 Antiq. lection.

quas edidit Caniſius, legitur Epiſtola Bertegyſeli Abbatis Deſiderio Theſaurario. Syagrius Albigenſem Comitatum, & Maſſyliæ vrbis præfecturam multis annis geſſit, quo præmortuo Deſiderius vtramque militiam adeptus, Ruſtico quoque cæſo, vt dixi, Deſiderius ei in Epiſcopatu ſucceſſit. Hic baſilicam S. Stephani quâ hodie formâ exiſtit à fundamentis extruxit, & rebus ſuis dotauit, quo nomine conditiones Eccleſiæ recèns à ſe conditæ commendauit Dagoberto, in Epiſtola quadam, *Qua de re ſalutationis obſequio, ec quo docet honore prælato quæſo vt conditiones Cadurcæ Eccleſiæ, cui Deo auctore ex iuſſu veſtro præſedeo, pro diuino reſpectu, vel iuſtitiæ contemplatione integra mercede ſtudeatis habere*, &c. & idem in alia epiſtola Grimoaldo Maiori Domus. *Conditiunculas etiam Eccleſiæ noſtræ, & pauperum ſuorum ſingulari mercede ſtudete habere, eáſque per omnia habere commendatas*, & in epiſtola ad Chlodulfum: *Conditiones patroni veſtri Beati Stephani cuius adminiſtrationem gerere videor habete receptas, & per omnia commendatas*. Conditiones Eccleſiæ vocat, res quibus dotata & inſtructa erat, conditio accipitur pro dote Eccleſiæ, quia certis conditionibus & legibus, dos à fundatore adſcribitur. Hoc ſenſu in capit. nulli ex. de rebus eccleſiæ alien. alienationis verbo continetur conditio, id eſt alienatio ſeu traditio ſolemnis, quæ fit, Eccleſiæ condendæ, & dotandæ causâ. Condita baſilica Deſiderius Monachos qui ſacra facerent impoſuit, ante eum nullum fuit Monaſterium, neque Monachorum inſtitutum notum in hac vrbe, ſi fides geſtis eius vitæ: tamen Abbatis Cadurcenſis meminit Gregorius Turonenſis, quo præ-

Epiſt. 9.

Epiſt. 8.

Lib. 7. c. 31.

fectum Monachorum intelligere occurrit, etſi Abbatis nomen commune ſit & præpoſito eccleſiæ ſæcularis. Ad eum extant epiſtolæ Conſtantij Albienſis Veri Rutenenſis, Galli Aruernenſis, & Sulpitij Bituricenſis Epiſcoporum.

Hoc tempore Aquitaniam illuſtrauit Goëricus cognomine Abbo, patriâ Aquitanus, Arnulfo Metenſi Epiſcopo propinquus & ſucceſſor in Epiſcopatu, vt liquet ex ipſius Goërici & Arnulfi vitis apud Surium: Tom.4. Auguſt.10 tom. 7.ſept.1. nempe ex gente Anſberti Senatoris aui Arnulfi prognatus fertur. Huius amicitiam iam olim in comitatu Clotarij II. contractam coluit Deſiderius, vt teſtatur ipſemet in Epiſtola ad Abbonem Papam, quod erat cognomen Goërico: *Optarem frequenter ſi poſſibilitas arrideret ſacris veſtris intereſſe colloquiis, vt ſicut nos ſub ſæculi habitu in contubernio ſereniſſimi Clotharij principis mutuis ſolebamus releuare tabellis; ita iam nunc illa ad plenum depoſita vanitate dulcia liceret Chriſti nominare præcepta.* Epiſt. 9.

Eodem tempore vitæ ſanctitate claruit Eligius patriâ & ipſe Aquitanus, ex Catalacenſi oppidulo ſexto à Lemouico vrbe milliario, natus patre Eucherio, matre Teorigia ab Abbone Lemouicino aurificinam edoctus artis fama notus Clothario II. auro à Rege tradito in opus vnius ſellæ, alteram ex eo conflauit, ſingulari artis & fidei argumento. Hic Monaſterium conſtruxit in villa Solemniaco apud Lemouices, & in eo collegit centum quinquaginta monachos ſub regula B. Columbanj, condidit & Lutetiæ propriis in ædibus Monaſterium ſacrarum virginum, quibus B. Auream Abbatiſſam præpoſuit: inſtaurauit & ibidem

Digitized by Google

baſilicam S. Martialis: tandem Nouiomenſis Epiſcopus ordinatus, poſt epiſcopatum in patriam rediit, ſtudio viſendi Solemniacenſis Monaſterij, & Bituricas tranſiens orauit in æde S. Sulpitij, & rurſus ſalutatis fratribus per Bituriges ad ſuam ciuitatem iter relegit, & vinctos in cuſtodia nube ſubtectus viſitauit, eius acceſſu patuere cuſtodiæ, & vinctorum catenæ ſolutæ: idem per reuelationem agnouit obitum Simplicij Lemouicenſis Epiſcopi, & Felicem ei futurum ſucceſſorem. Hæc Audoënus Rothomagenſis Epiſcopus in in vita Eligij, Ionas in vita S. Euſtaſij Abbatis Luxouienſis apud Surium. Aimoinus, Author vit. Dagoberti, Sigebertus, Eligium & Sulpitium Bituricenſem Epiſcopum, & ordinatorem ſuum primores inter amicos coluit Deſiderius Cadurcenſis Epiſcopus, vt ipſemet ſignificat in Epiſt. ad Dadonem Epiſcopum, qui Audoënus eſt. *Maneat priſtina inter nos, atque illum tuum imo noſtrum Eligium inconuulſa charitas, indiſiuncta vt fuit quondam fraternitas, mutuis nos iuuemus precibus, vt quemadmodum in aula terreni principis ſocij fuimus, ita in illo ſuperni Regis cæleſti palatio ſimul viuere mereamur, & licet de noſtro collegio duos iam amiſerim germanos, habemus pro his venerabilem Paulum* (iſte fuit Virdunenſis Epiſcopus) *nec minus prædicabilem meritis Sulpicium.*

Tom. 6. Decembr. 1. & tom. 2. 29. Mart. lib. 4. cap. 16. c. 20. Ad ann. 637.

Epiſt. 10.

Eodem tempore claruit & Modoaldus Treuirenſis Epiſcopus ex inclyta Aquitanorum proſapia, vt ſcribit author eius vitæ apud Surium: ei fuere duæ ſorores, Itta Pipini ducis coniux, ex qua ſuſcepti Grimoaldus Major Domus ſub Sigeberto, Gertrudis, & Begga quæ nupſit Anſigiſo Duci, altera Seuera, quæ Deo ſe dicauit.

Tom. 5. 12. Maij.

Digitized by Google

Circa id temporis Haimeranus Pictauienſi vrbe in Aquitania oriundus, in Germaniam migrauit, propagandæ fidei causâ, & à Theodone Bauariæ Duce humaniter ſuſceptus, & Ratiſponenſis Epiſcopus impoſitus eius vitam legere eſt apud Surium, & Caniſium. Tom.5.Sept. 22. tom. 2. Antiq. lect.

CAPVT IV.

Ariberti principis Aquitaniæ obitus, eius morte Aquitania redit ad Dagobertum. Barontus filius Beraldi olim Ducis Aquitaniæ. Hildemarcha Abbatiſſa Burdegalenſis, Cœnobium Molliſpeci in finibus Biturigum fundatur à Dagoberto. S. Sigiranus primus Abbas huiuſce Monaſterij, Sadregiſili Ducis Aquitaniæ liberi iuxta leges Romanas damnati, ob inultam necem parentis, Vaſcones fide lapſi à Dagoberto in ordinem redacti. Vaſcones cum Amando Duce de fide paciſcuntur apud Dagobertum. Pictauum vrbs exciſa à Dagoberto, vetus Pictauis locus memorabilis diuiſione regni inter Carlomannum, & Pipinum Remaclus Aquitanus Traiectenſis Epiſcopus Amandi ſucceſſor. Sulpitius II. Bituricenſis coadiutorem ſibi aſſumit VVlfolendum.

ANNO IX. Dagoberti Regis, qui incidit in annum Dom. DCXL. vita migrauit Aribertus Rex Aquitaniæ hærede relicto vnico filiolo, Chilperico nomine, qui non diu ſuperſtes extinctus eſt, non ſine veneni ſuſpitione, cuius non expers fuit Dagobertus. Eius morte comperta Dagobertus ipſius ditionem & theſauros manu
Lib. 4. c. 23. iniecta per Barontum Ducem occupauit. Aimoin. *Anno* IX. *Dagoberti Regis Aribertus frater eius Aquitaniæ Rex moritur, relinquens paruulum filium nomine Chilpericum qui non diu rebus humanis ſuperfuit, opinio mortis eius Dagoberto adſcribebatur, qui eius comperta morte, Barontum Ducem ad peruadendum eius regnum, vel ad theſauros ſibi adducendos direxit, Barontus vero grande diſpen-*
In chronic. cap. 67. *dium exinde feciſſe memoratur.* Idem Fredegarius, quis fuerit iſte Barontus Dux vix aliunde patet, quàm ex vita S. Vincentiani MS. ex qua ſcimus Barontum fuiſſe filium Beraldi quondam Ducis Aquitaniæ, & Vincentianum vnà cum eo litteris inſtitutum fuiſſe ab Herimberto Diacono.

Per id tempus apud Burdegalam vrbem vitæ ſanctimoniâ claruit Hildemarcha ſacrarum virginum Abbatiſſa de qua mentio fit in vita S. VVandregiſili
Tom. 4. Iul. 22. Abbatis apud Surium.

Anno DCXLII. Cœnobium Mollis peci in finibus Biturigum quod indigenæ vocitant *Meobec* fundauit & luculenter dotauit Dagobertus præpoſito Abbate Sigiramo filio Sigealici Comitis Bituricenſis, funda-
lib. 2. Monaſtic. tit. 2. num. 19. tionis diploma extat apud Chopinum.

Anno XIII. Dagoberti, qui ſe refert ad annum

Digitized by Google

Dom. DCXLIV. Sadrageſilus Dux Aquitaniæ à quibuſdam ex inſidiis occiſus, cuius filij cum per ignauiam inultam mortem patris reliquiſſent, iudicio Francorum, ideſt decreto Ordinum totius Galliæ paternis bonis velut indigni multati ſunt ſecundùm leges Romanas, ea fiſco quæſita Dagobertus ſacræ ædi D. Dionyſij dicauit. Aimoinus. *Anno decimo tertio regnante Dagoberto Sadregiſilus Dux Aquitanorum à quibuſdam hominibus gladiatorio aduerſus eum animo inſurgentibus trucidatus eſt. Hic eſt Sadregiſilus, quem à Dagoberto adhuc in pueritiæ annis conſtituto ſuperior declarauit ſermo flagellis cæſum barbæ raſione deturpatum, cuius filij cùm vltores potuiſſent fieri effuſi ſanguinis paterni, maluerunt viuere deſides, ac otioſi, quam perurgendo armis homicidas, cruorem exigere interfecti, idcirco in publico Francorum conuentu, à quibuſdam proceribus ſecundum leges Romanas, quæ ſanciunt à paterna eos decidere hæreditate debere, qui noluerint interfecti necem vindicare, omnibus paternis expoliati ſunt bonis, atque inanes relicti; è quorum poſſeſſionibus multas Dagobertus tribuit Eccleſiæ Sancti Dionyſij obſequia curantibus.* Idem, author geſtorum Dagoberti, & recèns ſcriptor vernaculus hiſtoriæ Dionyſianæ. Lib. 4. c. 25. Cap. 35. Lib. 3. c. 3.

Anno XIV. Dagoberti, qui incidit in annum Dom. DCXLV. Vaſcones priſtinorum ſucceſſuum memoriâ tumeſcentes, cùm ab eius fide & obſequio defeciſſent, collectis fortiſſimis Burgundionum copiis, expeditionis Duce Audoëno Referendario armis domiti, & in ordinem redacti, non incruentâ tamen de his parta victoriâ, Arimbertus enim vnus è Ducibus, incautior cum maiori parte ſuorum à Vaſconibus in

Digitized by Google

In chronic. Cap. 78. Subolæ Vallis anguſtiis interceptus occubuit. Fredegarius. *Anno* XIII. *Regni Dagoberti cùm VVaſcones fortiter rebellarent & multas prædas in regno Francorum, quod Charibertus tenuerat facerent, Dagobertus de vniuerſo regno Burgundiæ, exercitum promouere iubet, ſtatuens eis caput exercitus nomine Chadoinum* (lege Audoënum) *Referendarium, qui temporibus Theodorici Regis quondam multis prœliis probabatur ſtrenuus; qui eum* X. *Ducibus cum exercitibus, id eſt Almagario, Aremberto, Leudeberto VVandalmaro, VValderico, Baranto, Hariardo ex genere Francorum, Rauleno ex genere Romano, VVillibaldo patricio ex genere Burgundionum, Aeghino ex genere Saxonum, exceptis Comitibus plurimis qui Ducem ſuper ſe non habebant, in VVaſconia cum exercitu perrexiſſent, & totam VVaſconiæ patriam cum exercitu Burgundiæ repleuiſſent, VVaſcones de intermontium rupe egreſſi ad bellum properant, cúmque prœliari cœpiſſent, vt eorum mos erat terga vertẽtes, dum cernerent ſe cum paucis ſuperandos, in faucibus vallium montium montis Pyrenei latebrã dantes ſe locis tutiſſimis, per rupes eorumdem montium latitarunt, exercitus poſt tergum eorum eum Ducibus inſequẽs plurimos numero captiuorũ VVaſcones ſuperatos, ſeu & ex his multitudine interfectos, omnes domus eorum incenſas peculiis & rebus expoliant: tandem VVaſcones oppreſſi ſeu perdomiti veniam & pacem à ſuperſcriptis Ducibus petentes, promittunt ſe gloriæ & conſpectui Dagoberti Regis præſentaturos & ſuæ ditioni traditos, cuncta ab eodem iniuncta impleturos, feliciter exercitus abſque vlla læſione ad patriam repedarunt. Sed Arembertus Dux naximus cum ſenioribus, & nobilioribus exercitus ſui per negligentiam à VVaſconibus in valle Subola fuerunt interfecti: exercitus*

citus verò Francorum qui de Burgundia in VVaſconia acceſſerat, patratâ victoriâ redeunt ad proprias ſedes. Idem Author geſtorum Dagoberti & Aimoinus, Cap 36. Hanc expeditionem VVaſconicam malè ad annum Lib. 4. c. 28. DCXLIII. refert Sigebertus: inter inſigniora geſta Dagoberti domitos Vacceos ſeu VVaſcones narrat Audoënus in vita S. Eligij apud Surium. *His operibus* Tom. 6. dec. 12. *mirifice perfectis, atque omnibus circumquaque gentibus ſedatis ferociſſimis etiam Vacceis ditioni ſuæ hoſtili gladio ſubactis, mortuus eſt Rex magnus, & inclytus Dagobertus.*

Anno XV. Dagoberti qui componitur anno Dom. DCXLVI. optimates VVaſconum cum Ainaudo, ſiue Amando Duce, ad Dagobertum Clypiacum venerunt; ac primùm capiti ſuo triſtia metuentes ad ædem D. Dionyſij confugére, ſed martyris gratiâ ſalutem depacti & fide Dagoberto, futuríſque Francorum Regibus iureiurando ſancitâ, ad ſua incolumes rediere. Fredegarius. *Anno* XV. *regni Dagoberti VVaſcones omnes* In Chronic. cap 78. *ſeniores terræ illius, cum Ainaudo Duce ad Dagobertum Clypiacum venerunt, ibique in Eccleſia Sancti Dionyſij regio timore perterriti confugium fecerunt, clementia Dagoberti vitam habuit indultam, ibique ſacramentis VVaſcones firmantes, ſimul & promittentes ſe omni tempore Dagoberto, & filiis ſuis, regnóque Francorum fideles fore, quod more ſolito ſicut ſemper fefellerunt, vt poſt hæc probauit euentus, permiſſu Dagoberti VVaſcones regreſſi ſunt in terram VVaſconiæ.* Idem Author geſtorum Dago- Cap. 42. berti, & Aimoinus. Lib. 4. c. 31.

Per hæc tempora Pictauorum ciuitas à Dagoberto exciſa, & ſolo æquata quòd VVaſconum partibus In chronic. Burdegalen.

Digitized by Google

ſauiſſet, ex Nicol. Vignerio, & aliis ſcriptoribus rerum Gallicarum: ex eius ruinis ſurrexit oppidum eius nominis, veteris Pictauis ſuperſunt veſtigia, & nomen; hic eſt locus vbi Carlomannus & Pipinus regnum Lib. 4. c. 59. Francorum inter ſe diuiſére: Aimoinus. *Carlomannus itaque & Pipinus Francorum regno potiti, regnum quod communiter habuerunt diuiſerunt inter ſe in loco qui vocatur vetus Pictauis.* Vrbem aratrum paſſam, & ſale aſperſam ferunt, vnde Pictones, veteri ſcommate ſaliti dicuntur, *Poicteuins ſalés*, vt obſeruauit vir Doctiſ- Lib. 3. de rep. cap. 7. ſimus Ioann. Bodinus.

Sub annum DCXLVI. Amando Traiectenſi Epiſcopo ſucceſſit Remaclus pariter Aquitanus ex Bituricenſi ſcilicet pago oriũdus patre Albatio matre Matrima, nobiliſſimis parentibus: primùm ſacris litteris educatus à Sulpitio Bituricenſi Epiſcopo; poſtea iam adultior à B. Eligio in Solemniacenſi Monaſterio regulari diſciplina inſtitutus, tum euocatus in comitatum Regium, & inde promotus ad Epiſcopatum, eius diſcipuli fuere B. Theodardus, Lambertus, Hadelinus & ipſe Aquitanus, eius vitam ſcripſit Notgerus apud Tom. 5. Sept. 3. In geſt. Tungrenſ. Pontific. c. 48. in Indic. S. Belgij. Surium, Harigerus Abbas, & Petr. Molanus.

Circa annum DCXLVII. vita migrauit ad ſuperos Sulpitius II. Bituricenſis Epiſcopus. Hic ingraueſcente ætate coadiutorem ſibi adſciuit VVlfolentum, vt Tom. 1. Ian. 17. patet ex eius geſtis apud Surium. Sulpitio morte ſublato ſucceſſit idem VVlfolendus: de eo meminit Sigebertus Rex in epiſtola ad Deſiderium Cadurcencenſem Epiſcopum, quæ eſt inter Epiſtolas Deſiderij Tom. 5. Antiq. lect. apud Caniſium. *Dum fabula currente à pluribus & fidelibus noſtris cognouimus, quaſi vocati, ab eodem-*

que patre noſtro VVlſolendo Epiſcopo ſynodali conſilio Kal. Sept.

CAPVT V.

Cadurci & Aruerni contributi regno Auſtraſiæ Bobo Dux Aruernorum, Dido Pictauienſis Epiſcopus, cuſtos Dagoberti iunioris, Leodegarius nepos Didonis ex Abbate S. Maxentij in pago Pictonico Auguſtodunenſis Epiſcopus, Geneſius Aruernenſis Epiſcopus Magnilocenſis Monaſterij fundator. Caput ceruium caſtrum in finibus Biturigum quô iure peruenit ad Monaſterium Floriacenſe. Felix Aruernenſis Epiſcopus, & poſt eum Proiectus.

MORTE ſublato Dagoberto hoc anno DCXLVII. qui fuit ſextus decimus annus regni, ei ſucceſſére duo filij ipſius, Sigebertus, & Clodoueus II. Sigeberto ceſſit regnum Auſtraſiorum, Clodouco Regnum Francorum. Aimoinus. Lib. 4. c. 41.

Penès Sigebertum fuere Aruerni, & Cadurci, Aquitaniæ populi, nè dubitemus, ſub initia principatus Sigeberti, Deſiderius Cadurcenſis Epiſcopus duas ad eum ſcripſit epiſtolas, quibus parem ab eo gratiam Epiſt. 4.

Digitized by Google

Tom 5 Antiq. lection. quas edidit Caniſius, legitur Epiſtola Bertegyſeli Abbatis Deſiderio Theſaurario. Syagrius Albigenſem Comitatum, & Maſſyliæ vrbis præfecturam multis annis geſſit, quo præmortuo Deſiderius vtramque militiam adeptus, Ruſtico quoque cæſo, vt dixi, Deſiderius ei in Epiſcopatu ſucceſſit. Hic baſilicam S. Stephani quâ hodie formâ exiſtit à fundamentis extruxit, & rebus ſuis dotauit, quo nomine conditiones Eccleſiæ recèns à ſe conditæ commendauit Dagoberto, in Epiſt. 9. Epiſtola quadam, *Qua de re ſalutationis obſequio, ec quo docet honore prælato quæſo vt conditiones Cadurcæ Eccleſiæ, cui Deo auctore ex iuſſu veſtro præſedeo, pro diuino reſpectu, vel iuſtitiæ contemplatione integra mercede ſtudeatis habere*, &c. & idem in alia epiſtola Grimoaldo Maiori Domus. *Conditiunculas etiam Eccleſiæ noſtræ, & pauperum ſuorum ſingulari mercede ſtudete habere, eáſque per omnia habere commendatas*, & in epiſtola ad Epiſt. 8. Chlodulfum: *Conditiones patroni veſtri Beati Stephani cuius adminiſtrationem gerere videor habete receptas, & per omnia commendatas.* Conditiones Eccleſiæ vocat, res quibus dotata & inſtructa erat, conditio accipitur pro dote Eccleſiæ, quia certis conditionibus & legibus, dos à fundatore adſcribitur. Hoc ſenſu in capit. nulli ex. de rebus eccleſiæ alien. alienationis verbo continetur conditio, id eſt alienatio ſeu traditio ſolemnis, quæ fit, Eccleſiæ condendæ, & dotandæ causâ. Condita baſilica Deſiderius Monachos qui ſacra facerent impoſuit, ante eum nullum fuit Monaſterium, neque Monachorum inſtitutum notum in hac vrbe, ſi fides geſtis eius vitæ: tamen Abbatis Ca- [illegible] durcenſis meminit Gregorius Turonenſis, quo præ-

fectum Monachorum intelligere occurrit, etſi Abbatis nomen commune ſit & præpoſito eccleſiæ ſæcularis. Ad eum extant epiſtolæ Conſtantij Albienſis Veri Rutenenſis, Galli Aruernenſis, & Sulpitij Bituricenſis Epiſcoporum.

Hoc tempore Aquitaniam illuſtrauit Goëricus cognomine Abbo, patriâ Aquitanus, Arnulfo Metenſi Epiſcopo propinquus & ſucceſſor in Epiſcopatu, vt liquet ex ipſius Goërici & Arnulfi vitis apud Surium: Tom. 4. Auguſt. 16 tom. 7. ſept. 19.
nempe ex gente Anſberti Senatoris aui Arnulfi prognatus fertur. Huius amicitiam iam olim in comitatu Clotarij II. contractam coluit Deſiderius, vt teſtatur ipſemet in Epiſtola ad Abbonem Papam, quod erat cognomen Goërico: *Optarem frequenter ſi poſſibilitas arrideret ſacris veſtris intereſſe colloquiis, vt ſicut nos ſub ſæculi habitu in contubernio ſereniſſimi Clotharij principis mutuis ſolebamus releuare tabellis; ita iam nunc illa ad plenum depoſita vanitate dulcia liceret Chriſti nominare præcepta.* Epiſt. 9.

Eodem tempore vitæ ſanctitate claruit Eligius patriâ & ipſe Aquitanus, ex Catalacenſi oppidulo ſexto à Lemouico vrbe milliario, natus patre Eucherio, matre Teorigia ab Abbone Lemouicino aurificinam edoctus artis fama notus Clothario II. auro à Rege tradito in opus vnius ſellæ, alteram ex eo conflauit, ſingulari artis & fidei argumento. Hic Monaſterium conſtruxit in villa Solemniaco apud Lemouices, & in eo collegit centum quinquaginta monachos ſub regula B. Columbanj, condidit & Lutetiæ propriis in ædibus Monaſterium ſacrarum virginum, quibus B. Auream Abbatiſſam præpoſuit: inſtaurauit & ibidem

Digitized by Google

baſilicam S. Martialis: tandem Nouiomenſis Epiſcopus ordinatus, poſt epiſcopatum in patriam rediit, ſtudio viſendi Solemniacenſis Monaſterij, & Bituricas tranſiens orauit in æde S. Sulpitij, & rurſus ſalutatis fratribus per Bituriges ad ſuam ciuitatem iter relegit, & vinctos in cuſtodia nube ſubtectus viſitauit, eius acceſſu patuere cuſtodiæ, & vinctorum catenæ ſolutæ: idem per reuelationem agnouit obitum Simplicij Lemouicenſis Epiſcopi, & Felicem ei futurum ſucceſſorem. Hæc Audoënus Rothomagenſis Epiſcopus in in vita Eligij, Ionas in vita S. Euſtaſij Abbatis Luxouienſis apud Surium. Aimoinus, Author vit. Dagoberti, Sigebertus, Eligium & Sulpitium Bituricenſem Epiſcopum, & ordinatorem ſuum primores inter amicos coluit Deſiderius Cadurcenſis Epiſcopus, vt ipſemet ſignificat in Epiſt. ad Dadonem Epiſcopum, qui Audoënus eſt. *Maneat priſtina inter nos, atque illum tuum imo noſtrum Eligium inconuulſa charitas, indiſiuncta vt fuit quondam fraternitas, mutuis nos iuuemus precibus, vt quemadmodum in aula terreni principis ſocij fuimus, ita in illo ſuperni Regis cæleſti palatio ſimul viuere mereamur, & licet de noſtro collegio duos iam amiſerim germanos, habemus pro his venerabilem Paulum* (iſte fuit Virdunenſis Epiſcopus) *nec minus prædicabilem meritis Sulpicium.*

Tom. 6. Decembr. 1. & tom. 2. 29. Mart. lib. 4. cap. 16. c. 20. Ad ann. 637.

Epiſt. 10.

Eodem tempore claruit & Modoaldus Treuirenſis Epiſcopus ex inclyta Aquitanorum proſapia, vt ſcribit author eius vitæ apud Surium: ei fuere duæ ſorores, Itta Pipini ducis coniux, ex qua ſuſcepti Grimoaldus Major Domus ſub Sigeberto, Gertrudis, & Begga quæ nupſit Anſigiſo Duci, altera Seuera, quæ Deo ſe dicauit.

Tom. 3. 12. Maij.

Digitized by Google

Circa id temporis Haimeranus Pictauienſi vrbe in Aquitania oriundus, in Germaniam migrauit, propagandæ fidei causâ, & à Theodone Bauariæ Duce humaniter ſuſceptus, & Ratiſponenſis Epiſcopus impoſitus eius vitam legere eſt apud Surium, & Caniſium. Tom. 5. Sept. 22. tom. 2. Antiq. lect.

Capvt IV.

Ariberti principis Aquitaniæ obitus, eius morte Aquitania redit ad Dagobertum. Barontus filius Beraldi olim Ducis Aquitaniæ. Hildemarcha Abbatiſſa Burdegalenſis, Cœnobium Molliſpeci in finibus Biturigum fundatur à Dagoberto. S. Sigiranus primus Abbas huiuſce Monaſterij, Sadregiſili Ducis Aquitaniæ liberi iuxta leges Romanas damnati, ob inultam necem parentis, Vaſcones fide lapſi à Dagoberto in ordinem redacti. Vaſcones cum Amando Duce de fide paciſcuntur apud Dagobertum. Pictauum vrbs exciſa à Dagoberto, vetus Pictauis locus memorabilis diuiſione regni inter Carlomannum, & Pipinum Remaclus Aquitanus Traiectenſis Epiſcopus Amandi ſucceſſor. Sulpitius II. Bituricenſis coadiutorem ſibi aſſumit VVlfolendum.

ANNO IX. Dagoberti Regis, qui incidit in annum Dom. DCXL. vita migrauit Aribertus Rex Aquitaniæ hærede relicto vnico filiolo, Chilperico nomine, qui non diu ſuperſtes extinctus eſt, non ſine veneni ſuſpitione, cuius non expers fuit Dagobertus. Eius morte comperta Dagobertus ipſius ditionem & theſauros manu
Lib. 4. c. 23. iniecta per Barontum Ducem occupauit. Aimoin. *Anno* IX. *Dagoberti Regis Aribertus frater eius Aquitaniæ Rex moritur, relinquens paruulum filium nomine Chilpericum qui non diu rebus humanis ſuperfuit, opinio mortis eius Dagoberto adſcribebatur, qui eius comperta morte, Barontum Ducem ad peruadendum eius regnum, vel ad theſauros ſibi adducendos direxit, Barontus vero grande diſpen-*
In chronic. cap. 67. *dium exinde feciſſe memoratur.* Idem Fredegarius, quis fuerit iſte Barontus Dux vix aliunde patet, quàm ex vita S. Vincentiani MS. ex qua ſcimus Barontum fuiſſe filium Beraldi quondam Ducis Aquitaniæ, & Vincentianum vnà cum eo litteris inſtitutum fuiſſe ab Herimberto Diacono.

Per id tempus apud Burdegalam vrbem vitæ ſanctimoniâ claruit Hildemarcha ſacrarum virginum Abbatiſſa de qua mentio fit in vita S. VVandregiſili
Tom. 4. Iul. 21. Abbatis apud Surium.

Anno DCXLII. Cœnobium Mollis peci in finibus Biturigum quod indigenæ vocitant *Meobec* fundauit & luculenter dotauit Dagobertus præpoſito Abbate Sigiramo filio Sigealici Comitis Bituricenſis, funda-
lib. 2. Monaſtic. tit. 2. num. 19. tionis diploma extat apud Chopinum.

Anno XIII. Dagoberti, qui ſe refert ad annum

Digitized by Google

Dom. DCXLIV. Sadrageſilus Dux Aquitaniæ à quibuſdam ex inſidiis occiſus, cuius filij cum per ignauiam inultam mortem patris reliquiſſent, iudicio Francorum, ideſt decreto Ordinum totius Galliæ paternis bonis velut indigni multati ſunt ſecundùm leges Romanas, ea fiſco quæſita Dagobertus ſacræ ædi D. Dionyſij dicauit. Aimoinus. *Anno decimo tertio regnante Dagoberto Sadregiſilus Dux Aquitanorum à quibuſdam hominibus gladiatorio aduerſus cum animo inſurgentibus trucidatus eſt. Hic eſt Sadregiſilus, quem à Dagoberto adhuc in pueritiæ annis conſtituto ſuperior declarauit ſermo flagellis cæſum barbæ raſione deturpatum, cuius filij cùm vltores potuiſſent fieri effuſi ſanguinis paterni, maluerunt viuere deſides, ac otioſi, quam perurgendo armis homicidas, cruorem exigere interfecti, idcirco in publico Francorum conuentu, à quibuſdam proceribus ſecundum leges Romanas, quæ ſanciunt à paterna eos decidere hæreditate debere, qui noluerint interfecti necem vindicare, omnibus paternis expoliati ſunt bonis, atque inanes relicti; è quorum poſſeſſionibus multas Dagobertus tribuit Eccleſiæ Sancti Dionyſij obſequia curantibus.* Idem, author geſtorum Dagoberti, & recèns ſcriptor vernaculus hiſtoriæ Dionyſianæ. Lib. 4. c. 25. Cap. 35. Lib. 3. c. 3.

Anno XIV. Dagoberti, qui incidit in annum Dom. DCXLV. Vaſcones priſtinorum ſucceſſuum memoriâ tumeſcentes, cùm ab eius fide & obſequio defeciſſent, collectis fortiſſimis Burgundionum copiis, expeditionis Duce Audoëno Referendario armis domiti, & in ordinem redacti, non incruentâ tamen de his parta victoriâ, Arimbertus enim vnus è Ducibus, incautior cum maiori parte ſuorum à Vaſconibus in

Digitized by Google

In chronic. Cap. 78. Subolæ Vallis anguſtiis interceptus occubuit. Fredegarius. *Anno* XIII. *Regni Dagoberti cùm VVaſcones fortiter rebellarent & multas prædas in regno Francorum, quod Charibertus tenuerat facerent, Dagobertus de vniuerſo regno Burgundiæ, exercitum promouere iubet, ſtatuens eis caput exercitus nomine Chadoinum* (lege Audoënum) *Referendarium, qui temporibus Theodorici Regis quondam multis prœliis probabatur ſtrenuus; qui eum* X. *Ducibus cum exercitibus, id eſt Almagario, Aremberto, Leudeberto VVandalmaro, VValderico, Baranto, Hariardo ex genere Francorum, Rauleno ex genere Romano, VVillibaldo patricio ex genere Burgundionum, Aeghino ex genere Saxonum, exceptis Comitibus plurimis qui Ducem ſuper ſe non habebant, in VVaſconia cum exercitu perrexiſſent, & totam VVaſconiæ patriam cum exercitu Burgundiæ repleuiſſent, VVaſcones de intermontium rupe egreſſi ad bellum properant, cúmque prœliari cœpiſſent, vt eorum mos erat terga vertẽtes, dum cernerent ſe cum paucis ſuperandos, in faucibus vallium montium montis Pyrenei latebrã dantes ſe locis tutiſſimis, per rupes eorumdem montium latitarunt, exercitus poſt tergum eorum cum Ducibus inſequẽs plurimos numero captiuorũ VVaſcones ſuperatos, ſeu & ex his multitudine interfectos, omnes domus eorum incenſas peculiis & rebus expoliant: tandem VVaſcones oppreſſi ſeu perdomiti veniam & pacem à ſuperſcriptis Ducibus petentes, promittunt ſe gloriæ & conſpectui Dagoberti Regis præſentaturos & ſuæ ditioni traditos, cuncta ab eodem iniuncta impleturos, feliciter exercitus abſque vlla læſione ad patriam repedarunt. Sed Arembertus Dux naximus cum ſenioribus, & nobilioribus exercitus ſui per negligentiam à VVaſconibus in valle Subola fuerunt interfecti: exercitus*

Digitized by Google

citus verò Francorum qui de Burgundia in VVaſconia acceſſerat, patratâ victoriâ redeunt ad proprias ſedes. Idem Author geſtorum Dagoberti & Aimoinus, Cap 36.
Hanc expeditionem VVaſconicam malè ad annum Lib. 4.c.18.
DCXLIII. refert Sigebertus: inter inſigniora geſta Dagoberti domitos Vacceos ſeu VVaſcones narrat Audoënus in vita S. Eligij apud Surium. *His operibus* Tom.6.dec.
mirifice perfectis, atque omnibus circumquaque gentibus 12.
ſedatis ferociſſimis etiam Vacceis ditioni ſuæ hoſtili gladio ſubactis, mortuus eſt Rex magnus, & inclytus Dagobertus.

Anno XV. Dagoberti qui componitur anno Dom. DCXLVI. optimates VVaſconum cum Ainaudo, ſiue Amando Duce, ad Dagobertum Clypiacum venerunt; ac primùm capiti ſuo triſtia metuentes ad ædem D. Dionyſij confugére, ſed martyris gratiâ ſalutem depacti & fide Dagoberto, futuriſque Francorum Regibus iureiurando ſancitâ, ad ſua incolumes rediere. Fredegarius. *Anno* XV. *regni Dagoberti VVaſcones omnes* In Chronic. cap 78.
ſeniores terræ illius, cum Ainaudo Duce ad Dagobertum Clypiacum venerunt, ibique in Eccleſia Sancti Dionyſij regio timore perterriti confugium fecerunt, clementia Dagoberti vitam habuit indultam, ibique ſacramentis VVaſcones firmantes, ſimul & promittentes ſe omni tempore Dagoberto, & filiis ſuis, regnóque Francorum fideles fore, quod more ſolito ſicut ſemper fefellerunt, vt poſt hæc probauit euentus, permiſſu Dagoberti VVaſcones regreſſi ſunt in terram VVaſconiæ. Idem Author geſtorum Dago- Cap.42.
berti, & Aimoinus. Lib. 4.c.31.

Per hæc tempora Pictauorum ciuitas à Dagoberto exciſa, & ſolo æquata quòd VVaſconum partibus In chronic. Burdegalen.

ſauiſſet, ex Nicol. Vignerio, & aliis ſcriptoribus rerum Gallicarum: ex eius ruinis ſurrexit oppidum eius nominis, veteris Pictauis ſuperſunt veſtigia, & nomen; hic eſt locus vbi Carlomannus & Pipinus regnum
Lib. 4. c. 59. Francorum inter ſe diuiſêre Aimoinus. *Carlomannus itaque & Pipinus Francorum regno potiti, regnum quod communiter habuerunt diuiſerunt inter ſe in loco qui vocatur vetus Pictauis.* Vrbem aratrum paſſam, & ſale aſperſam ferunt, vnde Pictones, veteri ſcommate ſaliti dicuntur, *Poicteuins ſalés*, vt obſeruauit vir Doctiſ-
Lib. 3. de rep. cap. 7. ſimus Ioann. Bodinus.

Sub annum DCXLVI. Amando Traiectenſi Epiſcopo ſucceſſit Remaclus pariter Aquitanus ex Bituricenſi ſcilicet pago oriūdus patre Albatio matre Matrima, nobiliſſimis parentibus: primùm ſacris litteris educatus à Sulpitio Bituricenſi Epiſcopo; poſtea iam adultior à B. Eligio in Solemniacenſi Monaſterio regulari diſciplina inſtitutus, tum euocatus in comitatum Regium, & inde promotus ad Epiſcopatum, eius diſcipuli fuere B. Theodardus, Lambertus, Hadelinus & ipſe Aquitanus, eius vitam ſcripſit Notgerus apud
Tom. 5. Sept. 3. In geſt. Tungrenſ. Pontific. c. 48. in Indic. S. Belgij. Surium, Harigerus Abbas, & Petr. Molanus.

Circa annum DCXLVII. vita migrauit ad ſuperos Sulpitius II. Bituricenſis Epiſcopus. Hic ingraueſcente ætate coadiutorem ſibi adſciuit VVlfolentum, vt
Tom. 1. Ian. 17. patet ex eius geſtis apud Surium. Sulpitio morte ſublato ſucceſſit idem VVlfolendus: de eo meminit Sigebertus Rex in epiſtola ad Deſiderium Cadurcencenſem Epiſcopum, quæ eſt inter Epiſtolas Deſiderij
Tom. 5. Antiq. lect. apud Caniſium. *Dum ſabula currente à pluribus & fidelibus noſtris cognouimus, quaſi vocati, ab eodem-*

Digitized by Google

quę patre noſtro VVlſolendo Epiſcopo ſynodali conſilio Kal. Sept.

CAPVT V.

Cadurci & Aruerni contributi regno Auſtraſiæ Bobo Dux Aruernorum, Dido Pictauienſis Epiſcopus, cuſtos Dagoberti iunioris, Leodegarius nepos Didonis ex Abbate S. Maxentiј in pago Pictonico Auguſtodunenſis Epiſcopus, Geneſius Aruernenſis Epiſcopus Magnilocenſis Monaſteriј fundator. Caput cernium caſtrum in finibus Biturigum quô iure peruenit ad Monaſterium Floriacenſe. Felix Aruernenſis Epiſcopus, & poſt eum Proiectus.

MORTE ſublato Dagoberto hoc anno DCXLVII. qui fuit ſextus decimus annus regni, ei ſucceſſére duo filij ipſius, Sigebertus, & Clodoueus II. Sigeberto ceſſit regnum Auſtraſiorum, Clodoueo Regnum Francorum. Aimoinus. Lib.4. c.41.

Penès Sigebertum fuere Aruerni, & Cadurci, Aquitaniæ populi, nè dubitemus, ſub initia principatus Sigeberti, Deſiderius Cadurcenſis Epiſcopus duas ad eum ſcripſit epiſtolas, quibus parem ab eo gratiam Epiſt.4.

Digitized by Google

expetit, quâ valuerat apud patrem, & res Eccleſiæ Cadurcenſis ei commendat, extátque Sigeberti epiſtola quâ ſignificat ſe conditiones, ſeu res Cadurcenſis Eccleſiæ ſub tuitione ſua accepiſſe, vt petebatur. *Conditiones verò veſtras, vnde iniunxiſtis taliter Chriſto adiuuante ad effectum produximus, vt veſtra fuit iniunctio.* De Aruernis clariùs conſtat: ſi quidem anno octauo Sigeberti Regis qui reſpondet anno. DCLIX. cùm Radulfus Dux Toringiæ à Sigeberti fide & obſequio defeciſſet, in eum iuſſu Sigeberti, omnes Leudes Auſtraſiorum, id eſt quotquot erant ditionis regni Auſtraſiæ, quæ erat ſors Sigeberti ad delectum vocati: in hoc bello præſto fuit Bobo Dux Aruernorum, & ſpectante ipſo Sigiberto in prœlio occiſus eſt auctore Fredegario. Maior tamen Aquitaniæ pars cum regno Francorum peruenit ad Clodoueum II. & hoc iure idem donationem prædiorum Sadregiſili Ducis, quæ erant in Aquitania Baſilicæ D. Dionyſij à Dagoberto factam proprio diplomate confirmauit, quod habetur in hiſtoria vernacula Sandionyſiana. *Affirmo etiam inſuper donum quod fecit pater meus eidem Monaſterio, ſcilicet villas & omnes poſſeſſiones Sadregeſilli Ducis Aquitanorum id eſt, Nouientum in pago Lemouicenſi, Parciacum ſeu Nulliacum, & Pondentiniacum, ac Parcellarias & Anglarias.*

Epiſt. 9.

In Chronic. cap. 87.

Lib. 3. c. 4.

Anno DXLIX. Mortuo Sigeberto II. Grimoaldus maior Domus Dagobertum eius filium minorem attonſum Didoni Pictauienſi Epiſcopo in Scotiam ablegandum tradidit, & proprium filium cognominem Regem impoſuit; ſed Franci Regum ſuorum ſtudioſiſſimi non ferentes ſubintroductum principem cap-

tum Grimoaldum Clodoueo tradiderunt. Aimoinus. *Defuncto Sigeberto Grimoaldus Maior domus filium eius paruulum nomine Grimoaldum totondit, Didonique Pictauienſis vrbis Epiſcopo, in Scotiam ad peregrinandum direxit, filium ſuum in regno ſtatuens, quod Franci non ferentes captum Grimoaldum Clodoueo tradiderunt.* Idem Sigebertus. Lib. 4. c. 42. Ad ann. 567.

Didoni fuit nepos Leodegarius nomine; hic à primis annis à Didone Epiſcopo litterarum ſtudiis inſtitutus, ab eodem in Diaconum ordinatus, ac tandem in Archidiaconum, nec non Abbas Monaſterij S. Maxentij, quod eſt in diœceſi Pictauienſi lectus; famâ eius latiùs in aulam penetrante à Clothario III. accitus, & paulò poſt ad Auguſtodunenſem Epiſcopatum prouectus: tandem verò per Elacinum Maiorem domus Theodorici, quòd Childerici partibus ſtuduiſſet, erutis oculis, variiſque cruciatibus additis, capite plexus, & martyrum numero accenſus: eius corpus in Pictauienſem pagum tranſlatum, & in D. Maxentij cœnobio locatum operâ Andulphi Abbatis eiuſdem Monaſterij, eius vita extat apud Surium, de eo Sigebertus. Tom. 5. Octobr. 2.

Hâc tempeſtate ſanctitatis nomine claruit Geneſius, Aruernenſis Epiſcopus: hic Magnilocenſe Monaſterium in finibus Aruernorum extruxit, primúmque Abbatem impoſuit Euodium: aduersùs Nouatiani & Iouiniani hæreſes in Aruernorum vrbem gliſcentes acerrimè pugnauit. Auctor vitæ S. Præiecti adud Surium. *Hunc autem locum iampridem Geneſius nobiliſſimus Pontifex in ſolo proprio voluit eſſe Monaſterium, eique patrem præpoſuit venerabilem virum Euodium, qua tem-* Tom. 1. Ian. 15.

Digitized by Google

peſtate hæreſis Nouatiana ſiue incuriâ, ſiue ignorantiâ quorumdam in Aruernorum irrepſit vrbem, impurum quoque Iouiniani dogma illic extitit, contra quas hæreſes in eodem Magnilocenſi Monaſterio edita extat epiſtola, &c.

Anno DCLXIV. Clodoueo II. diem functo ſuperſtitibus tribus filiis Clothario, Childerico, & Theodorico, Clotharius natu maximus Regnum ſuſcepit, qui dictus eſt Lotharius III. ſub eo Otherius vir nobiliſſimus inter Aquitanos prædium cui Caput ceruium nomen, in finibus Biturigum dicauit B. Benedicto, & Floriacenſi Monaſterio, & ſolenniter tradidit per vvantos ſeu chirotecas altari impoſitos, vel vt alij volunt Otherio perduellionis damnato & bonis eius in fiſcum redactis prædium iſtud Floriacenſi Monaſterio à Clotario III. donatum de quo Aimoinus Floriacenſis.

Lib. 1. de Mirac. S. Ben. c. 4.

Sub annum DCLXV. claruit Felix Aruernorum Epiſcopus Geneſij ſucceſſor, & Præiectus Abbas Candidinenſis, poſtea Aruernenſis Epiſcopus. Hic clarioribus apud Aruernos ortus natalibus, parentibus Gondoleno, & Elidia, primùm apud Iciodorum litteris inſtitutus, tum Geneſio adhuc Archidiacono poſtea Aruernenſi Epiſcopo diſciplinæ causâ traditus & Diaconus ordinatus, agones martyrum Caſſij, Victorini, & Anſtremonij, aliorúmque, qui Aruernam vrbem ſuo martyrio illuſtrarunt, eleganti vt ætas ferebat, ſtylo deſcripſit. Inde à Felice Aruernorum Epiſcopo factus Candidinenſis Cœnobij præfectus, ac paulò poſt Felice vitâ functo, cùm plebs & clerus communibus votis in Præiectum eligendum inclinarent Giroaldus Archidiaconus pecuniâ Epiſcopatum redemit

Digitized by Google

ſed eo poſt diem quadrageſimum morte ſublato, rurſus Aruerni concilio habito de eligendo præſule cùm Geneſium virum Senatorij ordinis expeterent non annuit Geneſius, quin immo ſuaſu effecit vt Præiectus eligeretur. Accedente conſenſu Regis electo Præiecto, Geneſius ſuaſu Præiecti Monaſterium virginum conſtruxit & dotauit in ſuburbio Aruernæ ciuitatis, & cætera bona, quia liberis carebat, poſt mortem Eccleſiis largitus eſt, Præiectus quoque aliud virginum Aſceterium in Aruerno agro fundauit, noſocomium apud Aruernos condidit, & medicos adhibuit voluítque viginti ægros illic ſemper foueri & curari, vt legitur in ipſius vita apud Surium. Alius fuit Præiectus, ſiue Proiectus apud Aruernos ætate Sidonij, quem ipſemet domi nobilem vocat.

Tom. I. Ianuar. 25.

Lib. 2. ep. 4.

CAPVT VI.

Remiſsio Regum Francorum, Vaſcones Nouempopuloniam occupant, vnde eadem Vaſconia dicta. Lupus Dux Vaſconum. Praiecti Martyrium Auitus II. Aruernenſis Epiſcopus, Voluicum Monaſterium, Theodoricus regno reſtitutus opera Didonis Pictauienſis Epiſcopi, Gerini Pictauienſis Comitis & aliorum. Paulus Comes tyrannidem affectat in Gallia Narbonenſi, Leodegarij martyrium. Anſoaldus Pictauienſis Epiſcopus. Philibertus Elu-

Digitized by Google

ſas Abbas Gemiticenſis patre Philibaudo Vicoiulienſi Epiſcopo. Quinciacenſe Monaſterium ab Anſoaldo fundatur, S. Hubertus filius Bertrandi Ducis Aquitaniæ ex ſorore S. Odæ vxoris Boggis Ducis Aquitanorum. Bonitus Aruernenſis Epiſcopus. Hubertus Leodienſis Epiſcopus.

A mon. lib. 4. c. 43. 44.

ANNO DCLXVIII. Clotario III. diem functo poſt quartum regni annum, in regnum ſucceſſere eius fratres Theodericus & Childericus. Ab eo tempore collabi cœpit robur & maieſtas Regum Francorum; his qui ſecuti ſunt ignauiâ & deliciis prorſus corruptis, & rerum ſummâ delatâ ad præfectos Palatij, quos Maiores domus appellabant, ita vt precarium fere imperium, & inane nomen regis apud ipſos remanſerit. de quo Eginartus, & Sigebertus.

In vit. Carol. M. init. ad ann. 662.

Eodem tempore VVaſcones occaſionem rerum promouendarum nacti, Nouempopuloniam iam à multis annis bello tentatam Francorum præſidio deſtitutam occuparunt, vnde eadem ab inſeſſorum nomine VVaſconia dicta, & poſteà familiari mutatione, ſeu flexione litteræ V, in G, Guaſconia. Petrus Cluniacenſis. *Migrauit tamen ſicut audiui ad loca ſatis vobis contigua, & à Septimania veſtra vobis perſequentibus expulſa in prouincia Nouempopulana, quæ vulgò Guaſconia vocatur, & in partibus ei adiacentibus*

Aduerſ. Petrobruſ.

ſibi

Digitized by Google

ſibi foueas præparauit, & Gotfridus Viterbenſis. In Chronic.

Ad ſcelus edoctos peperit Guaſconia Gothos.

Anno DCLXX. Ebroino Maiore domus Aquitani & VVaſcones Francorum imperij pertæſi, Lupum proprium Ducem ſibi elegerunt, vt legitur in vita MS. Iuliani Epiſcopi Leſcarienſis, non ante DCXCVI. annum Aquitanos & Vaſcones ducem ſibi creaſſe ſcribit Nicolaus Vignerius. *Eo tempore Aquitani Vaſconéſque principem Ducemque proprium ſibi conſtituiſſe viſi ſunt.* In Chronic. Burgund. Hic Ducem non nominat, ſed non alium quàm Lupum intellexiſſe videtur.

Eodem anno Præiectus Aruernenſis Epiſcopus, & Amarinus Abbas Monaſterij Claroangi ab Agritio, & aliis primoribus Aruernæ vrbis ſimul ferro trucidati, in loco quem Volouicum appellant, concitatis in ſe infenſis animis, quòd Præiecto conqueſto apud Hildericum Regem aduersùs Hectorem Maſſylienſem Patricium, ob varia damna ab eo illata Aruernenſi Eccleſiæ, Rex facinoſorum hominem gladio cædi iuſſiſſet, vt habetur in eius vita apud Sigebertum, vterque in martyrum numerum relatus, & congrua martyrij viſa eſt cauſa, cùm ob defenſionem Eccleſiæ mortem ſint paſſi. Tom. I. Ian. 25. Ad ann. 670.

Eodem anno Præiecto Aruernenſi Epiſcopo & martyri ſucceſſit Auitus huiuſce nominis II. is in loco vbi Præiectus & Amarinus martyrium paſſi erant Volui eum nomine, Monaſterium poſuit, huícque Godonem primarium Abbatem impoſuit, vt additur in vita ipſius Præiecti apud Surium. Tom. I. Ian. 25.

Anno DCLXXI. Hilderico occiſo, Theodoricus eius germanus ante exauctoratus, & in monachum

tonſus in cœnobio S. Dionyſij regno reſtitutus, ſuffragantibus ſibi Didone Pictauienſi Epiſcopo, Leodegario Auguſtodunenſi Epiſcopo, & Gerino Pictauienſi Comite eius fratre. Incertus author apud Vrſtitium:

Parte 2. rer. Germanic. *Rex Hildericus cùm per aliquot annos regnaſſet, à peſtiferis conſpiratoribus in aula cum vxore ſua prægnante peremptus: Leudeſius verò & Leuthericus, cum Franciæ & Germaniæ principibus fratrem eius Theodoricum R. conſtituunt ſuffragantibus ſibi Didone Pictauienſi Epiſcopo, Leodegario Auguſtodunenſi Epiſcopo, & Gerino Pictauien- Comite fratre eius.*

Anno DCLXXIV. Paulus Comes tyrannidem affectauit in Gallia Narbonenſi aduersùs VVambam Regem Gothorum, adiutus viribus VVaſconum & Francorum; ſed à VVamba bello victus & captus perduellionis pœnas luit, fugato & Lupo Duce Francorum:

In Chronic. Lib. 3. c. 9. rem fuſius narrant Lucas Tudenſis ex Iuliano Toletano, & Rodericus Toletanus. Hic eſt Lupus quem paulò ante VVaſcones ſibi Ducem elegerant.

Anno DCLXXXII. Ebroinus Maior domus Theoderici, Luxouienſi Monaſterio egreſſus, quò detruſus fuerat odio Francorum, crudeliter ſæuiit in eos, quos ſibi aduerſarios ſentiebat: in primis Leodegarius Auguſtodunenſis Epiſcopus ab eo captus, erutis oculis tandem ceruice cæſus, Gerinus Comes eius frater, lapidibus necatus Sigebertus.

Ad ann. 682. *S. Leodegarius Auguſtodunenſis Epiſcopus ab Ebroino capitur, & cum fratre ſuo Gerino grauiter affligitur; Gerinus non multò pòſt lapidibus obruitur.*

Tom. 5. 2. Octobr. Idem legitur in vita ipſius Leodegarij apud Surium. Eodem Ebroini ſæuitiæ telo Dido Pictauienſis Epiſcopus Leodegarij & Gerini auunculus

exulare iuſſus. Author modo laudatus apud Vrſtitium. *Ebroinus Leodegarium Epiſcopum captiuum interemit Didonem Epiſcopum auunculum eius exilio damnauit.* Hoc tempore multi & alij proceres Francorum Ebroini furorem declinantes, ad VVaſcones confugerunt. Fredegar. *Reliqui viri Franci eorum ſocij, per fugam lapſi Ligerem tranſgreſſi, vſque VVaſcones confugerunt.* Ex quo ſatis aperte colligitur hac tempeſtate VVaſcones extra ditionem Francorum poſitos fuiſſe. In Chronic. cap. 96.

Eodem anno, Didoni in exilio demortuo ſucceſſit Anſoaldus in Pictauienſi Epiſcopatu, & interfuit Concil. Rothomagenſi, hoc anno habito præſide Ansberto Rothomagenſi Epiſcopo, vt legitur in ipſius vita apud Surium. Eius iuſſu caput Leodegarij martyris tranſlatum in Pictauenſem pagum, & in cœnobio D. Maxentij locatum, operâ Andulphi eiuſdem Monaſterij Abbatis: eiuſdem Anſoaldi iuſſu vitam Leodegarij ſcripſit Vrſinus, vt patet ex vita ipſius Leodegarij apud Surium. Ante Epiſcopatum Anſoaldus iſte fuit defenſor, ſeu Aduocatus Pictauenſis Eccleſiæ & legatione functus eſt in partibus Siciliæ ſub Dagoberto, auctore Aimoino. Defenſorem hoc loco ita accipi neceſſe eſt: nec enim Anſoaldus fuit Epiſcopus Pictauenſis ſub tempora Dagoberti, nec dicendum eſt ſi de Epiſcopo ſumi velis, Aimoinum ſe referre ad tempus quo Anſoaldus fuit Epiſcopus, non ad tempus legationis. Tom. 1. Febru. 9. Tom. 5. 2. Octobr. Lib. 4. c. 34. Id. author. Geſtor Dagobert. c. 45. Baldricus Nouiomenſ. Lib. 1. c. 21.

Per hæc tempora vitæ ſanctitate claruit Philibertus Abbas Gemeticenſis, is Heliſano, ſiue Eluſano territorio in Aquitania ortus, patre Philibaudo, qui ex laico Vicoiulienſis Epiſcopus factus eſt poſtulante

Digitized by Google

plebe, & accedente conſenſu Regis, idem ſecularium litterarum non imperitus, in Comitatu Dagoberti educatus, monachum profeſſus in Rasbacenſi monaſterio, poſtea Gemiticenſe monaſterium in pago Rothomagenſi conſtruxit, inde euocatus ab Anſoaldo Pictauienſi Epiſcopo, Monaſterium ab eo in inſula Herio quam hodie vocant *de Ré* conditum & dotatum monachis inſtruxit, & regulari diſciplina inſtituit: tum Quinciacenſe Monaſterium in eodem Pictauienſi pago poſitum emendauit, ac tandem dimiſſo Monaſterio Gemiticenſi, Aichadrum Quinciacenſem Abbatem conſenſu Anſoaldi Pictauienſis Epiſcopi ſibi ſuffecit, & in inſulam Herio rediit vbi ſanctiſſimè vitam exegit, quæ colliguntur ex vitis Sanctorum Philiberti & Aichadri apud Surium.

Tom. 4. Auguſt. 20. & tom. 5. Sept. 15.

Iiſdem temporibus Hubertus Comes Aquitanus genere, vt Ebroini tyrannidi caput ſubduceret in Auſtriam confugit ad Pipinum Ducem. Auctor actorum conuerſionis S. Huberti apud Andr. Quercetanum. *Tempore illo quo Ebroini crudelitas regnum Francorum grauiter opprimebat, erat quidam adoleſcens nobilis Aquitanicus genere, ſub Theodorico Rege Comes Palatij Hubertus nomine, & litterarum ſtudiis eruditus, & armorum exercitatione ſtrenuus. Hic quia prudentis erat ingenij conſiderans Ebroinum ad omnem malitiam promptiſſimum, execratus omnes actus illius Franciam Sequanorum deſeruit, & in Auſtriam ad Pipinum Ducem cuius iuſtitia, & induſtria ac virtus bellica tyrannos omnes oppreſſerat ſe contulit.* Idem Anſelmus Leodienſis. Aquitanico ſolo non immerito redditur Hubertus, fuit enim filius Bertrandi Ducis Aquitaniæ ex ſorore ſanctæ Odæ

Tom. 1. ſcriptor. rer. Franc.

In vit. S. Lambert. c. 20.

vxoris Bogis Ducis Aquitanorum, vt narrant auctor eius vitæ apud Surium. Molanus, & author chronici Belgici, vnde Odam Huberti amitam vocant acta eius conuerſionis, & Anſelmus Leodienſis loco modo laudato iiſdem verbis: *Adhærebàtque illi quaſi Comes indiuidua amita ſua Oda quæ extitit Boggis Aquitanorum Ducis recèns defuncti relicta vidua*: ex quo intelligimus Hubertum ſimul cum Oda ſe tranſtuliſſe in Auſtriam. Is cùm adhuc eſſet paganus, id eſt homo laicus, venationis ſtudioſus, ei aliquando venationi operam danti fertur apparuiſſe Chriſtus crucifixus medius inter cornua cerui, quo equo deſiliens adorato, audiuit vocem monentis vt ad Lambertum Epiſcopum Traiectenſem iret, ſaluti ſuæ ſi conſultum vellet: illico paruit Hubertus & Lamberto Epiſcopo ſeſe in diſcipulatum tradidit, & poſtea eidem in Epiſcopatu ſucceſſit, ex eius actis apud Surium, & Molano. Venatores Hubertum vt patronum inuocant, & multa ab eo experiuntur beneficia circa venationis ſtudia, & morſus canum, de quo idem Molanus.

Tom. 6. Nou. 3. In indic. SS. Belgij.

Tom. 6. Nouembr. 3. In indic. SS. Belgij. In Natalit. SS. Belgij. 3.

Anno DCLXXXV. Auito Aruernenſi Epiſcopo vita exempto, ſucceſſit Bonitus eius germanus patriâ Aruernus, generis Senatorij, patre Theodato, matre Syagria, ex quo vtriuſque genus & parentes addiſcimus: adhuc in vtero matris poſitus à Phrygione ſanctiſſimo Presbytero Epiſcopus conſalutatus, in ciuitate Aruernorum litteris & iure ciuili inſtitutus, in Comitatu Sigeberti Regis primùm Pincernarum princeps, tum accepto annulo regio Referendarius, poſt obitum Sigeberti Maſſylienſis prouinciæ præfecturam geſſit. Auitus in extremis agens hunc ſibi ſuc-

Digitized by Google

ceſſorem deſignauit, conſenſu Theodorici II. Regis Auſtriæ & Pipini Maioris domus ex eius geſtis apud Surium

Tom. 1. Ian. 15.

Anno DCXCIX. Hubertus dignus S. Lamberti ſucceſſor, Leodienſis Epiſcopus Romæ conſecratus à Sergio Pontifice Molan. & ex eo Baronius, qui eum agnoſcunt filium Bertrandi Ducis Aquitaniæ.

In indicul. SS. Belgij. Tom. 7. ad ann. 699.

Capvt VII.

Eudo Dux Aquitaniæ coniectura de eius origine. Biturica capta à Pipino, & recepta ab Eudone. Eudo vnus è partibus Chilperici aduerſus Carolum Martellum, Rigoberti Remenſis Epiſcopi exilium in Vaſconia. Epiſcopatus Galliarum laicis traditi à Carolo Martello. Bellum Aquitanicum inter Eudonem, & Carolum Martellum. Cuchianus Aquitanicus periurÿ pœnas luit.

Circa annum DCCXIV. cum Pipinus ſenior ſummam rerum teneret in Gallia, Eudo poſt Lupum Aquitaniæ Dux fuit, Regum inertiâ idem iuris adeptus in Aquitania quod Pipinus in reliqua Gallia. Vdonem vocat Marianus Scotus. Quiſnam eſſet iſte Eudo, quæ patria, quod genus variè traditum eſt: è recentioribus nonnulli ſcripſére Eudonem Lupi

In chronic. ad ann. 7.8.

Ducis Vaſconum filium fuiſſe, ſed quæ fides ſcribentium ſine authore, rem à ſe tot ſæculis remotam. Hiſpani ſcriptores, quos inter Stephanus Garibayus, & Io. Mariana aſſerunt Eudonem natum Andeca vno è primoribus Gothorum, quo vnà cum Roderico vltimo Rege Gothorum à Sarracenis occiſo, poſt cladem Hiſpaniæ Eudonem ſeceſſiſſe in Septimaniam collectis Gothorum reliquiis, eámque in poteſtate retinuiſſe, & nobilem puellam Aquitaniæ Ducis filiam & hæredem vxorem duxiſſe, & his nuptiis vtriuſque prouinciæ principatum coniunxiſſe: ſed quod probabilius, ſcriptores noſtri Eudonem è Francorum gente prognatum credunt, & inter Hiſpanos etiam Iſidorus Pacenſis & Rodericus Toletanus, Eudonem vnum è Ducibus Francorum memorant? Et vero quis ita ſupinus & ſtultus erit, vt ſibi ſuadeat infelicem exulem, armis, viris & opibus deſtitutum, ab Aquitanis nobiliſſimis Galliarum populis in Ducem admiſſum: cuius fide & authoritate primus ſcripſit Garibayus, Eudonem Aquitaniæ Ducis filiam duxiſſe, qui vtriuſque & patris & filiæ nomen neſciuit: nonne probabilius eſt Eudonem fuiſſe vnum è Francis qui Regibus noſtris in ſoporem lapſis, rerum ſuarum gerendarum occaſionem nactus, iiſdem artibus Aquitaniam ſui iuris facere potuit, quibus Pipinus ſenior & poſt eum Carolus Martellus Gallia potiti ſunt, Regibus inani nomine dignitatis relicto: vel etiam Eudonem Romanum ſeu Aquitanum fuiſſe dici poteſt, ſoluto enim iam Francorum imperio, Aquitani & Vaſcones Lupum proprium Ducem ſibi elegiſſe feruntur, & poſt Lupum Eudonem ex Aquitanis electum credibile eſt,

Lib. 31. c. 2. lib. 7. rer Hiſpan. c. 3.

Ann 752. Hiſt. Arab. cap. 11.

& certè Eudonem Romanum ſeu Aquitanum fuiſſe euincit ipſius nominis ratio, nam Eudonis nomen ſatis notum & familiare fuit Romanis. Scæuola lib. XXIV. Digeſtorum, *Volo vt Eudoni dentur mille ſolidi*, Eudonem imperij æmulum non tulit Pipinus, & vt eum deturbaret, Bituricam quæ erat Aquitaniæ Metropolis, obſidione oppugnauit, Francorum, & Barbarorum, id eſt exterorum militum copiis vſus, dum obſeſſam vrbem teneret, barbari cùm ignem inieciſſent domui S. Auſtregeſili Bituricenſis Epiſcopi, in villa quæ Carobeias dicitur, ſpretis admonitionibus popularium multis exemplis conteſtantium non impunè diuum offendi, illico alij à dæmone arrepti, alij furore perciti ſe in flammas proiecere, alij dentibus ſe ſe laniarunt, & fœda membrorum mutilatione ſe deformarunt: quo cognito Pipinus edicto cauit, ne quiſquam B. Auſtregiſili res aut prædia attingeret: vrbe captâ non multò pòſt Eudo eandem obſedit, & deditione recepit. Per obſidionis tempora cùm Agnus vnus è Comitibus Eudonis, cui res monaſterij B. Auſtregiſili vice ſtipendij traditæ erant, res Monaſterij militibus ſuis diſtribuiſſet, pace factâ Bertradus Abbas ſupplex Agnum Comitem adiit, & res Monaſterij ab eo repetiit: non auditis precibus, ad ſepulchrum B. Auſtregiſili à Monachis decurſum, & præſens ab eo auxilium flagitatum. Agno inſomnis apparuit Auſtregiſilus rerum ſuarum incubatori dira interminatus & eum grauiter in capite cecidit. Agnus irati numinis vim ſentiens ab Eudone Principe per nuntium depoſcit, vt ſcelus ſuis opibus redimat, ſignificans ſe iuſtam Diui offenſionem contraxiſſe, dum illius iuſſu, Diui res

In l. teſtam. ff. de Manumiſſ. teſtam.

res

Digitized by Google

res & prædia occupaſſet. His auditis Eudo res Eccleſiæ ſtatim reſtitui iuſſit, & inter epulas, Agni caſu animum ſubeunte, vaſculum argenteum miſit, quod in luitionem noxæ offerretur. Agnus vt vidit exiguius munus: *Quantillum eſt*, inquit, *vt pro tot maleficiis offeram*, & his dictis expirauit, vt refert Auctor vitæ B. Auſtregiſili apud Surium. Tom 3. 30. Maij.

Anno DCCXVIII. Chilpericus cum Raganfredo Maiore domus prœlio victus à Carolo Martello, hoſti ſe imparem ſentiens Eudonem Aquitaniæ ducem in armorum ſuppetias euocauit, Eudo lectis Vaſconum copiis aduersùs Carolum ſigna commouit, & collatâ in Campania manu victus Lutetiam, inde Aurelianum, & mox in Aquitaniam receſſit, abducto ſecum Chilperico cum eius theſauris, vt belli pacíſque copiam penès ſe haberet. Anno ſequenti Carolus legatis ad Eudonem miſſis pacem cum eo iniit, & quæ fuere pacis conditiones, Chilpericum ab eo recepit, qui non diu ſuperſtes obiit, & Nouiomi ſepultus. Fredegarius, Continuator Aymoini, Annales Pithei, Ado Viennenſis, Marianus Scotus. In Chronic. cap. 107. Lib. 4. c. 52. Ad ann. 717. 718. 719. In chronic. ad ann. 718

Anno DCCXXIII. Carolus Martellus Rigoberto Remenſi Epiſcopo infenſus, quod ſibi bello aduersùs Chilpericum & Raganfredum laboranti, portas vrbis clauſiſſet, eum epiſcopatu deturbauit, & Milonem ſolâ tonſurâ clericum in eius locum ſubrogauit. Rigobertus ſede ſuâ deiectus ſeceſſit in Vaſconiam, vbi diutiùs exulauit, & ſanctitatis argumenta miraculis præbuit. Flodoardus, & Auctor vitæ Rigoberti apud Surium. Lib. 2. Remenſ. hiſt. c. 12. tom. 1. Ianuar. 4.

His temporibus Carolus Martellus non ſolùm Re-

Digitized by Google

menſem, ſed & alios fere vniuerſos Epiſcopatus Galliarum laicis, & militibus ſtipendij vice conceſſit, ex Hincmaro & Flodoardo. Hâc labe pleræque Eccleſiæ Galliarum, plures quàm octoginta per annos Epiſcopis propriis caruere nec Synodus indicta, vnde religio & diſciplina Eccleſiaſtica fere defecit in Gallia. Rem deplorat Bonifacius Moguntinus in Epiſt. ad Zachar. *P. Franci vt Seniores dicunt pluſquàm per tempus octoginta annorum ſynodum non fecerunt, nec Archiepiſcopum habuerunt, nec Eccleſiæ canonica iura alicubi fundabant: vel renouabant: modò autem maxima ex parte per ciuitates Epiſcopales ſedes traditæ ſunt laicis cupidis ad poſſidendum, vel adulteratis clericis ſcortatoribus & publicanis ſeculariter ad perfruendum.*

In præfat. vit. S. Remigij & epiſt. 6. cap. 19. Lib. 2. Rh. hiſt. c. 17.

Epiſt. 132.

Anno DCCXXIV. Carolus Martellus inſtaurato bello, transmiſſo Ligeri qui erat terminus Aquitaniæ Eudonem Aquitaniæ Ducem prœlio fudit & Aquitaniam armis latè vaſtauit. Annal. Pithei. Ado Viennenſ. Sigebert. Regino.

Ad ann. 724. ad ann. 725. 1. Chronic.

Per hæc tempora Cuchianus vnus ex optimatibus Aquitanis, cùm Eudoni Duci Aquitaniæ iuratam fidem præſtitiſſet ad ſepulchrum B. Auſtregiſili Bituricenſis Epiſcopi, & paulò pòſt irrita fide ad Carolum Martellum tranſiiſſet, Eudo oraturus venit ad Monaſterium B. Auſtregiſili, & eum quaſi fideiuſſorem compellauit, in periurij vindicem: nec impune fuit; paucis enim poſt diebus Cuchianus lethali morbo correptus morte ſuâ celeres periurij pœnas dedit. rem narrat auctor. vitæ B. Auſtregiſili apud Surium.

20. Maij.

Digitized by Google

Capvt VI.

Sarracenorum irruptio in Galliam Narbonenſem & Aquitaniam an Toloſa capta à Sarracenis, Sarraceni victi à Carolo Martello, iunctis copiis cum Eudone Duce inſigni prælio ad Turonum vrbem. Eudonis fama purgatur de obiectis ſcriptorum Francicorum, Gregorij II. Papæ teſtimonium de meritis Eudonis in Chriſtianam remp.

Anno dccxxv. Sarraceni iam vno prœlio vniuerſa Hiſpania potiti, de Galliarum imperio cogitare auſi, ſuperato Pyreneo ſaltu cum coniugibus & liberis migrantium modò, ad quadringenta virorum millia, in Galliam irruerunt; ac primum Septimaniam quæ adhuc Gothis parebat, vnde Gallia Gothica dicebatur, occuparunt, quaſi Gothicæ ſucceſſionis appendicem, Narbonam & alias Septimaniæ vrbes armis expugnarunt, & præſidia ſingulis impoſuere, hanc expeditionem Zemæ Duci tribuit Iſidor. Pacenſis, Rodericus Toletanus Alabor legato Zulemæ Regis Sarracenorum. Ann. 757. hiſt. Arab. c. 10. & 11.

Eodem bello Zema Dux Toloſam vrbem obſidione tentauit, ſed eam ab vltimo diſcrimine Eudo Dux Aquitaniæ feliciter armis eripuit teſtes ſunt Iſidor. Pacenſis. *Iam dictus Dux* (Zema) *Toloſam vſque prædando* Ann. 757.

Digitized by Google

peruenit, atque obſidione cingens, fundis, & diuerſis generum machinis expugnare conauit, ſicque Francorum gentes tali de nuntio certi, apud Ducem ipſius gentis Eudonem nomine congregantur, vbi dum apud Toloſam vtrique exercitus acies graui dimicatione confligunt Zamam Ducem exercitus Sarracenorum cum parte multitudinis congregata occidunt, reliquum exercitum per fugam elapſum ſequuntur, quorum Adiraman ſuſcepit principatum vno per menſe, donec ad principalia iuſſa veniret, Ambiza eorum rector, & Rodericus. Toletan. *Ipſe autem bellis plurimis Toloſam veniens obſidionis ambitu circuiuit, & cœpit eam variis machinis impugnare, gens autem Francorum cum Eudone exercitus ſui Duce in obſeſſorum auxilium ſuperuenit, cumque vterque exercitus cœpiſſet acriter dimicare, Franci Zamam Ducem Arabum cum parte multitudinis peremerunt, reliqui obſidione relicta ſe fugæ patrocinio commiſerunt & qui euaſerunt, Abderramen ſibi principem elegerunt, donec principalia iuſſa venirent.* Idem Zurita. His teſtibus ſatis cõuellitur fides vitæ MS. Theodardi Narbonenſis Epiſcopi ex qua Toloſam à Sarracenis captam fertur hoc argumento, quòd multis poſt annis nempe per tempora Caroli M. Iudæi huiuſce vrbis incolæ conqueſti ſint, ſe quot annis iniuria cædi publicè alapis, quaſi authores Sarracenicæ cladis vrbis, id enim pœnæ genus eos potius odio iudaici nominis, quam ob aliam cauſam paſſos probabile eſt, vt rectè coniectauit Gu. Catellus Senator Toloſanus in Commentariis rerum Occitaniæ.

Hiſt. Arab. cap. 11.

In indicib. Arrag. ad ann. 715.

Eadem expeditione Prouincia, & Burgundia Sarracenorum ferrum grauiſſimè experta eſt, Arelate capta, teſtes Ado Viennenſis, Lucas Tudenſis, & Rodericus

In chronic. Lib. 3. in fin.

Digitized by Google

Toletanus. Hiſpaniam, Prouinciam,& Burgundiam, hiſt. Arab. cap. 15.
hanc cladem à Sarracenis paſſas in pœnam luxuriæ
ſcribit Bonifacius Moguntinus in epiſt.ad Ethibaldum Epiſt. 19
Regem Anglorum: *ſicut aliis gentibus Hiſpaniæ,& prouinciæ, & Burgundionum populis contigit, quæ ſic à Deo recedentes fornicatæ ſunt, donec iudex omnipotens talium criminum vltrices pœnas per ignorantiam legis Dei, & per Sarracenos venire & ſæuire permiſit.* Vnde à Gratiano deſumptus eſt can. ſi gens Anglorum LVI. diſtinct.

Sarraceni hoc ſucceſſu elati Aquitaniam ferro & igni late vaſtarunt Duce Abderamen, Eudo Dux Aquitaniæ barbaros latius per Aquitaniam graſſari indignatus, obuius eis occurrit cum omnibus copiis ad Dordoniam amnem; ſed tam grauem in eo prœlio cladem paſſus eſt, vt cæſorum numerus haberi non Hiſt. Arab. Cap. 14.
poſſet, teſte Roderico Toletano. Hac clade reliqua Aquitania patuit Sarracenis, Burdegala, Petrocorij Santones, Pictauium, vrbes captæ, ſacræ ædes paſſim incenſæ, imprimis Baſilica S. Hilarij, quæ eſt Pictauis ſumma religione viſenda. Carolus Martellus princeps Francorum res Galliarum in vltimum diſcrimen deductas ſentiens, delectum habuit tota Gallia & coniunctis copiis cum Eudone bellum inſtruxit aduersùs communem Chriſtiani nominis hoſtem: de ſumma rerum pugnatum ad Turonum oppidum, non ante cruentiùs, & noſtris felicius prœlium auditum, in eo trecenta & ſeptuaginta quinque millia barbarorum, cæſa, è noſtris mille & quingenti deſiderati, vt conſtitit ex Epiſtola Eudonis Ducis ad Greg. II. de qua me- In vit. Greg. II.
minere Anaſtaſius Bibliothecarius, Regino Abbas, & Lib. 1. chron.

Lib. 5. c. 16. Otho Friſingenſis, Pauciori & minor quam pro tam ingenti victoria numerus. Inter cæſorum tumulos repertus Abdiramen, egregiam in eo bello nauauit operã Eudo cum ſuis, tamen eius famæ non pepercere Franci ſcriptores, ita vt Sarracenos ab eo euocatos aduersùs Carolum Martellum ſcripſerint. Annales Pi-
Ad ann. 725. thei. *Sarraceni ab Eudone in auxilium ſuum vocati cum Rege ſuo Abdirama Garonnam Burdigalenque perueniunt, cunctis locis vaſtatis, & Eccleſiis igne crematis baſilicam quoque Sancti Hilarij Pictauis incendunt.* Fredegarius in
Cap. 107. appendice Gregorij Turonenſis. *Eudo námque Dux cernens ſe ſuperatum, atque deriſum, gentem perfidam Sarracenorum ad auxilium contra Carolum principem, & gentem Francorum excitat, egreſsique cum Rege ſuo Adirama nomine Garumnam tranſeunt Burdegalenſem vrbem peruenerunt, Eccleſiis igne concrematis populis conſumptis, vſque Pictauos progreſſus eſt, vbi baſilica S. Hilarij igne cremata quod dici dolor eſt, ad domum beatiſſimi Martini euertendam deſtinant, Contra quos Carolus princeps audacter aciem inſtruit ſuper eoſque belligerator irruit, Chriſto auxiliante tentoria eorum ſubuertit, ad prælium ſtragem conterendam accurrit, interfectoque Rege eorum Abdirama proſtrauit exercitum proterens dimicauit atque*
Vid Marian. lib. 7. rerum Hiſp. c 3. *deuicit, ſicque victor de hoſtibus triumphauit.* Sed Franci ſcriptores aduersùs Eudonem iniquiores mihi videntur, quis enim tam ſupinum, & ſtultum credat Eudonem, vt barbaros in auxilium euocaret, Gothorum nupero caſu, ſatis edoctus, quid ab his ſperãdum eſſet, tum omnem ab Eudone malam ſuſpicionem remouent res ab eo geſtæ aduerſus Sarracenos, priuſquàm cum Carolo copias aduerſus eos coniunxiſſet, priùs

Digitized by Google

enim aduerſùs eos iterum vario marte certauit, primùm ad Toloſam, in quo victor extitit, ſecundò ad Dordoniam amnem in quo infeliciter res geſta eſt: nec quidquã grauius de eo ſuſpicari licet quòd Munizio SarracenorumDuci filiam in vxorem elocaſſet, has enim nuptias quæſierat, potius vt hoſtem à ſe auerteret, quàm vt eo vteretur, vt ſcribit Rodericus Toletanus. *Nuper etiam Eudo præpoſitus Gallicorum huic Munız filiam ſuam cauſa fœderis in coniugio copulauit, & ad ſuos libitus tradidit inclinandam, ob perſecutionem Arabum differendam.* Hiſt. Arab. cap. 13.

Denique, ne qua ſuſpicio hæreat, adeſt teſtimonium Anaſtaſij Bibliothecarij, qui ſummam rei geſtæ laudem tribuit Eudoni, & Gregorium II. Pontificem de victoria certiorem factum narrat per epiſtolam Eudonis, cuius fide ad nos peruenit numerus cæſorum in eo prælio; nec minimum iuuat quòd idem addit, Eudonem ita fuiſſe de Chriſtiana republica & Pontifice bene meritum, vt ante annum à bello Sarracenico Eudo tres ſpongias eulogiæ nomine accepiſſet à Gregorio II. harum vſus erat extergendæ menſæ pontificiæ, quæ die pugnæ ab Eudone in particulas conciſæ & militibus diſtributæ, ita profuere victoriæ, vt quotquot particulas ex his acceperint, victores, & incolumes, ne leui quidem vulnere accepto euaſerint. Ecce auctoris verba: *Eodem tempore nefanda Agarenorum gens, cùm iam Hiſpaniarum prouinciam per decem tenerent annos peruaſam, vndecimo anno Rhodanum conabantur fluuium tranſire, ad Francias occupandum, vbi Eudo praerat, qui facta Francorum generali monitione contra Sarracenos, eos circundantes interfecerunt, trecenta* In Greg. II.

enim ſeptuaginta quinque millia vno ſunt die interfecti, vt eiuſdem Eudonis Francorum Ducis miſſa Pontifici epiſtola continebat; mille tantùm quingentos ex Francis fuiſſe mortuos in eodem bello dixerunt, adiiciens quod anno præmiſſo in benedictionem à prædicto viro ei directis tribus ſpongiis quæ ad vſum menſæ pontificis apponuntur, in hora qua bellum committebatur, idem Eudo Aquitaniæ princeps populo ſuo per modicas partes tribuens ad ſumendum eis, nec vnus vulneratus eſt, nec mortuus ex his qui participati ſunt. Ante Sarracenorum irruptionem in Galliam Eudonem & Carolum diſcordes inter ſe, communi hoſte irruente, inuicem ſeſe conciliaſſe, & coniunctis viribus & animis cum eo pugnaſſe & Eudonem ipſum facto impetu in caſtra hoſtium non minimam victoriæ laudis partem tuliſſe, ſcribit Paulus Varnefridus, nec quicquam de Sarracenis euocatis memorat, vt videre eſt ex ipſius verbis, quæ hic addere non pigebit; *Eo tempore gens Sarracenorum in loco qui Septem dicitur ex Africa transfretantes vniuerſam Hiſpaniam inuaſerunt, deinde poſt decem annos cum vxoribus & paruulis venientes Aquitaniam Galliæ Prouinciam quaſi habitaturi ingreſſi ſunt. Carolus ſi quidem cum Eudone Aquitaniæ principe tunc diſcordiam habebat, qui tamen in vnum ſe coniungentes contra eoſdem Sarracenos pari conſilio dimicarunt, nam irruentes Franci ſuper eos trecenta ſeptuaginta quinque millia Sarracenorum interemerunt: ex Francorum verò parte mille & quingenti tantum ibi ceciderunt, Eudo quoque cum ſuis ſuper eorum caſtra irruens, pari modo multos interficiens omnia deuaſtauit.* Hoc prœlium geſtum eſt anno DCCXXVI. vt habent annales Francorum à Pitheo editi, Beda & alij recentiores id referunt in annum

Lib. 6. de geſt. Langobard. c. 46.

annum DCCXXIX. Sigebertus in annum DCCXXX. huius victoriæ mentio habetur in vita S. Eucherij Aurelianenſis Epiſcopi apud Surium.

Lib. 5. Hiſt. c. 24. Iacob. Meyer. In Chronic. ad ann. 729. Tom. 1. Febr. 20.

Carolus Martellus tanta victoria potitus arma conuertit in Burgundiam; Lugdunum, Maſſyliam, & Arelaten vrbes à Sarracenis recepit, & ſingulis præfectos & præſidia impoſuit. Aimoini Continuator.

Lib. 4. c. 56.

CAPVT IX.

Eudonis morte Aquitania occupatur à Carolo Martello. Vaiſarius Hunoldus Aznarius & alij vtriuſque ſexus Eudonis liberi. Remiſtagnus Eudonis frater Secunda Sarracenorum expeditio in Galliam, S. Pardulfus Lemouicenſis.

ANNO DCCXXVIII. diem functus eſt Eudo Dux Aquitaniæ, eius morte auditâ Carolus Martellus, priſtini fœderis cum Eudone initi parum memor, conſilio ſuorum Aquitaniam inſtructo milite occupauit, Burdigalam, Blauiam & alia Aquitaniæ munitiora oppida in poteſtatem redegit Aimoini continuator. *In illis autem diebus Eudo Dux mortuus eſt, hoc audiens præfatus Princeps Carolus, inito conſilio procerum ſuorum, denuò Ligerim fluuium tranſit, & vſque Garumnam & vrbem Burdegalenſem, & caſtrum Blauiam veniens occupauit, illámque regionem cepit, ac ſubiugauit,*

Lib. 4. c. 53. Idem Fredegar. in appendic. Gregor. Turon. cap. 108.

cum vrbibus, ac ſuburbanis caſtrorum, victórque cum pace remeauit. Eudone ſuo fato functo Carolum Martellum Aquitaniâ ſine armis potitum produnt annales
Ad ann. 728. Pithei. *Eudo Dux moritur, & Carolus Aquitaniæ prouinciam abſque bello recepit*, alij tamen rurſum de Aquitania pugnatum, & Carolum Martellum vitam Eudoni cum regno ademiſſe ſcribunt. Regino Abbas, *Anno* XX. *regni ſui iterum cum valida manu Vaſconiam ingreſſus eſt* (Carolus Martellus) *& Eudonem regno ſi-*
Ad ann. 732. *mul & vita priuauit.* Idem Sigebertus. *Carolus in Vaſconia cum Eudone pugnat eúmque principatu, & vita priuat.* Eudoni duos fuiſſe filios ſuperſtites Vaifarium, & Hunoldum certiſſimum eſt, Vaifarium, & Hunol-
Ad ann. 733. dum Eudonis filios agnoſcunt Franci ſcriptores, Sigebertus, & alij recentiores. Præter eos tertium Aſnarium nomine, Cantabriæ principem, filiam quoque Meninam ſeu Momeranam Froilæ Aſturum Regis coniugem ei adſcribit Stephanus Garibayus. His ad-
Lib. 51. c. 2. ar. 769. de filiam Eudonis quæ Munizio Sarraceno, præfecto Ceritaniæ infeliciter collocata, & viro morte ſublato captiua in Africam traducta, de qua Iſidorus Pacenſis,
Hiſt. Arab. c. 13. & Rodericus Toletanus, vterque nomen puellæ reticentes. Lampagiam quoque filiam Eudoni tribuunt geſta pontificum Antiſiodorēſium, quorum excerptum
Tom. 1. veter. Script. Franc. dedit Andr. Quercetanus, quæ Aimoni Cæſarauguſtæ Regi nupſiſſe dicitur in eiſdem geſtis. Inter filios Eudonis numeratur & Hatto, qui à Carolo Martello anno DCCXXXVI. bello captus & in vincula coniectus, deinde his ſolutus, tandem cum fratre Hunaldo oculis orbatus legitur in veteri Chronic. Monaſt. S. Nazarij à Frehero edito, & in fragmento paſſionis SS. Ber-

Digitized by Google

tharij & Athaleni quod à Quercetano vulgatum eſt. Eudoni frater fuit Remiſtagnus nomine, qui à Pipino bello captus anno DCCLXVI. ſuſpendio vitam finiit; tamen quæ eſt harum ætatum caligo, Vaifarium non Eudonis filium, ſed nepotem ex filio Hunoldo docent author paſſionis S S. Berntharij & Athaleni & Ado Vienneniſis. Notit. Vaſc. p 376. & ſeq.

Anno DCCXXX. Sarraceni collectis viribus iterum infenſis armis Galliam repetiere, & tranſmiſſo Rhodano Auenionem vrbem occuparunt dolo & inſidiis Mauronti Ducis. Anno DCCXXXI. Carolus Martellus partim ductu ſuo, partim Childebrandi fratris Auenionem diutina obſidione expugnauit, Inde anno DCCXXXII. Narbonenſem vrbem, quæ præſidio tenebatur ab Athimo Rege, ſic vocabant Sarraceni belli duces, & prouinciarum præfectos, obſidione vallauit: re accepta Sarraceni magnis copiis collectis aduolant Duce Amorio vrbis tuendæ gratiâ. His Carolus cum exercitu obuius occurrit, & prœlio ad internecionem deleuit ad Byrram amnem qui è valle Corbariæ fluit. Aimoini Continuator, Fredegarius, Annales Fuldenſes. Sarracenos duobus prœliis fudiſſe Carolum Martellum vno ad Pictauium, altero ad Birram fluuium iuxta Narbonam tradunt, Eginartus. *Nam pater eius Carolus qui tyrannos per totam Franciam dominatum ſibi vindicantes oppreſſit; & Sarracenos Galliam occupare tentantes duobus magnis prælii vno in Aquitania apud Pictauium ciuitatem, altero iuxta Narbonam apud Byrram fluuium ita deuicit, vt in Hiſpaniam eos redire compelleret.* & Adreualdus. *Præterea Sarracenos Galliam occupare tentantes, duobus magnis prælii vno in Aquitania*

Lib. 4. c. 57. In append. Gregor. Turon. c. 109.

In vit. Carol. M. init.

Lib. 1. de miracul. S. Bened. c. 14.

apud Pictauium ciuitatem, altero apud Narbonam iuxta Byrram fluuium ita deuicit, vt in Hiſpaniam eos redire compelleret. & eò referendus Ordericus Vitalis. *Tunc in Francia Carolus Tudites id eſt Martellus dominabatur, qui cum Eudone Duce contra Sarracenos in Aquitania pugnauit & eorum* CCCLXXV. *millia proſtrauit, itemque in Narbonenſi prouincia fortiter eos bello repulit & maxima cæde attriuit*: quod enim prœlium à Carolo Martello in Aquitania aduerſus Sarracenos geſtum memorat Ordericus vitalis, vix aliud eſſe poteſt quàm illud quod apud Pictauium, quod eſt Aquitaniæ oppidum commiſſum ſcribunt Eginartus & Adreualdus, tamen prœlium illud geſtum ad Turones probabilius eſt, ex Continuatore Aimoini, Fredegario, & aliis, qui res Francorum proſecuti ſunt, nec nimis alienum eſt id intelligi geſtum in Aquitania, quod tum Turones Aquitaniæ contributi eſſent, Aquitania pertinente vſque ad Ligerim fluuium.

Lib.5. hiſt. Eccleſiaſt.

Victis ad Byrram Sarracenis Narbona ſimul & aliæ Septimaniæ vrbes Nemauſus, Biterra, Agathe, in poteſtatem redactæ, ſed quia teneri vix poterant aduerſùs hoſtem obuium, muris diſcinctæ, & flammis vaſtatæ. Aimoini Continuator, Fredegarius, rem geſtam anno DCCXXXVI. habetur in annalib. Fuldenſib. anno DCCXXXVII. Sigeberto.

Lib.4.c.57. In append. Gregor. Tur. cap.109.

Hac tempeſtate vitæ ſanctitate, & miraculis in Aquitania claruit Pardulfus Lemouicenſis quem indigenæ vocitant *S. Perdoul.* Hic à Lauterio Lemouicenſi Comite euocatus, & Monaſterio Abbas impoſitus, quod apud locum qui dicebatur Varactas, Comes ædificauit in honorem S. Petri principis Apoſtolorum. Idem

Digitized by Google

Sarracenos Aquitaniam latè vaſtantes à monaſterio precibus fugauit, ex vita eius MS. eius memoria celebratur die III. Nouembris.

Capvt X.

Lanfredus Abbas S. Germani legatus miſſus in Aquitaniam. Galliæ diuiſio inter Carlomannum & Pipinum. Bellum Aquitanicum Lucas caſtrum captum; Secunda diuiſio regni inter Carlomannum & Pipinum facta in loco cui nomen vetus Pictauis, pax inita inter Pipinum & Hunoldum Aquitaniæ Ducem. Lanfredus quaſi explorator detentus dimiſſus.

ANNO DCCXLI. Aquitania bello ſoluta Lanfredus Abbas Sancti Germani Pariſiēſis à Carolo Martello legationis cauſa miſſus in Aquitaniam; Aimoini continuator. *Tunc* Lib. 5. c. 57. *memoratus princeps venerabilem Lanfredum Abbatem ſancti Germani legationis cauſa in Aquitaniam dirigit.* Lanfredum, dum de tranſlatione reliquiarum ſancti Germani cogitaret, inuitum & dolentem id officij ſuſcepiſſe à Principe refert Aimoinus ipſe, libr. de tranſlatione B. Germani apud Surium. Tom. 4. Iul. *Anno* XXIII. *quo Carolus Pipini ſenioris filius regni Francorum tenebat monarchiam, venerabilis vir Lanfredus præfati monaſterij pater,*

Digitized by Google

diuini ſpiritus incitamento ſuccenſus, qualiter tanto patrono condigna deberet augeri veneratio, vt videlicet eius ſanctiſſima membra intra maioris Eccleſiæ aulam transferri debuiſſent, tacitâ cœpit mente tractare, atque deuoto non deſtitit corde rimari, ſed quoniam piis ſemper conatibus impedimenta huius ſe mundi obiiciunt, eiuſdem negotij dilato tempore à ſupraſcripto principe legationis cauſa in Aquitaniam mittitur.

Sub id tempus Carolus Martellus inter Carlomannum & Pipinum liberos, adhuc ſuperſtes ipſe regna diuiſit, Carlomanno ceſſit Auſtraſia, quæ poſtea Alemanniæ nomen accepit, Pipino Burgundia Neuſtria & Prouincia: Aquitania & Occitania in diuiſionem non venere, quòd ea tempeſtate vtraque prouincia à Francorum ditione abſciſſa in Hunoldi & Vaifarij Aquitaniæ Ducum poteſtate eſſet. Vnde in vita D. Theodardi Vaifarius Vaſconiæ, Aquitaniæque Dux, idémque Toloſanæ vrbis præſes & Dominus inſcribitur.

Anno DCCXLI. Carolo Martello ſupremum diem functo Carlomannus & Pipinus rerum potiti Aquitaniam diutiùs à Regni finibus auulſam manere ægrè ferentes, totis viribus bellum inſtruxere in Hunoldum Aquitaniæ Ducem, Aquitaniam armis latè vaſtarunt, & capto caſtro, Lucas noſtris *Loches* aliam inter ſe regni diuiſionem fecére in loco cui nomen, vetus Pictauis. Aimoini Continuator. *Carlomannus itaque & Pipinus Francorum Regno potiti primo Aquitaniam recipere volentes contra Hunoldum ipſius Prouinciæ Ducem, cum exercitu eandem Aquitaniam ingrediuntur, & capto quodam caſtello quod Lucas vocatur, priuſquàm ex ea prouincia ſecederent, Regnum quod communiter habuerunt diui-*

Lib. 4. c. 59.

Digitized by Google

ſerunt inter ſe, in loco qui vocatur vetus Pictauis, Idem Ado Viennenſis, & Regino Abbas & Annales Francorum, Chunoaldum vocat Fredegarius, qui diligentiùs res Pipini perſecutus eſt.

Inde pace initâ cum Hunoldo Lanfredus Abbas inter conditiones pacis liber dimiſſus, domum reuerſum inſtaurationi Monaſterij per annos duodecim operam ſedulò dediſſe ſcribit Aim. de tranſlat. B. Germ. Pariſ. apud Surium. *Interea Carolus moritur, idem verò Abbas ab Hunoldo ipſius Aquitaniæ Patricio quaſi explorator tribus ſemis annis inuitus detinetur: ſed tandem ſubſtituto in Regno Pipino minore, firmataque inter regna pace Lantfredus abſoluitur, qui reuerſus annis ferè duodecim in reſtauratione Monaſterij quod eo abſente diſſipatum fuerat occupatur.* Tom. 4. Iul. 25.

Capvt XI.

Vaifarius Dux Aquitaniæ frater & ſucceſſor Hunoldi, Hunoldus alius ab Hugone Burdegalenſi, Res eccleſiaſticæ laicis traditæ à Carolo Martello, eiſdem precariæ nomine relictæ indicto cenſu annuo. Figiacenſe Monaſterium in finibus Cadurcorum à Pipino fundatur Grifo more Ducum XII. Comitatibus à Pipino donatus, Grifonis ſeceſsio ad Vaifarium Ducem Aquitaniæ. Iuſtitiæ id eſt res eccleſiarum per Pipinum à Vaifario vindicatæ. Theo-

Digitized by Google

doad. locus in Aquitania eius ſitus an idẽ qui Theoduadum. Bellum inter Pipinum, & Vaiſarium. Humbertus Comes Bituricenſis, Blandinus Comes Aruernorum. Bertellanus Bituricenſis Epiſcopus. Biturica à Pipino capta, & præſidio munita. Chilpingus Comes Aruernorum, Amanugus Comes Pictauienſis Vaïſarius Aquitaniæ vrbes quas tueri non poterat, muris diſcingit. Toloſa, Albia, Gaualdanum, ſeu Mimate & alia caſtra Aquitaniæ capta à Pipino.

HAVD diu poſt Carolum Martellum demortuo Hunoldo, Duci Aquitaniæ, ſucceſſit Vaifarius ipſius germanus: hunc Hunoldi filium perperam tradit Ado Viennenſis : pari hallucinatione Hunoldum nonnulli eundem eſſe credidere quem Hugonem Burdegalenſem, de quo iocularis legitur hiſtoria, vel fabella potiùs, quam noſtri *Roman* vocitant: ſed quàm aberrent facilè intelligere eſt : ſiquidem hic Hugo Burdegalenſis fuit filius Seguini Comitis Burdegalenſis, ſatis longo poſt tempore per Carolum M. conſtituti: at Hunoldum iſtum certo certius conſtat fuiſſe natum Eudonis Ducis Aquitaniæ. Sigebertus: *Carolus VVaifero, & Hunoldo filiis Eudonis dimicando victis Aquitaniam ſibi ſubiugauit.* Idémque alio loco : *VVaiferus filius Eudonis Dux Aquitaniæ.*

In Chronic.

Ad ann.733.

Ad ann.7,8.

Anno DCCXLIII. Concilio Liptinenſi vnà cùm Bonifacio

nifacio

Digitized by Google

nifacio Moguntino Epiſcopo, Apoſtolicæ ſedis legato, interfuit Pipinus, & res Eccleſiis à patre ablatas reſtitui curauit, quo ad per tempora licuit: verùm quia res in ſolidum reſtitui non ferebat ſumptus belli, quod incumbebat cum Vaifario Duce Aquitaniæ, res precariæ nomine vt poſſeſſoribus relinquerentur obtinuit, indicto cenſu annuo, quo ad res ad Eccleſiam redirent, vt proditum eſt in Capitulis Caroli & Ludouici apud Gratianum. Can quia iuxta 16. qu. 1.

Anno DCCXLIV. Figiacenſe Monaſterium in finibus Cadurcorum à Pipino Rege fundatum, & præſente Stephano Rom. Pontifice cœlitùs conſecratum, vt fertur ex tabulis fundationis: *Notum eſſe volumus cunctis Chriſtum colentibus præſentibus ſcilicet, & futuris, qualiter locum in conualle Lunantis olim à prædeceſſoribus noſtris in pago Caturcino conſtitutum & ab aquis irruentibus iam penè diſſipatum, nos proxima ſilua in eodem pago, habiliori loco cui Eiacum nomen impoſuimus mutantes monaſterium, vel cætera ædificia à fundamentis ædificauimus, quod præſente Domino Stephano Papa mirabiliter à Deo conſecratum proſpeximus, vbi Monachorum turmam ſub cultu religionis, diuina miſerante clementia, congregauimus, cui auctore Deo venerabilem virum Anaſtaſium Abbatem ordinauimus.* Harum fidem ſecuti Pipinum huiuſce Monaſterij conditorem agnoſcunt VVernerus. Et Bernard. Guidonis. Friacum Monaſterium dicitur Auctori vitæ Geraldi Comitis Aureliacenſ. *Non longè enim à Friaco Monaſterio vicus eſt in honore S. Georgij ſacratus cui ſcilicet presbyter quidam nomine Geraldus præerat.* Religionis ſtudio hocce monaſterium iam olim acceſſit Cluniacenſi cœnobio vt colligere licet ex epi- In Faſc. tēp. ad ann. 744. In chronic. Lib. 2. c. 28.

ſtola Petri Abbatis Cluniacenſis ad Ademarum Abba-
Lib. 6 ep. 1. tem Figiacenſem, quâ eum ad ſe euocat.

Anno DCCXLVIII. Grifo frater Carlomanni, & Pipini, cum priuatæ ſortis impatiens in Saxoniam ſeceſſiſſet, & inde Saxonum fide diffiſus in Baioariam penetraſſet; eámque armis occupaſſet, à Pipino bello deuictus, captúſque, Taſſilone in Ducatum reſtituto, nihilum tamen fraternum animum auocante recentis diſſidij memoria, à Pipino more Ducum duodecim Comitatibus donatus: ſed vt erat effero & præcipiti ingenio regiis beneficiis minimè emollitus eodem anno ad Vaifarium Aquitaniæ Ducem fuga ſe tranſtulit.
Lib. 4. c. 61. Auctores ſunt Aimoin. Anonym. ſcriptor Annal.
ad ann. 741. Francorum, Regino, Sigebert. Grifonem more Du-
ad ann. 748. cum duodecim Comitatibus adornatum vno ore fertur ab his ſcriptoribus, certè neſcio qua ratione; nullum enim huiuſce moris veſtigium alibi quod ſciam comparet, quin imò Duces præfici ſolitos duabus aut tribus vt plurimum, ad ſummum quatuor ciuitatibus, quæ ſingulæ ſuos Comites habebant notum eſt.
Lib. 8. hiſt. c. 18. Gregor. Turon. *Nicetius per commiſſionem Eulalij à Comitatu Aruerno ſubmotus, Ducatum à Rege expetiit, datis pro eo immenſis muneribus, & ſic in vrbe Aruerna Ruthena atque Vcetia Dux ordinatus eſt.* Idémque alio loco.
Lib. eod. c. 26. *Turonicis verò atque Pictauis Ennodius Dux datus eſt*, &
Lib. 9. c. 7. rurſus idem alio loco. *Ennodius cum Ducatum vrbium Turonicæ atque Pictauæ miniſtraret, adhuc & vici Iulienſis, atque Benarne vrbium principatum accepit.* Vnum inter Gothos Victorium Ducem eo nomine ſeptem ciui-
Lib. 2. c. 20. tatibus præfuiſſe obſeruat idem Gregorius. *Euricus autem Gothorum Rex Victorium Ducem ſuper ſeptem ciuitates præpoſuit.*

ANNO DCCLX. Vaiſarius Dux Aquitaniæ cùm iuſtitias Eccleſiarum minimè conſentiret; id eſt res Eccleſiarum ditionis Francicæ quæ in Aquitania ſitæ erant, per vim ablatas, & proprium in fiſcum redactas ſuis dominis non reſtitueret, vtcumque ſæpius hac de re à Pipino per legatos compellatus, Pipinus ea re valde commotus, aut ſi verum amamus honeſtam belli occaſionem quærens, in Aquitaniam proceſſit res Eccleſiarum ab hoſtis manu erepturus. Cum verò perueniſſet ad locum cui nomen Theodoad Vaiſarius belli caſus ſubtimeſcens pacem petiit per legatos Adelbertum & Dadinum, res Eccleſiarum ſeſe reſtituturum depactus. His conditionibus pax ſancita, datis obſidibus Adalgario & Iterio, vtroque è primoribus Aquitanicis. Hac de re Annales Francorum: *Tunc Pipinus Rex cernens VVaſſarium Ducem Aquitaniorum minime conſentire iuſtitias Eccleſiarum, partibus quæ erant in Francia, conſilium fecit cum Francis vt iter ageret ſupradictas iuſticias quærendo in Aquitania, & peruenit vſque in locum qui dicitur Theodoad: & cum hæc vidiſſet VVaſſarius miſit miſſos ſuos Adelbertum & Dadinum, & dedit obſides Adalgarium & Aiterium Regi Pipino, vt omnia redderet, & quicquid ſupradictus Rex quærebat in cauſis eccleſiaſticis.* Idem perſtringunt annales Fuldenſes: Nec vna belli cauſa fuit violata emunitas Eccleſiarum, alias & cauſas, has nimirum, Gothos nonnullos, id eſt Septimanos à Vaiſario præter legum ordinē occiſos, & Frācos perfugas nō redditos addit Fredegarius qui diligētius has res proſecutus eſt. Theodoad vt hoc obiter expendā, fuit caſtrum in Aquitania quod Adoni Viennēſi dicitur Todoat. Idē ni fallor quod Theoduadum, quæ

Ad ann. 760.

Ad ann. 759. & 760.

In Chronicis cap. 110.

erat fiſcalis villa, vna è quatuor quæ à Carolo Ludouico filio Regi Aquitaniæ hybernorum cauſâ diſpoſi-
Lib 5.c.3. tæ ſunt, de qua in vita Ludouici, & apud Continuatorem Aymoini. *Ordinauit* (Carolus) *qualiter in quatuor locis hyberna tranſigeret, vt tribus annis exactis quarto demum anno, hyematurum ſe quiſque eorum ſuſciperet locus. Theotuadum ſcilicet palatium, Caſſinogilum, Audiacum & Eurogilum*: id caſtri poſitum fuiſſe inter fines Biturigum & Aruernorum colligere licet ex eo, quòd idem Fredegarius ſubiungit ea expeditione Pipinum ſuperato Ligeri per pagum Bituricum in Aruernorum fines copias duxiſſe, paſſim regionem igni, ferróque vaſtando.

Anno DCCLXI. Vaifarius haud diu pactæ fidei memor, rurſus bellum comparat aduersùs Pipinum, Ducibus Humberto Comite Bituricenſi & Blandino Comite Aruernorum, qui paulò antè cum Bertellano Bituricenſi Epiſcopo, legationis causâ miſſus ad Pipinum Regis animum in ſe nimium prouocarat, & infeſtis copiis Auguſtodunēſem pagum quà patet Cabillonum vſque deuaſtat. Re acceptâ Pipinus inſtructis copiis ſuperato Ligeri Aquitaniam armis late diſtrinxit Burbone caſtrum obſidione occupauit, igníque cremauit, inde promotis copiis Aruernenſem pagum armis protriuit, Claromontis caſtrum cepit, vbi Blandinus Comes captus, vinctúſque in conſpectum Regis
Lib. 4. c. 65. deductus. Hæc narrant Aimoin. continuator, Regino
ad ann. 761. Fredegarius, & Sigebertus.
ad ann 759.

Anno DCCLXII. Pipinus Aquitanico bello totus incumbens Bituricas munitiſſimam vrbem, Aquitaniæ caput, obſidione vallauit, tandémque non ſine multa

cæde & ſtrage ſuorum expugnauit : captâ vrbe & præſidio impoſito, Vaiſarij homines incolumes dimiſit, Vmbertum Comitem Bituricenſem, & alios Vaſcones cum vxoribus & liberis in Franciam captiuos abduxit, Bituricæ vrbis muros machinarum bellicarum vi nimiùm labefactatos actutum inſtaurauit & tutelæ vrbis Comites ſuos impoſuit : inde promotis copiis Toarcis caſtrum obſidione cepit, & ſuccendit, munitionis præfectum, & alios quamplures Vaſcones captiuos deduxit, hiſque feliciter geſtis ouans domum reuerſus eſt. Hæc Fredegarius. Aimoini continuator. Ado Vienneſ. Sigibert. Lib. 4. c. 66. ad ann. [illegible]

Inde Vaiſarij partes dilabi cœpere, regiis in dies magis, magiſque inualeſcentibus. Vaiſarius nouis belli conſiliis Mancionem Comitem conſobrinum ſuum cum copiis Narbonam vſque ſubmiſit vt cuſtodias à Pipino impoſitas oppido à Sarracenis nuper recepto interciperet : hic Auſtraldum & Galemanium Comites infeliciter bello adorſus, in prœlio cecidit, & eius morte Vaſcones animis lapſi vix fugâ euaſerunt : nihilo feliciùs res geſta in Burgundia, Chilpingus Comes Aruernorum collectis copiis in pago Lugdunenſi, tentato bello in Burgundiæ finibus cum Adalardo Comite Cabillonenſi, & Auſtraldo Comite, in eo prœlio cæſus cum magna manu ſuorum : nec non per idem tempus Amanugus Comes Pictauienſis dum Turones infeſtis armis vaſtitaret ab hominibus VVlfardi Abbatis Monaſterij S. Martini occiſus cum maxima parte ſuorum, & qui ſuperfuere fuga ſalutem quæſierunt. Dum hæc agerentur Remiſtanus Vaiſarij auunculus, ad Pipinum tranſiit, iuratus ei fidem promiſit, & ab

Digitized by Google

eo multa dona accepit Fredegarius.

Anno DCCLXIII. conuentu Galliarum Niuernis habito, Pipinus collectis copiis Aquitaniam repetiit, & vniuerſam prouinciam, ferro, ignique depopulatus Cadurcum oppidum vſque acceſſit, & inde per Lemouices in Gallias regreſſus: exinde Vaifarius de belli euentu diffiſus vrbium Aquitaniæ, quæ in poteſtate erant, hæ fuere Argentomum Pictauis, Lemouica, Santonus, Petrocoria, Encoliſma, muros ſolo æquauit, Haud multo poſt his potitus Pipinus, eaſdem muris cinxit, & communiuit, ſingulis impoſitis Comitibus cum militari præſidio. Argentomum inprimis à fundamentis reædificauit & caſtrum cum parte Bituricenſis pagi Remiſtano aduerſus Vaifarium tuendum concredidit teſtes Fredegarius, & auctor annal. Francor.

ad ann. 766.

Anno DCCLXVII. Pipinus ſolemni apud Gentiliacum priùs habita Synodo ad ſopiendas controuerſias quæ inter Græcos & Romanos ſubortæ erant de S.S. Trinitate & Sanctorum imaginibus, Aquitaniam per Narbonam ingreſſus eſt, & Toloſam ſimul, & Albiam, ac Gaualdanum, id eſt, Mimate Gabalorum oppidum in deditionem accepit: eâ tempeſtate nimirum Toloſa & conterminæ Occitaniæ vrbes Aquitaniæ cooptabantur, quòd vſque in eum diem in Vaifarij Aquitaniæ Ducis poteſtate fuiſſent. Vnde in vita D. Theodardi Epiſcopi Narbonenſis Vaifarius Vaſconiæ & Aquitaniæ Dux, idémque Toloſanæ vrbis præſes cognominatur.

His geſtis Pipinus Viennam ſeceſſit, diem ſolemnem Paſchæ ibi tranſacturus. Eodem anno ſub menſem Au-

guſtum Pipinus bello indefeſſus Aquitaniam ingreſſus Biturigas Aquitaniæ caput acceſſit, vbi more Francorum in campo conuentum habuit: inde promotis copiis ad Garumnam amnem peruenit, in itinere quamplura caſtra, & ſpeluncas, quæ à Vaiſario munitæ erant, in Aquitania, vnde in hunc diem id genus ſpeluncæ vulgò vocitantur *Gaiſiez* in poteſtatem redegit, hæc potiſſimum capta fuere caſtra Scoralia in finibus Aruernorum, Torinna, in ſolo Lemouicino. Petrocia, in pago Rutenenſi. Inde Pipinus reuerſus eſt Biturigas. Aimoin. continuator. Auctor. annal. Francor. Lib. 4. c.67. Ad ann.767.

Capvt XII.

Exoldunum in Biturigibus captum à Pipino. Remiſtani leuitas, eiuſque fœda mors. Vmbertus Comes Bituricenſis. Santonus capta à Pipino, Vaiſarius Dux à ſuis deſtitutus ex inſidiis cæſus in pago Petrogorico, Vaiſarij ſpolia. Vaiſarius baſilica S. Saluatoris quæ hodie S. Martialis apud Lemouices fundator Vaiſarij Ducis ſepulchrum.

ANNO DCCLXVIII. repetitâ expeditione, ſuperato Ligeri, Pipinus Aquitaniam ingreſſus, totum eum tractum quâ patet in Lemouicum vſque fines ferro & igni vaſtauit, oppida quæ ad-

huc in Vaiſarij poteſtate erant cremauit, monaſteriis ipſis non pepercit, Hiſandonem oppidum vini copiâ celebre cepit & vaſtauit, teſte Fredegario, illud non aliud puto quam Exoldunum in Biturigibus, quod vini laude maximè commendat Guillelm. Brito.

Lib. 2. Philippid.

Per hæc tempora Vaiſarius Vaſconum qui vltra Garumnam habitant copiis inſtructus Pipino occurrit, conſerto prælio Vaſcones fuſi multa cum ſtrage, vix Vaiſarius cum paucis fugâ ſalutem petiit, & in eo prœlio cæſus Blandinus Comes Aruernorum, qui nuper à Pipino in Aruernis captus, iterum ad Vaiſarium redierat. Tum Vaiſarius bello ſe imparem ſentiens, Pipinum per legatos conuenit petens vt Bituriga & aliæ Aquitaniæ vrbes quas bello amiſerat ſibi redderentur, oblato annuo cenſu quem dudum Aquitani Francis præſtitare ſolebant, ſed legati dimiſſi repulſis conditionibus pacis. Eodem anno rurſus tranſito Ligeri Pipinus, Aquitaniam totam Aginnum vſque peruaſtauit, tot cladibus conſternati Aquitani & Vaſcones quamplurimi ad Pipinum venerunt, eiſque iuramento fidem obligarunt: vnde Aquitaniâ ferè vniuerſâ receptâ Pipinus per Petrocoriorum & Engoliſmenſium fines domum reuerſus eſt. Fredegar.

Anno DCCLXIX. Pipinus rurſum tranſito Ligeri Biturigas acceſſit, vbi Regiam ſibi ædificauit & conuentum Galliarum in campo Martio ex ſolenni ritu habuit, ibique relicta Bertrada coniuge, quo expeditior eſſet, in Vaiſarium proceſſit: ſed cùm hoſtis non appareret, vixque bellum gerere liceret, ob hyemis aſperitatem Biturigas ad Bertradam reuerſus eſt. Dum hæc agerentur Remiſtanus frater Eudonis, & patruus Vaiſarij,

Vaiſarij, qui vltrò in Pipini fidem venerat, & ab eo multis ditionibus donatus fuerat, rurſus deſultoriâ leuitate à Pipino ad Vaifarium rediit: hominis perfidiâ indignatus Pipinus Hermenaldum, Berengarium, Childeradum & Chunibertum ſiue Vmbertum Comitem Bituricenſem cum aliis Leudibus, id eſt fidiſſimis militibus miſit, vt Remiſtanus bello armiſque compeſceretur: Ipſe cum cæteris copiis in Vaifarium contendit de ſumma rerum certaturus, Remiſtanus à Comitibus Regiis captus cum vxore, & cum eadem in conſpectum Regis vinctus deductus, illa ſtatim iuſſu Regis Vmberto & Ghiſelario Comitibus Bituricæ ciuitatis, cuſtodiæ cauſâ tradita, Remiſtanus patibulo ſuſpenſus fœda morte infidelitatis pœnas luit. Fredegarius, Aimoini continuator, Regino, Sigebert. Eâdem expeditione à Pipino capta Santonum ciuitas, ibíque mater, & ſoror, neptíſque Vaifarij in conſpectum Regis deductæ, & honeſtè obſeruari iuſſæ. Idem continuat. Aimoin. Regino. Ado Vienneſ. Sigebert.

Lib. 4. c. 67. ad ann. 768. ad ann. 766.

Lib 4. c. 67. ad ann. 768. ad ann. 767.

His geſtis Pipinus ad Garumnam vſque cum copiis acceſſit, quò ſtatim Vaſcones, qui citra Garumnam ſedes habent, ad Pipinum venere & quò belli impetum amouerent à ſe, ſacramenta & obſides dedere, ſeſe à Pipini & liberorum fide non diſceſſuros. Fredegar. Vbi Pipinus Garumnæ littus attigit Eronticus, vel ſi mauis, Heriduicus cum vxore; ea erat altera Vaifarij ſoror ei occurrit, ſéque & vxorem in fidem tradidit in loco cui Montes nomen. Aimoin. continuat. Regino.

Lib. 4. c. 67. ad ann. 768.

Eodem anno Pipinus peractis ſolemnibus Paſchæ

in caſtro cui nomen Felz, rurſus vnà cum Bertrada Santones rediit, ibíque ipſâ relictâ perſequendo Vaifario totis viribus incubuit: id temporis Vaifarius à ſuis fere deſtitutus cum paucis per Syluam, cui nomen Edobola in pago Petrogorico huc illuc incertus vagabatur, inſidiis poſitis à Pipino tandem Vaifarius in pago Petragorico interfectus, Aquitanico bello morte ſuâ finem impoſuit; nec abfuit ſuſpicio, eum à ſuis tædio diutini belli, & ſpe ſibi conciliandæ Pipini gratiæ occiſum. Confecto ita bello Aquitanico Pipinus receſſit, nec diu victoriæ ſuperſtes, quæ rerum humanarum ſors eſt graui febre conſumptus extremum diem obiit, diuiſo inter liberos regno Francorum, Lib. 5. c. 67. Fredegar. Continuator. Aimoin. Regino, Ado Vienneneſ. Sigebert.

Vaifario ſublato, ne hoc omittam, Pipinus opima ſibi ſpolia de hoſte proſtrato ſuſtulit, armillas ſcilicet auro & gemmis pretioſiſſimis contextas, quas ille diebus ſolennibus, ornatus gratiâ geſtare ſolebat, quas vocant Vaifarij pyra, has victoriæ gratiam Deo repenſurus, vt par erat ædis Dionyſianæ principi aræ trophæi vice appendi iuſſit, vnde poſtea ad crucem auream tranſlatæ.

Vaifarius etſi tot bellis iactatus, pietatis laude non caruit: hic eſt qui baſilicam S. Saluatoris apud Lemouices, quæ poſtea mutato nomine S. Martialis titulum accepit, ſuo ſumptu extruxit: in ea viſitur ſculpta leænæ effigies ſuo pondere prementis geminos catulos, adiecto trino hoc verſiculo de Vaifario.

Papyr. Maſſon. in Pipino.

Alma leæna Duces ſæuos parit, atque coronat
Opprimit hanc natus Vaitſer male ſanus alumnam

Sed preſſus grauitate luit ſub pondere pœnas.

Leænæ ſchemate eſt quod intelligas Aquitaniam, quæ Vaiferum peperit & inſigni coronâ adornauit, ſed ab eo variè agitata, tandem eum ſuo caſu oppreſſit.

Vaifarij non inhonorum iacuit cadauer, eius ſepulchrum viſitur iuxta muros Burdegalæ, quod vulgò vocatur *tumba Caiphæ*, auctore Lurbeo rerum Burdegalenſium ſcriptore.

CAPVT XIII.

Hunoldus Dux Aquitaniæ. Aquitania ceſſit Carolo, Launus ex Cappellano Regio Engoliſmenſis Epiſcopus, Lupus Dux Vaſconum. Caſtrum Fronciacum ad Doroniam amnem ædificatur à Carolo. Hunoldi infelix exitus, Ludouicus natus Caſsinogili in pago Aginnenſi, idem à patre mox Rex Aquitaniæ deſignatus, Bellum à Carolo geſtum in Sarracenos, Francorum clades in faucibus Pyrenei inſidiis Vaſconum. Rolandi ſepultura apud Blauiam. Rolandi cantilena, militare celeuma.

IN ea diuiſione rerum quæ à Pipino inter liberos facta eſt, Carolo natu maiori ceſſit Auſtraſiæ Regnum, Carlomanno verò Regnum

Burgundiæ cum Prouincia, Gothia & Alemannia, quæ eſt ea pars Germaniæ quæ Rhenum attingit. Aquitania recens à Vaifario recepta inter liberos diuiſa, ſi fides Fredegario: *Aquitaniam quam ipſe Rex acquiſierat inter eos diuiſit*; tamen poſt mortem Pipini Carolum, & Carlomannum Francorum regnum inter ſe diuiſiſſe, & in ſortem Caroli cecidiſſe Aquitaniam, teſtis eſt Aimoini continuator. *Poſtquam hi duo fratres ſuccedentes regnum inter ſe partiti ſunt Aquitania prouincia, quæ in ſortem maioris natu Caroli Regis ceſſerat, remanentibus in ea, tranſacti belli reliquiis conquieſcere non potuit.* Huicque fidem aſtruit quod ſecuto ſtatim bello Aquitanico Carolus totum belli pondus in ſe ſuſcepit, tamquam de re ſua ſolicitus, Carlomanno in ſocietatem belli coire detrectante, nimirum Anno DCCLXIX. Carolo iam rerum potito cum Carlomanno, iterum noui tumultus in Aquitania ſurrexére, ac veluti è graui incendio interſopita flamma recruduit. Hunoldus Aquitaniæ regnum, ſeu principatum affectãs prouincialium animos ad res nouas moliendas concitauit, re acceptâ Carolus quia eius maximè intererat prouinciam quæ ei ſorte obuenerat tueri, collectis copiis in hoſtem profectus, ſuis viribus ſe credens, vt ſubdit idem continuator Aimoini, & Eginartus ipſe auctor vitæ Caroli M. Ac primùm Carolus Engoliſmam Aquitaniæ oppidum profectus, expeditionis Comitem aſſumpſit Launum eiuſdem ciuitatis antiſtitem, qui primum Pipini Regis Sacellarius, ſeu Capellanus fuerat, & poſtea ab eodem Engoliſmenſi Epiſcopatu donatus auctor Anonym. vitæ Caroli M. *Et Domnus Carolus benigniſſimus Rex iuit ad*

Digitized by Google

Engoliſmam ciuitatem & inde ſumpſit plures Françós, qui ciuitatem ei ipſam aſpiciebant, cum omnibus vtenſilibus & præparamentis eorum, ſimulque Launum Epiſcopum eiuſdem ciuitatis, qui fuerat Capellanus Domni Pipini Regis patris ſui, quem ipſe Rex Pipinus Epiſcopum fecerat de ipſa ciuitate. Inde arrepto itinere Carolus fugientem Hunoldum perſecutus, penè fuit vt ipſum caperet: ſed is locorum peritia euaſit, & ad Lupum Ducem Vaſconum ſe recepit; nempe per hæc tempora Vaſcones Francorum imperij pertæſi & diutinas Aquitaniæ turbas, idoneam rebus nouis tentandis occaſionem nacti vnum è ſuis Ducem ſibi elegére. Cùm verò Ducem Vaſconum audis, magis eſt vt intelligas de Vaſconibus qui proprias & auitas in Pyrenei iugis ſedes tenebant quàm de Vaſconibus qui mutato ſolo Nouēpopuloniam, quà patet à Pyrenei radice ad Garumnam vſque ſubſederunt: hi enim iiſdem temporibus in Hunoldi & Vaifarij Aquitanicorum Ducum poteſtate manſerunt, & ſub his contra Pipinum acerrimè meruerunt. Carolus miſſa legatione ad Lupum perfugam ſibi reddi imperauit, niſi obſequatur, Vaſconiam infeſtis armis ſeſe ingreſſurum interminatus, nec priùs receſſurum quàm eius proteruia coërceretur. Lupus ſibi conſulens Hunoldum, eiúſque vxorem ſine mora dedidit, ſéque & ſua eius poteſtati ſubmiſit. Eginartus & Anonymus auctor vitæ Caroli M. Aimoini continuator, Ado Viennenſis & Sigebertus. In vit. Carol. M. Lib. 4. c. 68. Lib. 5. c. 1. Ad ann. 769.

Interim dum hæc agerentur Carolus ne prorſus vacaret, caſtrum Fronciacum, vel vt alij legunt, Francicum ad Doroniæ amnis ripam à fundamentis extruxit, & ipſe communiuit; Legatis verò ad ſe re-

uerſis, & deducto cum vxore Lupo, Carolus Engoliſmam reuerſus eſt vbi poſtulante Launo ciuitatis Epiſcopo, Monaſterio S. Eparchij vniuerſa quæ eiuſdem cenſum implebant prædia præcepto firmauit. Idem Aimoin: continuator, & anonym. auctor vitæ Caroli M.

Lib.4.c.68.

Anno DCCLXXI. Hunoldus à Carolo dimiſſus Romam petiit ſimulans hic ſibi reliquum vitæ in otio exigere propoſitum eſſe: ſed haud diu poſt quietis impatiens inde ad Deſiderium Longobardorum Regem declinauit, belli cum Francis mox ſecuti fax funeſtiſſima, ibique non multò poſt, lapidibus obrutus infeliciter periit: Sigebertus & Nicol. Vignerius.

Ad ann.771. In chronic. Burg. ad ann. 771.

Anno DCCLXXVIII. Dies ſolennes Paſchæ apud Caſſinogilum, quæ erat villa regia in pago Aginnenſi, exegit Carolus, quo in loco eodem anno ei natus eſt Ludouicus filius, ex Hildegarde Regina, idémque adhuc in cunis vagiẽs Rex Aquitaniæ, à patre deſignatus. Aimoin. cõtinuator. *Ludouicum vocitari patri placuit eique regnum quod ſibi naſcendo dicauerat contradidit.* Ita vt non immerito ei congruat dictum Commodi de ſe ipſo apud Herodianum ὁμοῦ δέ με εἶδεν ἥλιος ἄνθρωπον, καὶ βασιλέα: idem ſol qui me hominem vidit & regem.

Lib.4.c.71. & lib.5.c.1.

Lib.1.

Inde Carolus cõtractis quàm maximis valuit copiis, ſuperato Pyrenei ſaltu Hiſpaniam ingreſſus primùm Pampilonam Nauarrorum oppidum, tum Cæſarauguſtam à Sarracenis deditione recepit, Pampilonæ cùm eam tueri non poſſet muros ſolo æquauit: his geſtis victor rediens per Pyrenei ſaltum Vaſconum perfidiam expertus: Vaſcones enim collocatis op-

Digitized by Google

portunis locis inſidiis, cùm regiæ copiæ ſoluto agmine per anguſtias montium & opaca ſyluarum iter agerent, ex improuiſo ſub occaſum ſolis extremum agmen adorti Francos iniquitate locorum & genere pugnæ impares, memorabili, & valde decantato prœlio fudere: in eo certamine cecidere fortiſſimi Francorum Duces Eghartus Regiæ menſæ præpoſitus, Anſelmus Comes Palatij, Rolandus Britannici limitis præfectus; hoc vulnere nimiùm fœdata rerum in Hiſpania feliciter geſtarum gloria, ac eo altiùs ſauciatus Caroli animus, quòd elapſo hoſte in montium iuga vltionis ſolatium ei præreptum eſt. Rem narrant Eginartus, Aimoini continuator. Cæſorum corpora Carolus quo par erat ſtudio efferri iuſſit, quorum pars Burdegalæ ſepulti, Rolandus Blauiam ſepulturæ cauſâ deportatus, & ibi in Baſilica S. Romani ſepultus: eius in memoriam Carolus Blauienſi Eccleſiæ ipſum Blauiæ oppidum & totum eum tractum cum ora maris obiacentis in alodium dedit, ſi qua fides hiſtoriæ Turpini, quam multis fabulis conſperſam negari non poteſt. Nec ferendum quòd Carolus Eccleſiæ Blauienſis conditor ponitur, multis enim ante Carolum annis hanc Eccleſiam extitiſſe & Aribertum vnum è Clotharij ſenioris liberis in ea ſepultum teſtis Aimoinus. Rolandus inter heroës Francicos rebus geſtis clariſſimus, ipſo caſu illuſtrior multis fabulis & carminibus celebratus, cantilenâ de eo editâ militaris celeumatis vice vſi ſunt Franci in acie, quò militum animos ad pugnam accenderent: etiam ipſe Villielmus Normannus in eo prælio quo de ſumma rerum Angliæ certatum aduerſùs Haroldum Regem

In vit. Carol. M. Lib. 4. c. 72. & lib. 5. c. 1.

Lib 3. c. 1.

Digitized by Google

Lib 3. c. 11. Bedæ continuator. *Tunc cantilena Rolandi inchoata, vt martium viri exemplum pugnaturos accenderet, inclamatóque Dei auxilio prælium conſertum.* De quo & Mathæus Paris in Haroldo. De huiuſce cladis epocha cum noſtris, neque inter ſe, conueniunt Hiſpanici ſcriptores: ad annum DCCCCVIII. eam refert Hieron. Zurita, ad annum verò DCCCXII. eandem reiicit Roderic. Toletanus. Sed magis eſt vt noſtris credamus qui vno concentu vnicam Caroli in Hiſpaniam profectionem in hoc anno collocant, & res à Ludouico Aquitaniæ Rege his annis feliciter in Hiſpania geſtas prædicant, quibus hæc clades accepta memoratur.

ad an. 1066.

In indicib. rer. Arragon.

Lib. 4. c. 10.

CAPVT XIV.

Pipini, & Ludouici coronatio, Ludouici expeditio in Sarracenos, Comites & Abbates à Carolo per Aquitaniam diſpoſiti, Toloſa cum Septimania contributa regno Aquitaniæ. Hunoldus Baiulus Ludouici, Baiulus quid ſonat, Carolus Ludouicum *ad ſe reuocat ab Aquitania, Veſtis Vaſconica. Chorſo Dux Toloſanus, quam ob cauſam depoſitus, ei ſuccedit VVillelmus.*

ANNO DCCLXXXI. Carolus Romam profectus vnâ cum liberis Pipino & Ludouico, qui ab Adriano Pontifice in reges inaugurati, & coronati, hic

hic in Regem Aquitanorum ille in Regem Longobardorum. Aimoin. continuator. Lib. 4. c. 73. & lib. 5. c. 1.

DCCCVI. Ludouicus paternæ virtutis non expers quo regni auſpicia militari hyrocinio commendaret, & Sarracenos Hiſpaniæ ſubſeſſores Aquitaniæ infeſtos compeſceret, habito delectu expeditionem in Hiſpaniam inſtituit, Oſcam oppidum obſidione expugnauit, inde redux ad patrem in Saxoniam profectus, à quo dimiſſus rediit in Aquitaniam. Aimon. continuator. Lib. 4. c. 87.

Per id tempus Nauarri & Pampilonenſes qui ante aliquot annos ad Sarracenos defecerant, in fidem redierunt. Idem Aimoin. continuator. Carolus vero Lib. 4. c. 94. Rex ſapientiſſimus planè perſpectum habens, Regnum non ſecus ac corpus variis laborare incommodis, niſi prudentum conſilio, veluti medicorum arte foueatur: quo res tutiores eſſent Ludouico filio Epiſcopos Aquitaniæ quibus modis potuit, ei conciliauit, Comites Abbatéſque, & alios quamplures quos Vaſſos vulgò vocant per Aquitaniam diſpoſuit, eiſque per ſingulas regiones regni curam demandauit, & fiſcalium villarum procurationem, nec non aduerſus Sarracenorum incurſus Hiſpaniæ marchæ ſeu limiti cuſtodes præfecit, collocatis opportunis quibuſque locis præſidiis militum: nempe Biturigibus dedit Humbertum Comitem, ac eo paulò poſt amoto Sturminium: Pictauis Abbonem. Petrocoriis Vidbodum, Aruernis Itherium, Vallagiæ ſeu Vellaunis Bullum, Toloſanis Chorſonem, Burdegalenſibus Siguinum, Albigenſibus Aimonem, qui ſatis notus eſt heroica prole: Lemouicibus Rogerium. Aimoini continuator, & auctor Lib. 5. c. 2.

Digitized by Google

vitæ Ludouici P. *Sciens porrò Rex ſapientiſſimus atque perſpicaciſſimus Carolus Regnum eſſe veluti corpus quoddam & nunc iſto, nunc illo incommodo iactari, niſi conſilio & fortitudine, velut quibuſdam medicis ſanitas accepta tutetur, Epiſcopos quidem modo quo decuit ſibi deuinxit; ordinauit autem per totam Aquitaniam Comites Abbateſque, nec non alios plurimos quos Vaſſos vulgò vocant ex gente Francorum, quorum prudentiæ & fortitudini nulla calliditate nulla vi obuiare fuerit tutum, eiſque commiſit curam Regni, pro vt vtile iudicauit finium tutamen, villarumque Regiarum ruralem prouiſionem, & Bituricæ ciuitati primò Humbertum, paulò poſt Sturminium præfecit Comitem, porrò Pictauis Abbonem, Petragoricis autem VVidbodum, ſed & Aruernis Itherium, nec non Vallagiæ Bullum, ſed & Toloſæ Chorſonem, Burdegalis Siguinum, Albigenſibus verò Haimonem, porrò Lemouicibus Hrotgarium.* Et auctor vitæ S. Genulfi. *Inde verò rediens* (Carolus) *ad Galliæ ſuæ cuſtodiam vrbibus Aquitaniæ Comites præfecit, & per alia Hiſpaniæ vicina loca aduersùs Sarracenorum incurſus præſidia diſpoſuit militaria, tunc ergo Lemouicæ vrbi Rotherium Comitem conſtituit qui cœnobij Caroffenſis fundator extitit*, &c. Hic obſeruanda ſunt tria: primum Aquitaniæ Regno præter Aquitanicas prouincias contributam Toloſam cum vniuerſa Occitania, ex quo factum eſt, vt in ordinatione Comitum & præfectorum Aquitaniæ, Chorſo Toloſanis præponeretur. Hinc quoque Narbonam, & Toloſam ad hæc tempora ſe referens in Aquitania locat Aimoinus. *Plus tamen hoc tempore determinatio Oroſij ſuperius à nobis declarata tenetur, ſecundum quam traditionem, in Aquitania continentur vrbes egregiæ Narbona*

Lib. 2. c. 5.

Lib. 1. c. 5.

Arunnias (Aruernis) *qua nũc Clarus mõs vocatur, Cadurx, Toloſa, Gaualis, Rotenus, Lemouis, Petrogorica, Pictauis, Burdegalis, Sanctona, & Engoliſma.* Et Ludouicus Rex Aquitaniæ ſæpiùs Toloſæ, vel aliis locis Septimaniæ, concilium ordinum regni celebraſſe memoratur, & ex eo quoque ſecutum, vt Epiſcopus Bituricenſis quaſi primas ſeu Patriarcha Aquitaniæ ius Patriarchatus ſibi aſſereret in Epiſcopum Narbonenſem, vt liquet ex Epiſtola Nicolai I. ad Rodulfum Bituricenſem Archiepiſcopum apud Gratianum. Secundum Abbates quos in Aquitania ordinauit Carolus accipi pro militibus quibus princeps Abbatias ſeu monaſteria in beneficium dedit, quos Abbicomites vocat Gerbertus in Epiſt. ad Geraldum Abbatem Aureliacenſem. *Qui ſtatus regnorum penès vos ſcit ſcire cupit, Hadalbero Remenſis Archiepiſcopus, & an Hugo quem veſtra lingua Abbicomitem dicitis, vxorem duxerit.* Id genus Abbatũ in hunc diem ſupereſſe audio, nobiles quoſdã in Pyreneo ſaltu. Tertium hos Comites quos ordinauit Carolus non fuiſſe perpetuos, ſed temporarios, exemplo eſt Humbertus Comes Bituricenſis, qui paulò poſt Sturminium ſucceſſorem accepit: exemplo eſt ibidem Iterius Comes Aruernorum, cui ſuffectus Bertmundus: de vtroque Adreualdus Floriacenſis: *Quibuſdam ſeruorum ſuorum fiſci debito ſubleuatis curam tradidit Regni, atque imprimis Rahonem Aurelianenſibus Comitem præfecit, Biturigenſibus Sturminium, Aruernis Bertmundum aliiſque vt ei viſum eſt locis alios præpoſuit.*

Can. conqueſtus. 9. qu. 5.

Epiſt. 17.

Lib. 1. de mirac. s. Bened. cap. 18.

Peractis quæ Romæ agenda viſa ſunt Carolus, cum filiis & vniuerſis copiis reditum accinxit in Galliam & Ludouicum in Aquitania imperaturum à ſe dimiſit.

Digitized by Google

præpoſito illi Arnoldo Baiulo, & aliis miniſtris in ſingula officia, vt par erat diſpoſitis; hic puerili Aurelianum vſque euectione vſus, hinc mutatâ veſte equo inuectus in Aquitaniam omnium votis acceptus peruenit. Idem continuator Aimoini & auctor vitæ Ludouici Pij. Baiulus dicitur hoc loco nutricius regij pueri, ab officio quod puerum quaſi in vlnis baiularet. Eodem ſenſu Hermarium Baiulum Ariberti nuncupat Aimoinus. *Inter primores Franciæ qui conuenerant quidam Hermarius gubernator palatij Ariberti filij Regis, ſimulque Baiulus à pueritia Agniano ſuper ſe irruente perimitur:* & monitores regios baiulos appellat Lupus Ferrarienſis, Epiſtol. ad Carolum. *Non admittentur ergo à nobis monitores quos baiulos vulgus appellat, ne gloriam veſtram inter ſe ipſi partiantur, & meliorem amorem alienent à vobis.*

Lib. 5 c. 1.

Lib. 4. 15.

Epiſt. 64.

Ludouicus ſtatis in Aquitania ſedibus, cum per aliquot annos iam à patre abeſſet, cauens Carolus ne Aquitani ob ætatē principis inſoleſcerent, aut ille peregrinos mores contraheret, quos ſemel hauſtos vix dediſceret, ad ſe eum reuocauit, conſtitutis Marchionibus ſeu præfectis limitum, qui fines regni tuerentur, aduersùs hoſtium incurſus, ſi qui fortè ingruerent. Ludouicus patris mandato parens cum lecta ephebórum manu, Vaſconica veſte adornatus, amiculo ſcilicet rotundo, laxioribus manicis, ſubuculæ ſeu camiſiæ adſutis, cruralibus ſolutis, calcaribus caligis inſertis, miſſile ſeu iaculum dextra præfèrens, cuncta ſic ordinante patre. Continuator Aimoini & auctor vitæ Ludouici Pij.

Lib. 5. c. 1.

Anno DCCLXXXVII. Chorſo Dux Toloſanus,

Adelrici Vaſconis dolo captus interpoſito iuramento coactus, ei fidem & obſequium promiſit: hanc ob rem Ludouicus conſilio procerum inuſtam regiæ dignitati labem vlturus, generalem optimatum conuentum indixit in Septimaniæ loco, cui nomen fuit mors Gothorum, huc ſolenni edicto vocatus Vaſco, vt imminutæ dignitatis pœnas daret, criminis conſcientia motus, iudicio defuit, donec obſidibus hinc inde datis, horum periculo ſecurus in concilio ſtetit, à quo non modò indemnatus, ſed & muneribus donatus receſſit. Continuator Aimoin. auctor vitæ Ludouici Pij. Lib. 5. c. 2.

Anno DCCLXXXVIII. Appetente æſtate Ludouicus iuſſu parentis VVormatiam venit, quo ſtante apud patrem, iterum Chorſo apud Carolum in ius vocatus de fide præſtita Adelrico, cum ea de re ſe purgare nequiret, iudicio regio proſcriptus, & perpetuum in exilium deportatus; Chorſo verò perpeſſi obprobri notam Toloſano Ducatu amotus, & in eius locum ſuffectus VVillelmus. Adelrici proſcriptione nimiùm commoti Vaſcones vt ingenio leues ſunt, facilè res nouas moliti ſunt, ſed VVillelmi prudentiâ & fortitudine quamprimùm in ordinem redacti ſunt. Continuator Aimoini, & auctor vitæ Ludouic. Pij. Lib. 5. c. 3.

CAPVT XV.

Villæ fiſcales hybernis regiis in Aquitania diſpoſitæ, annona militaris quam foderum vocant remiſſa, vectigal vini remiſſum Albigenſibus. Saluius Epiſcopus Engoliſmenſis eius martyrium. Burgundio Fidentiacenſis Comes, ei ſuccedit Liuitardus. VVillelmi res geſtæ aduerſus Sarracenos, hic fuit fundator Gellonenſis Monaſterij, idémque profeſſus, an fuerit Dux Aquitaniæ.

ANNO DCCXC. Ludouicus generalem Toloſæ conuentum habuit ex more ſolenni, quo Abutaurus Sarracenorum Dux qui Hiſpanicum limitem Aquitaniæ obiacentem tenebat, legatos ad eum miſit, pacis depoſcendæ causâ, pretioſiſſimis non ſine muneribus, his acceptis legati dimiſſi. Lib. 5. c. 3. Continuator Aimoini, Vita Ludouic. Pij.

Anno DCCXCI. Ludouicus patri in Germaniam occurrit & exacta hyeme apud eum iuſſu patris in Aquitaniam rediit, & habito magno delectu quantò ocyùs potuit per montes Ciniſios in Italiam tranſiit vt laboranti Pipino germano ſuppetias ferret, quo cum coniunctis copiis, ambo Beneuentanam prouinciam infeſtis armis ingreſſi, rebus feliciter geſtis ſimul ad patrem rediere. Lib. 5. c. 3. Continuat. Aimoini, vita Ludou. Pij.

DCCXCV. Carolus cùm Ludouicum filium cogitantem in Aquitaniam à ſe dimitteret, ab eo quæſiuit, quæ cauſa eſſet vt tot rerum dominus ita re familiari laboraret, vt vix haberet vnde benedictionem ſibi offérret, de ſuo; ac vbi à filio audiit, hoc prauâ Rationalium adminiſtratione contingere, qui res fiſci in priuatos vſus conuerterent, ita vt ipſe dominus eſſet nomine tenus, & ſine re; vt ætati, rebúſque filij conſuleret, legatos miſit VVillebertum, poſtea Rotomagenſem Epiſcopum & Richardum Comitem, villarum ſuarum procuratorem, præcipiens vt villæ quæ erant fiſci, regio redderentur obſequio, quod vtique factum eſt. Hac monitione Ludouicus cautior factus quatuor villas regias, nimirum Theotuadum ſiue Theodoadum, Caſſinogilum, Audiacum, & Eurogilum diſpoſuit per Aquitaniam quarum in vnaquaque, redeunte quarto quoque anno hybernam ſtationem collocaret: hæ villæ omnibus copiis ita inſtructæ fuere, vt annonam ſuo tempore regiis vſibus largiter exhiberent. Continuator Aimoini, & auctor vitæ Ludouic. P. *Ordinauit qualiter in quatuor locis hyberna tranſigeret, vt tribus annis exactis, quarto demum anno, hyematurum ſe quiſque eorum ſuſciperet locus, Theotuadum ſcilicet palatium, Caſſinogilum, Andiacum, & Eurogilum, quæ loca quando quartum redibatur ad annum ſufficientem regio ſeruitio exhibebant impenſam.* Theotuadum, ſeu Theodoadum villam in finibus Biturigum & Aruernorum ſitam fuiſſe, iam à nobis obſeruatum eſt: de Caſſinogilo conſtat eſſe in pago Aginnenſi, quod nomen hodie retinet. Andiacum in pago Lemouicenſi ponit Maſſonius, illud idem

Digitized by Google

In deſcript. Gal.per flumina. coniectans affinitate nominis quod Auſiacum, de quo in vita B. Martialis: *Perrexit primum ad quendam vicum vocabulo Auſiacum in quo erat idolum Iouis ſtatutum.* Eurogilum vbi nam eſſet mihi ignotum eſt.

His ritè ordinatis Ludouicus annonam militarem quam foderum, ſeu fodrum vocant deinceps exigi vetuit, & licet id milites ægrè ferrent, de fiſco eis annonam præberi maluit: onus importabile ſentiens tum propter plebis inopiam, cum propter exigentium acerbitatem. Idem Albigenſes pergraui tributo vini & annonæ quod præſtare ſolebant, relaxauit: id temporis Ludouicus apud ſe habuit Meginarium virum ſapientem & ſtrenuum miſſum à patre, cuius conſilio iſta omnia diſponebantur. His auditis de filio pater ita gauiſus eſt, vt hoc exemplo annona militari Francos abſolueret, & alia multa emendaret rectiſſimæ filij adminiſtrationi gratulatus. Lib. 5. c. 3. Continuator Aimoini, & auctor vitæ Ludou. P.

Anno DCCXCVI. Toloſæ generale concilium coëgit Ludouicus, vbi Aldefonſi Galleciæ Reguli cum donis miſſos amicitiæ nectendæ causâ beneuole ſuſcepit: nec non legatos Bahaluc Sarracenorum Ducis, qui Hiſpanicum ſolum Aquitaniæ conterminum tenebat, pacem poſcentes æquè cum muneribus. Eodem tempore, & Ludouicus ſuorum conſilio vxorem duxit Hermingardam puellam clariſſimis ortam natalibus, Nigranni ſeu Ingramni Comitis filiam: idem & firmiſſima præſidia diſpoſuit circa Aquitaniæ fines, quâ ſpectant Hiſpaniam & Borello Comiti tuenda Lib. 5. c. 4. commiſit. Continuator Aimoini & auctor vitæ Ludouic.

Anno DCCCI.

Digitized by Google

Anno DCCCI. Saluius Epiſcopus Engoliſmenſis prædicationis euangelicæ causâ in Belgicam veniens apud Valentianas fiſcum à Vinigardo filio Gerardi procuratoris ipſius fiſci ſecuri percuſſus martyrium paſſus. Cuius corpus à Carolo diuinitus tertiùm admonito inuentum & honorifice ſepultum, martyrii dies colitur XXVI. Iunij. Vſuard. Sigebertus, Molanus. In martyrol. 26. Iun. ad ann. 801. In indic. SS. Belg.

Ann. DCCCII. Carolus Romæ Imper. inauguratus à Summo Pontifice. Interim Ludouicus Toloſam abiit, inde in Hiſpaniam tranſiit, Barcinonam propinquanti Addo, ſiue Zaddo Dux ciuitatis iámque ſubiectus occurrit, nec tamen ciuitatem dedidit: quâ omiſſa Ludouicus Ilerdam expugnauit, ſolóque æquauit, inde Oſcam vſque proceſſit, cuius agrum, & ſegetis quicquid erat diripuit ignique conſumpſit: quibus peractis imminente iam hyeme domum rediit. Continuator Aimoin. vita Ludou. P. Lib. 5. c. 4.

Eodem anno, finito tandem nimis diutino, ac cruento Saxonico bello, Ludouicus à patre dimiſſus in Aquitaniam rediit: tum Carolus opportunam tempeſtatem nactus, vt pote externis bellis vacans, internis rebus componendis operam dare cœpit, & oram maritimam luſtrauit. Quo comperto Ludouicus miſſo Hademaro legato petiit à patre, vt in Aquitaniam deſcenderet, & Caſſinogilum conueniret: filij voto etſi grato animo accepto, pater non annuit, & filium Turonis ſibi occurrere iuſſit, quò veniens Ludouicus ſumma cum gratulatione à patre ſuſceptus, eum Vernum vſque proſecutus, inde in Aquitaniam regreſſus eſt Continuat. Aimoin. auctor vitæ Ludou. Pij. Lib. 5. c. 4.

Anno DCCCIII. Addo, ſiue Zaddo Dux Barcino-

Digitized by Google

nenſis dolo à quodam ſuaſus , vt Narbonam vſque procederet , captus , & Ludouico traditus, inde ad Carolum perductus: Eodem anno generalem conuentum Toloſæ habuit Ludouicus de Regni rebus conſultaturus, in eo quia Burgundione Fidentiacenſi Comite (*c'eſt Fezenſac*) demortuo, in eius locum ſuffectus Liuitardus, quem Vaſcones adeo grauiter tulére, vt eius homines, alios ferro, alios igni extinguerent, Vaſcones vocati , vt facti rationem redderent ; cùm poſt multas moras in ius veniſſent, debitas facinoris pœnas dederunt, ita vt talionis lege alij igni tollerentur, alij alio genere pœnæ. Eodem anno Barcino vrbs per Ludouicum obſidione capta, qua in expeditione præſto fuere VVillelmus primus Signifer, & Hademarus olim legatione functus apud Carolum. Continuator Aimoini, & Auctor vitæ Ludouici Pij. Quis nam fuerit iſte VVillelmus Signifer nihil certi auſim affirmare.

Lib. 5. c. 5.

Eadem tempeſtate claruit VVillelmus quem Ducem Aquitaniæ appellat auctor eius vitæ MS. & ex eo Ordericus Vitalis, & Petrus Equilinus. Hic Sarracenorum reliquias Septimaniâ armis depulit, Arauſionem & Nemauſum vrbes ab his recepit. Eundem cum Sarracenis ad Narbonam pugnaſſe, & cæſo rege ingentem de his victoriam reportaſſe ſcribit Hepidannus apud Goldaſtum, vulgò cognominatus naribus curtus, quòd in ſingulari quodam certamine nares ei præciſæ ſint ; de eo circumfertur fabuloſum carmen cuius meminit Ordericus. *Vulgò canitur à Ioculatoribus de illo cantilena, ſed iure præferenda eſt relatio authentica, quæ à religioſis doctoribus ſolerter eſt edita.* &c. Idem

Lib. 6. hiſt. Lib. 5. c 91.

Ad ann. 791. Tom. 1. rer. Alemann.

Marchio Narbonæ,& Comes ſtabuli dicitur in veteri Chronico vernaculo Normanorum : hic Gellonenſe Monaſterium in territorio Luteuenſi fundauit, & B. Benedicti monachos impoſuit ac demum A. DCCCVI. aulæ & militiæ pertæſus,depoſitâ comâ ad Briuatenſem baſilicam Iuliani martyris, monachum profeſſus in monaſterio Gellonenſi, cuius ipſe fundator fuit, ibi vitæ ſanctitate, & miraculis ita præſtitit,vt Diuorum numero colatur, eius conuerſionis mentio fit in vita Benedicti Abbatis Ananienſis : *Guillelmus quoque Comes qui in aula Imperatoris præ cunctis erat clarior tanto dilectionis affectu Beato Benedicto deinceps adhæſit, vt ſeculi dignitatibus deſpectis, hunc Ducem viæ ſalutaris eligeret, qua pertingere poſſet ad Chriſtum, acceptáque tandem conuertendi licentiâ, magnis cum muneribus auri argentique, ac precioſarum veſtium ſpeciebus ſubſequitur venerabilem virum, nec moram in deponendo comam fieri paſſus eſt, quin potius die Natalis Apoſtolorum Petri & Pauli auro textis depoſitis veſtibus Chriſticolarum induit habitum, ſeſeque cœlicolarum adſciſci numero congaudet : Vallis verò à Beati viri Benedicti Monaſterio ferme quatuor diſtat millibus, cui nomen eſt Gellonis in qua conſtruere præfatus Comes in dignitate adhuc ſæculi poſitus cellam iuſſerat, illic ſe vitæ ſuæ tempore Chriſto tradidit ſeruiturum*, &c. Eiuſdem meminit & Trithemius, ſed quàm mendosè eius ætatem reiicit in annum DCCCC. Guillelmus iſte an fuerit Dux Aquitaniæ non leuis hæret ſcrupulus ; quia ſublatis per Carolum M. Ducibus Aquitaniæ, & Ludouico adhuc in cunis vagiente, Rege Aquitaniæ conſtituto, vix fuit vt Carolus ſapientiſſimus princepsmemor periculi,inuiſum ac ſuſpectum Cap. 12.

in Aquitania Ducis nomen quoquomodo reſtitueret, tum vbi Aquitania regni apice donata, Comites per ſingulos pagos ordinatos ſcimus ex vita Ludouici Pij, Aimoini continuatore, Adreualdo, & Auctore vitæ S. Genulfi: ſed in eorum cenſu, nihil vſpiam legitur de Duce Aquitaniæ, id veriſimiliter omiſſum non foret, cùm ibi recenſeantur quotquot fuere Comites per ſingulas vrbes pagoſque diſpoſiti, & in vita ipſa Benedicti Anianenſis, vt & in Martyrologio Benedictino (ad 28. Maij.) Arnoldi VVion, Guillelmus iſte appellatur Comes ſimpliciter, & in eiuſdem vita, quæ extat apud Bernardum Guidonis, (In Sanctoral. MS.) is appellatur Comes Aquitaniæ.

CAPVT XVI.

Ludouici P. expeditio in Vaſcones vindicata à fabulis Hiſpanicorum ſcriptorum. Aureolus Comes Petrogoricenſis præfectus limitis Hiſpanici, commercium Galliæ & Hiſpaniæ pro confinio terrarum. Reformatio cleri, & ordinis monaſtici, quamplura monaſteria per Ludouicum fundata in Aquitania. Benedictus Abbas Ananienſis inſtaurator monaſtici ordinis in Gallia & Aquitania.

ANNO DCCCIX. Ludouicus perlato ad ſe rumore, quòd Vaſcones in deditionem pridem recepti, pro ingenio ſoli, rebus nouis ſtuderent, lectis co-

piis Aquas oppidum contendit, quò vocati qui de fide ſuſpecti erant; ſed his conſcientia ſceleris venire detrectantibus, eorum agros militari manu latè vaſtauit: tandem coacti ſupplices venerunt, & vitæ gratiam in magno lucro duxerunt. Inde Ludouicus ſuperato Pyreneo ſaltu Pampilonam profectus prouinciæ res ordinauit, ac demum cùm per anguſtas Pyrenei fauces in Aquitaniam remearet, Vaſcones, vt ſolebant, ex inſidiis regias copias intercipere conati, ſed eorum doli cautè repulſi, & vno ex his qui in medium progreſſus erat, vt regios in inſidias adduceret comprehenſo, & laqueo ſuſpenſo, ac omnium fere liberis & vxoribus iniectâ manu retentis, vt eorum periculo parentum & coniugum inſultus moraretur: his artibus Ludouicus tutus & incolumis rediit in Galliam. Continuator Aimoini, & vita Ludouic. Pij. Meritò ergo hîc vnâ ſpongiâ deleantur fabulæ, quas thraſonicè narrant Hiſpanici ſcriptores, mendaciter in hunc annum referentes, cladem acceptam anno DCCLXXVIII. Lib. 5. c. 8.

Eodem anno Aureolus Comes, Felicis Aureoli Petragoricenſis Comitis (is fuit pater S. Eparchij de quo ſupra dictum eſt) de ſtemmate ortus, qui marchæ Hiſpaniæ præerat, ſtatis ſedibus in commercio Galliæ & Hiſpaniæ vt loquitur auctor Anonymus vitæ Caroli M. id eſt eâ parte Pyrenei, vbi commercium inter Gallos & Hiſpanos tempore belli & pacis æque exercetur, quod pagenſes vocant *Paſſerilles*, vitâ defunctus, eius morte Amoroz Sarracenus Cæſarauguſtæ præfectus caſtra eius fidei credita, cuſtode vacua nactus, ea facile occupauit, & in his præſidium

Digitized by Google

militum collocauit; verùm ne Caroli in ſe iram prouocaret miſſâ legatione ſe, & omnia eius poteſtati ſubmiſit: lubens audiit Carolus, ſed ob multa quæ emerſerunt res euentu caruit.

Sub annum DCCCCXI. Ludouicus pietatis ſtudiis nihilo omiſſis ob rerum bellicarum, aut ciuilium curam, clericorum mores nimiùm ante deformatos in Aquitania, ita vt paſſim equitationi, & militaribus exercitiis magis operam darent, quàm ſacris obſequiis, ſolicitè emendauit, ſacrarum litterarum, & pſalmodiæ ſtudium reſtituit, conductis in eam rem, & per ſingulas Eccleſias conſtitutis peritis litterarum, & ſacri cantus magiſtris: æquè collapſum in Aquitania monaſticum ordinem feliciter reſtituit, quamplura monaſteria à fundamentis extruxit, vel vetuſtate collapſa inſtaurauit, inprimis hæc M. S. Philiberti, M. S. Florentij, M. Carrofi. M. Concas, M. S. Maxentij. M. Menatæ, M. Magniloci, M. Muſciacum, M S. Sauini, M. Muſciacum, M. Nobiliacum, M. S. Theotfridi, M. S. Paſcentij, M. Doſoræ, M. Solemniacum, M. Puellare S. Mariæ, M. Puellare S. Radegundis, M. de Vera, M. de Vtera in pago Toloſano, M. Galiinæ, M. S. Laurentij, M. S. Mariæ, quod dicitur in Odurobione ſic lege, pro *Nirubine*, M. Caunas, & alia quamplurima, quibus veluti candentibus facibus illuſtratur Aquitaniæ Regnum. Continuator Aimoini, & pari ſtylo auctor vitæ Ludouici Pij: informandis autem vel diſciplinæ reſtituendis hiſce Monaſteriis, Benedicti Anianenſis Abbatis ſingulari operâ inprimis vſus eſt Ludouicus, vt patet ex variis locis vitæ eiuſdem Benedicti, quorum velut ſumma contexitur illo loco. *Hic eſt*

Lib. 1. c. 8.

Digitized by Google

Benedictus per quem Dominus Chriſtus in omni Regno Francorum regulam Sancti Benedicti reſtaurauit, hic habuit ſub regimine ſuo Monaſteria duodecim, id eſt Anianam, Gellonem, Caſam nouam, Inſulam barbaram, Menatem, Sanctum Sauinum, Sanctum Maximinum, Maſſiacum, Cromatiacum, Cellam nouam in Toloſano, Monaſterium Maurum in Alſatz, Indam ex iuſſu Imperatoris ob illius ac diſcipulorum eius vſum ædificatum, & de fiſcis regalibus ditatum: Verùm quia ex his perſpicuè non intelligimus quæ nam Aquitaniæ Monaſteria Ludouicum conditorem, quæ inſtauratorem habeant, non inane ducemus his lucem afferre, ſi quam poſſumus. S.Philiberti Monaſterium nequaquam dici poteſt fundatum à Ludouico ſed tantùm reſtitutum: id enim eſt, quod à S. Philiberto Abbate Gemiticenſi ope & ſumptu Anſoaldi Epiſcopi Pictauienſis in Herio inſula oræ Aquitanicæ conditum eſt, de quo in ipſius Philiberti vita apud Surium: Monaſterium S. Florentij refertur inter Monaſteria Aquitaniæ à Ludouico P. fundata aut reſtaurata, tamen illud poſitum eſt in pago Andegauenſi, nimirum Salmuri ad Ligerim: ex quo intelligimus Aquitaniæ Regnum latiores quàm Aquitaniæ ipſius terminos habuiſſe, & Andegauenſis pagi, aliarúmque prouinciarum acceſſione auctum. Caroſenſe Monaſterium, quod eſt in pago Pictauienſi vulgo *Charroux*, à Rotherio Comite Lemouicenſi cum Euphraſia vxóre ſub hæc tempora conditum refert Theodulphus Aurelianenſis, quem primum edidit Iacob. Sirmondus.

Tom.4.Aug.

Lib.3. carm. 8 in not. ad epiſt. 20 lib. 1. Goffred. Vindoc.

Eſt locus hunc vocitant Carroph cognomine Galli
Quo patet electis aulica porta poli.

Digitized by Google

Quo Saluatoris ſub nomine pœnitet aula
Quoue Monaſterij clauſtra decore manent.
Enitet hic rutilo ſanctorum pignore fretus
Viuit & eximie turba fidelis ibi.
Denique Rotharius Comes ingens, inclytus heros
Coniuge cum Euphraſia condidit iſtud opus.
Hoc fuluo argento, gemmiſque exornat & auro
Affluit & libris, veſtibus, atque ſacris, &c.

Huiuſce Monaſterij fundatorem Rotherium Comitem, eiuſdem reſtauratorem Ludouicum Pium agnoſcit auctor vitæ S. Genulfi; nec non idem Monaſterium ſacræ Crucis ligno, multíſque latifundiis ditatum tradit: (Lib. 2. c. 5.) *Tunc ergo Lemouicæ vrbi Rotherium Comitem conſtituit, qui cœnobij Carroſenſis fundator extitit, quod poſtea glorioſus Rex Carolus de pretioſi portione ligni ſalutiferæ crucis Chriſti ſacrauit, de theſauris quoque ac poſſeſſionibus propriis nobiliſſimè ditauit, ſicut priuilegia teſtantur de ipſis rebus facta, & annuli eius impreſſione inſignita*, &c. & paulo poſt. *Ipſe* (loquitur de Ludouic. P.) *inter multa quæ vel extruxit, vel reſtaurauit, etiam Carroſenſe cœnobium ædificaſſe legitur.* Quod ita accipi neceſſe, vt hujus monaſterij inſtauratio, aut potius conſummatio tribuatur tantùm Ludouico P. cùm ante aliquot annos id fundatum eſſet à Rotherio Comite. Monaſterium Conchas eſt antiquiſſimum in pago Rutenenſi, olim à Sarracenis quo tempore è finibus Hiſpaniæ in Aquitaniam irrupére ſolo euerſum, dein à Pipino reſtitui cœptum, à Carolo & Ludouico P. perfectum & reliquiis ditatum, ex veteri charta huiuſce Monaſterij, & illud idem fortè eſt Monaſt. quod (Lib. 1. de tranſlat. B. Vincent. c. 1.) Conxittas dicitur Aimoino, *In Aquitania ſcilicet &*

Monaſterio

Digitized by Google

Monaſterio quod vulgari appellatione Conkittas vocitatur, Hildeberto cuidam monacho viſio oſtenſa eſt. S. Maxentij Monaſterium eſt in pago Pictonico à B.Maxentio Abbate conditum tempore Clodouei, vnde nomen ipſi, Cella S. Maxentij. Gregor. Turonenſis. *Erat in his diebus vir laudabilis ſanctitatis Maxentius Abbas reclauſus in Monaſterio ſuo ob Dei timorem infra terminum Pictauienſem, cuius monaſterij nomen lectioni non indidimus, quia locus ille vſque hodie cellula Sancti Maxentij vocatur,*&c. Itaque Ludouico tantum accepto ferri poteſt huiuſce Monaſterij refectio, aut melioratio. Menatenſe Monaſterium in Aruernis à Sancto Meneléo fundatum, cuius corpus ibi quieſcit, dein à Benedicto Anianenſi Abbate iuſſu Ludouici Pij veteri diſciplinæ redditum vt liquet ex loco modo laudato vitæ ipſius Benedicti. Magni loci Monaſterium eſt etiam in Aruernis vulgo *Mainlieu.* Muſciacum Monaſt. in eodem pago, id primum condidit & inſtituit S. Calminius ex veteribus tabulis eiuſdem cœnobij, collapſum inſtaurauit Ludouicus P. vulgò *Moſac* à vico Muſiacas cuius meminit Gregor. Turonenſis. *Actum in vico Muſicas.* S.Sauini Monaſt. in territorio Pictauienſi à Ludouico P. conditum, & diſciplinæ cauſa traditum Benedicto Anianenſi qui viginti Monachos cum Abbate impoſuit, vt ſcriptum eſt in vita ipſius Benedicti. *Aliud demum illi Monaſterium glorioſiſſimus Rex dedit, vbi vt reor viginti Monachos miſit, Abbatémque illis conſtituit; ſitum verò eſt Monaſterium illud in territorio Pictauienſi, & dedicatum in honorem Sancti Sauini, in quo poſiti fratres, dum in piis ſtudiis vigilant deſudántque, turba Monachorum non parua eis adiungitur.* Eiuſ-

Lib. 2. 37.

Lib. de glor. Confeſſ. c. 41.

terfuit, adeò exultaſſe fertur, vt in lachrymas proruperit, & ad ſuos conuerſus pulcherrimo hoc dicto ſe à filio victum profeſſus ſit: *ô*, inquit, *ſocij victos nos gratulemur, ab iuuenis huius ſenili ſagacitate*, Hæc Aimoin. continuator. & auctor vitæ Ludouic. Pij. Lib. 5. c. 8.

Capvt XVII.

Ioannes Epiſcopus Vaſconiæ nefariè occiſus. Teſtamentum & obitus Caroli M. Dux Aquitaniæ vnus è Paribus Franciæ. Iidem à quo inſtituti, Arma ſeu inſignia Ducis Aquitaniæ. Inſignium vſus à quo tempore, Richonus Comes Pictauienſis Vaſconum defectio ob amotum Siguinum Ducem.

Ioanne Epiſcopo nefariè cæſo in Vaſconia, Concilium Epiſcoporum Galliæ coactum apud Theodonis villam Anno dcccxii. ad compeſcendos percuſſores clericorum & Sacerdotum *& propter factum,* vt ferunt acta ſynodi, *quòd in Vaſconia nouiter accidit, de Epiſcopo Ioanne inhoneſtè & inauditè mordridato.* Hic Ioannes Epiſcopus dicitur in Vaſconia necatus, non adiecto nomine ſedis ſuæ, quia fortè fuit Epiſcopus totius Vaſconiæ, quales fuere alij eum ſecuti Epiſcopi, de quibus ſuo loco dicemus.

Anno dcccxiii. Ludouicum Regem Aquitaniæ, imperij ſocium ſibi adſciuit Carolus.

Digitized by Google

Anno DCCCXIV. Aquiſgrani ſupremum vitæ diem functus eſt Carolus M. teſtamento priùs condito, quo pretioſiſſima xenia erogauit ſingulis metropolitanis Eccleſiis imperij, quæ recenſentur numero viginti & vna, quas inter antepenultima, & vltima locantur Burdegala, & Biturigæ, omiſſa Metropoli Nouempopulaniæ teſte Eginharto. *Nomina verò Metropoliticarum ciuitatum, ad quas eadem eleemoſyna, vel largitio data eſt, hæc ſunt; Roma, Rauenna, Mediolanum, Forum Iulij, Gradus, Colonia, Maguntiacum, Iuuantum quæ & Saltzburg, Treueris, Senones, Veſontium, Lugdunum, Rotomagus, Remis, Arelas, Vienna, Tarantaſia, Ebrodunum, Burdigala, Turones, Bituriges.* Horum cauſas quærenti non aliæ occurrunt, quàm iſtæ, nimirum Burdegala & Biturigæ etſi clariſſimæ Galliarum metropoles, Aquitanicorum Ducum tyrannide diutiùs à Regno Francorum abſciſſæ, nouiſſimè in eorum poteſtatem redierunt, ſublato Vaifario; vnde tamquam recèns partæ, aut receptæ prouinciæ vrbes, poſtremo loco habebantur: quæ ratio obſeruata fortè eſt in teſtamento Caroli. Hiſque temporibus, Eluſa quæ erat Nouempopuloniæ metropolis, Sarracenorum excurſionibus euerſa, deſierat haberi inter Metropoles, quæ cauſa fuit præteritionis, eodem in teſtamento.

In vit. Carol. M.

Franciæ Pares à Carolo M. inſtitutos, & vnum inter eos Aquitaniæ Ducem, ſingulíſque ſua arma, ſiue inſignia tributa, Ducíque Aquitaniæ Leopardum in area, ſeu campo rubeo, recentiorum opinio eſt: ſed hæc omnia meræ nugæ, & fabulæ. Parium enim Francorum nomen inauditum ante Robertum Re-

Digitized by Google

gem, ſub quo primus Odo Comes, is erat Comes Campaniæ audiuit de ſe iudicandum regio iudicio, in conuentu Parium, qua de re legitur ipſius Epiſtola ad Robertum Regem, quæ eſt XCVI. inter Fulberti Epiſtolas, *Hoc ſibi competere dicebat, vt me ad tale iudicium exhiberet, ſine conuentu Parium ſuorum*: Ac certè Pares Francorum exēplo Parium feudi, ſeu curtis domini inſtitutos credere iuuat: de his enim frequens mentio occurrit apud ſcriptores, priuſquàm de Paribus Francorum: vt Pares Comitum, ſeu Vaſſorum memorari inuenio, in præcepto conceſſionis, quod dedit Ludouic. P. Hiſpanis in Galliam migrantibus Sarracenici furoris declinandi cauſa. *Hi verò qui poſtea venerunt etſi aut Comitibus, aut Vaſſis noſtris, aut Paribus ſuis ſe commendauerunt, & ab eis terras habitandas acceperunt, ſub tali forma eas in futurum & ipſi poſſideant, & ſuæ poſteritati derelinquant.* De paribus VValterij Comitis meminit etiam Frodoardus. *Nec non Pontigonem fiſcum, quem Heribertus inuaſerat, aliamque munitionem Rex contra Victuriacum inſtruit, & quoſdam ſibi fideles ex paribus VValterij ad cuſtodiam ibi dimittit.* Maiora feuda ſuos Pares habuere, id eſt Vaſſos qui parium nomen ſortiti, quod dignitate Pares inter ſe eſſent, ac pari iure domino in bello ſubſeruirent, & in pace ius dicenti veluti aſſeſſores & conſiliarij adeſſent, vnde compares dicti, quaſi pares inter ſe, & æqua lege domino feudi ſeruientes. Baldricus Nouiomenſis: *Mandauit igitur Epiſcopus ei non ſemel, ſed plus vice tertia vt ante conſpectum eius veniens, præſentibus Comparibus ſuis, in rectum ſtaret de iniuſtitia ſua.* Quorum vſus, cùm in feudis placuiſſet, facilè manauit in rempublicam:

ad ann. 951.

Lib. 3. chron. Camera. c. 75.

adeóque explodendus eſt error de Aquitaniæ Duce in numerum Parium per Carolum M. coaptato, vt nullus potiùs hac ætate fuerit Dux Aquitaniæ : quin imo à Carolo, nece Vaifarij ſublati ſunt Duces Aquitaniæ, & Aquitania in Regnum conuerſa in gratiam Ludouici filij, à quo Aquitania Reges habuit vſque ad Carolum Caluum, qui Aquitaniam ademit Pipino iuniori, & Ranulfum Ducem impoſuit. Conſtitutis ſemel Paribus Francorum, tertium inter militantes locum tenuit Dux Aquitaniæ nimirum poſt Duces Burgundiæ, & Normaniæ, & nimis Anglis indultum penès quos erat Normania & Aquitania; cùm primas inter Pares ſeculares Normaniæ Duci, ſecundas Duci Aquitaniæ tribuit, Mathæus Paris illo loco : *Et quia prætactum eſt de Alemannorum primatibus, ad quos Regis ſpectat electio, non reor à materia alienum, ſi nomina Francorum nobilium præcipuè ad quos negotia regni ſpectant ardua, præſenti inſeramus paginæ cum ſuccincta tamen breuitate. Archiepiſcopus Remenſis, qui Regem Francorum cæleſte conſecrat chriſmate, quapropter Rex Francorum, Regum cenſetur digniſſimus, & omnium Franciæ Parium primus,* &c. & poſteà. *Dux Normanniæ primus inter laïcos & digniſſimus, Dux Aquitaniæ, Dux Burgundiæ, Comes Flandrenſis, Comes Campaniæ, Comes Toloſæ, qui dicitur Comes Sancti Aegidij.* Æquè fabuloſum & commentitium eſt, quod fertur de armis ſeu inſigniis per Carolum datis Aquitaniæ Duci & aliis : quia ſtemmatum ſeu inſignium vſus, noſtris minimè notus fuit ante Regum tertiæ ſtirpis ætatem : vix antiquiora reperies ſtemmata quàm ea quæ ſumpſit VVillegiſius Archiepiſcopus Moguntinus, Henrici II. Imper. ſuppar.

In Henric. 3. ad ann. 1257.

Digitized by Google

nimirum duas rotulas, vt ſe humili patre, rotarum, ſcilicet fabro natum recoleret, de quibus Sifridus Lib. 2. chron. Presbyter. *Tempore Sancti Henrici Imperatoris VVillegiſius Archiepiſcopus Moguntinus vigebat; iſte quia humilem progeniem habuit, & patrem qui currus & bigas facere ſolebat, in thalamo ornatis & grandibus litteris hæc ſcripta habebat: VVillegis recole vnde veneris: appendebat etiam rotas & huiuſmodi inſtrumenta in pariete circumquaque in quibus ſuam proſapiam recognoſcebat, adhuc vſque habentur duæ rotæ quaſi aratri in vexillo, & vna in clypeo Eccleſiæ Moguntinæ.* Aut ſtemmata gentis Arundeliæ in Anglia, quæ ſex argenteis hirundinibus Lib. 3. Philippid. in nigro clypeo inſignia fuere, quò alludit Guillelmus Brito, cùm quendam ex ea gente in Gallum inuolantem depingit.

------ Hirundelæ velocior alite quæ dat
Hoc agnomen ei, fert cuius in ægide ſignum
Se rapit agminibus mediis, clypeóque nitenti,
Quem ſibi Guillielmus, læua prætenderat vlna:
Immergit validam præacutæ cuſpidis haſtam.

Nec alterius æui fuere, meo iudicio, optimatum Galliæ ſtemmata, quæ in maiore aula Templi, id eſt domus Templariorum Lutetiæ, vbi metatum habuit Henricus III. Rex Anglorum appenſa fuere ex con- Ad an. 1254. ſuetudine Gallicana; vt refert Matheus Paris: *Epulabantur autem in maiori regia templi, vbi videlicet pendent clypei quotquot poſſunt circumquaque in quatuor parietibus ſecundum conſuetudinem vltra marinam; inter quos apparuit clypeus Regis Richardi Angliæ:* Cæterùm Leone pro inſignibus vſi ſunt Duces Aquitanici, fortè ob eam cauſam quòd veteribus Aquitania

leænæ

leænæ ſpecie in roboris argumentum depingebatur, quali ſchemate oſtenditur in lapide Baſilicæ D. Martialis Lemouicenſis, cum hac inſcriptione metrica,

Alma leæna Duces ſæuos parit, atque coronat, &c.

Ludouicus, vt ad rem redeamus, accepto nuntio de morte patris apud Theotuadum, ſeu Theodadum villam, vt legit Ademarus, quò indictus erat generalis optimatum conuentus, concito itinere Aquiſgranum venit, vbi omnium Francorum voto acceptus Regni clauum ſuſcepit, & auditis legatis gentium qui ad patrem venerant, eiſque dimiſſis, legatos Norbertum Regienſem Epiſcopum, & Richonum Pictauienſem Comitem ad Leonem Imperatorem C. P. deſtinat, initi pridem cum eo fœderis inſtaurandi causâ. Continuator Aimoin. Auctor vit. Ludou. Pij, Ademarus: Hi legatione feliciter defuncti tabulas pactionis cum Leone habitæ retulere, vt addit Ademarus. Lib. 5. c. 8. In chronic. M. S.

Anno DCCCXV. Santonum ciuitas terræ tremore concuſſa, & ædificiorum ruinis vaſtata. Ademarus.

Anno DCCCXVI. Amoto Siguino Vaſconum Duce ob proteruiam, & morum corruptelam, Vaſcones, vt ſunt leuis ingenij, hac de re commoti à fide & obſequio deſciuerunt; ſed altera expeditione ita attriti ſunt, vt veniam delicti, & ſalutem magno in lucro duxerint Aimoin. continuator, auctor vitæ Ludouic. P. Lib. 4. c. 104. & Ademarus iiſdem fere verbis: *Vaſcones qui trans Garonnam & citra Pyreneum montem habitant propter ſublatum Ducem ſuum, nomine Siguinum, quem Imperator ob nimiam eius inſolentiam ac morum prauitatem inde ſuſtulerat, ſolita leuitate commoti, coniuratione facta omnimoda defectione deſciuerunt, ſed duabus expeditioni-*

Digitized by Google

bus ita ſunt edomiti, vt tarda eis deditio, & pacis impetratio videretur.

CAPVT XVIII.

Garſimirus Dux Vaſconum, Pipinus Rex Aquitaniæ à Ludouico deſignatus, Hiſpanorum migratio in Galliam, Lupus Centullus Dux Vaſconum, Varinus Comes Aruernorum, Helias Scotus Engoliſmenſis Epiſcopus. Normannorum appulſus in Aquitaniam, Flandri vbi primum ſic dicti. Pipinus vxorem ducit filiam Theodeberti Comitis, Aigulfus Bituricenſis Epiſcopus. Innicus cognomine Ariſta Comes Bigeronum Rex Nauarrorum electus. Annona de cœlo pluit in pago Aginnenſi, Vifredus Comes Bituricenſis conditor Stradenſis cœnobij in finibus Biturigum.

EO tempore Vaſconia impacata prouincia, quæ eſt ea pars Aquitaniæ quæ cis Garumnam patet ad Pyreneum montem, proprios Duces habuit, eoſdémque indigenas. Anno Chriſti DCCCXVI. Vaſcones recidiuâ defectione tentatâ Garſimirum ſibi Ducem elegére: ſed hic anno ſecundo commiſſo prœlio cum principatu vitam amiſit.

Anno DCCCXVII. à Ludouico Pio factus eſt cenſus, ſeu deſcriptio Monaſteriorum Galliæ & Aquitaniæ, quæ Regi deberent militiam, cenſum, vel preces: Horum lemma extat apud Quercetanum.

Eodem anno Ludouicus P. adhuc ſuperſtes familiæ ercifcundæ arbitri officio functus inter liberos, Lotharium Imperij ſocium, ac ex aſſe hæredem futurum deſignauit: Pipinum Aquitaniæ, Ludouicum Baioariæ Reges, & eodem anno, Lotharium in Baioariam, Pipinum vero in Aquitaniam miſit, Ludouicum ob ætatem, pueritiæ enim annos nondum exceſſerat apud ſe educandum retinuit. Aimoini continuator Nithardus, Ademarus.

Lib. 4. c. 102. Lib. 1. c. 10. lib. 1. ad ann. 816.

Anno DCCCXIX. Hiſpani cùm duriſſimo Sarracenorum iugo premerentur, in Galliam emigrarunt, eiſque à Ludouico P. conceſſi agri in Pyrenei iugis, à vectigalibus liberi, qua de re extant duo diplomata à P. Pitheo edita ex archiuis Narbonenſis Eccleſiæ.

Eodem anno Lupus Centullus Vaſconiæ Ducatum affectauit, ad eum armis compeſcendum, legati Berengarius Toloſæ, & VVarinus Aruernorum Comites coniunctis copiis cum eo feliciter pugnarunt, Lupus in prœlio Garſandum fratrem amiſit, hominem ferocem & ſtolidum, vix ipſe fugâ euaſit. Idem poſtea cùm in Ludouici conſpectum veniſſet, perduellionis reus poſtulatus à Berengario & VVarino, ac de obiectis ſeſe purgare nequiret ad tempus exilio relegatus. Vita Ludouic. P. Et Continuator Aimoini, vbi mendosè legitur, Lupus Centulli Miſco, pro Vaſco, & Ademarus.

Lib. 4. c. 107. ad ann. 819.

Digitized by Google

terfuit, adeò exultaſſe fertur, vt in lachrymas proruperit, & ad ſuos conuerſus pulcherrimo hoc dicto ſe à filio victum profeſſus ſit: *ô*, inquit, *ſocij victos nos gratulemur, ab iuuenis huius ſenili ſagacitate*, Hæc Aimoin. continuator. & auctor vitæ Ludouic. Pij. Lib. 5. c. 8.

Capvt XVII.

Ioannes Epiſcopus Vaſconiæ nefarie occiſus. Teſtamentum & obitus Caroli M. Dux Aquitaniæ vnus è Paribus Franciæ. Iidem à quo inſtituti, Arma ſeu inſignia Ducis Aquitaniæ. Inſignium vſus à quo tempore, Richonus Comes Pictauienſis Vaſconum defectio ob amotum Siguinum Ducem.

IOANNE Epiſcopo nefariè cæſo in Vaſconia, Concilium Epiſcoporum Galliæ coactum apud Theodonis villam Anno DCCCXII. ad compeſcendos percuſſores clericorum & Sacerdotum *& propter factum*, vt ferunt acta ſynodi, *quòd in Vaſconia nouiter accidit, de Epiſcopo Ioanne inhoneſtè & inauditè mordridato*. Hic Ioannes Epiſcopus dicitur in Vaſconia necatus, non adiecto nomine ſedis ſuæ, quia fortè fuit Epiſcopus totius Vaſconiæ, quales fuere alij eum ſecuti Epiſcopi, de quibus ſuo loco dicemus.

Anno DCCCXIII. Ludouicum Regem Aquitaniæ, imperij ſocium ſibi adſciuit Carolus.

Anno DCCCXIV. Aquiſgrani ſupremum vitæ diem functus eſt Carolus M. teſtamento priùs condito, quo pretioſiſſima xenia erogauit ſingulis metropolitanis Eccleſiis imperij, quæ recenſentur numero viginti & vna, quas inter antepenultima, & vltima locantur Burdegala, & Biturigæ, omiſſa Metropoli Nouempopulaniæ teſte Eginharto. *Nomina verò Metropoliticarum ciuitatum, ad quas eadem eleemoſyna, vel largitio data eſt, hæc ſunt; Roma, Rauenna, Mediolanum, Forum Iulij, Gradus, Colonia, Maguntiacum, Iuuantum quæ & Saltzburg, Treueris, Senones, Veſontium, Lugdunum, Rotomagus, Remis, Arelas, Vienna, Tarantaſia, Ebrodunum, Burdigala, Turones, Bituriges.* Horum cauſas quærenti non aliæ occurrunt, quàm iſtæ, nimirum Burdegala & Biturigæ etſi clariſſimæ Galliarum metropoles, Aquitanicorum Ducum tyrannide diutiùs à Regno Francorum abſciſſæ, nouiſſimè in eorum poteſtatem redierunt, ſublato Vaifario; vnde tamquam recèns partæ, aut receptæ prouinciæ vrbes, poſtremo loco habebantur: quæ ratio obſeruata fortè eſt in teſtamento Caroli. Hiſque temporibus, Eluſa quæ erat Nouempopuloniæ metropolis, Sarracenorum excurſionibus euerſa, deſierat haberi inter Metropoles, quæ cauſa fuit præteritionis, eodem in teſtamento. In vit. Carol. M.

Franciæ Pares à Carolo M. inſtitutos, & vnum inter eos Aquitaniæ Ducem, ſinguliſque ſua arma, ſiue inſignia tributa, Ducique Aquitaniæ Leopardum in area, ſeu campo rubeo, recentiorum opinio eſt: ſed hæc omnia meræ nugæ, & fabulæ. Parium enim Francorum nomen inauditum ante Robertum Re-

Digitized by Google

gem, ſub quo primus Odo Comes, is erat Comes Campaniæ audiuit de ſe iudicandum regio iudicio, in conuentu Parium, qua de re legitur ipſius Epiſtola ad Robertum Regem, quæ eſt XCVI. inter Fulberti Epiſtolas, *Hoc ſibi competere dicebat, vt me ad tale iudicium exhiberet, ſine conuentu Parium ſuorum*: Ac certè Pares Francorum exẽplo Parium feudi, ſeu curtis domini inſtitutos credere iuuat: de his enim frequens mentio occurrit apud ſcriptores, priuſquàm de Paribus Francorum: vt Pares Comitum, ſeu Vaſſorum memorari inuenio, in præcepto conceſſionis, quod dedit Ludouic. P. Hiſpanis in Galliam migrantibus Sarracenici furoris declinandi cauſa. *Hi verò qui poſtea venerunt etſi aut Comitibus, aut Vaſſis noſtris, aut Paribus ſuis ſe commendauerunt, & ab eis terras habitandas acceperunt, ſub tali forma eas in futurum & ipſi poſſideant, & ſuæ poſteritati derelinquant.* De paribus VValterij Comitis meminit etiam Frodoardus. *Necnon Pontigonem fiſcum, quem Heribertus inuaſerat, aliamque munitionem Rex contra Victuriacum inſtruit, & quoſdam ſibi fideles ex paribus VValterij ad cuſtodiam ibi dimittit.* Maiora feuda ſuos Pares habuere, id eſt Vaſſos qui parium nomen ſortiti, quod dignitate Pares inter ſe eſſent, ac pari iure domino in bello ſubſeruirent, & in pace ius dicenti veluti aſſeſſores & conſiliarij adeſſent., vnde compares dicti, quaſi pares inter ſe, & æqua lege domino feudi ſeruientes. Baldricus Nouiomenſis: *Mandauit igitur Epiſcopus ei non ſemel, ſed plus vice tertia vt ante conſpectum eius veniens, præſentibus Comparibus ſuis, in rectum ſtaret de iniuſtitia ſua.* Quorum vſus, cùm in feudis placuiſſet, facilè manauit in rempublicam:

Ad ann. 951.

Lib. 3. chron. Camera. c. 75.

adcóque explodendus eſt error de Aquitaniæ Duce in numerum Parium per Carolum M. coaptato, vt nullus potiùs hac ætate fuerit Dux Aquitaniæ: quin imo à Carolo, nece Vaïfarij ſublati ſunt Duces Aquitaniæ, & Aquitania in Regnum conuerſa in gratiam Ludouici filij, à quo Aquitania Reges habuit vſque ad Carolum Caluum, qui Aquitaniam ademit Pipino iuniori, & Ranulfum Ducem impoſuit. Conſtitutis ſemel Paribus Francorum, tertium inter militantes locum tenuit Dux Aquitaniæ nimirum poſt Duces Burgundiæ, & Normaniæ, & nimis Anglis indultum penès quos erat Normania & Aquitania: cùm primas inter Pares ſeculares Normaniæ Duci, ſecundas Duci Aquitaniæ tribuit, Mathæus Paris illo loco: *Et quia prætactum eſt de Alemannorum primatibus, ad quos Regis ſpectat electio, non reor à materia alienum, ſi nomina Francorum nobilium præcipuè ad quos negotia regni ſpectant ardua, præſenti inſeramus paginæ cum ſuccincta tamen breuitate. Archiepiſcopus Remenſis, qui Regem Francorum cæleſte conſecrat chriſmate, quapropter Rex Francorum, Regum cenſetur digniſſimus, & omnium Franciæ Parium primus,* &c. & poſteà. *Dux Normanniæ primus inter laïcos & digniſſimus, Dux Aquitaniæ, Dux Burgundiæ, Comes Flandrenſis, Comes Campaniæ, Comes Toloſæ, qui dicitur Comes Sancti Aegidij.* Æquè fabuloſum & commentitium eſt, quod fertur de armis ſeu inſigniis per Carolum datis Aquitaniæ Duci & aliis: quia ſtemmatum ſeu inſignium vſus, noſtris minimè notus fuit ante Regum tertiæ ſtirpis ætatem: vix antiquiora reperies ſtemmata quàm ea quæ ſumpſit VVillegiſius Archiepiſcopus Moguntinus, Henrici II. Imper. ſuppar.

In Henric. 3. ad ann. 1257.

Digitized by Google

nimirum duas rotulas, vt ſe humili patre, rotarum, ſcilicet fabro natum recoleret, de quibus Sifridus Presbyter. *Tempore Sancti Henrici Imperatoris VVillegiſius Archiepiſcopus Moguntinus vigebat; iſte quia humilem progeniem habuit, & patrem qui currus & bigas facere ſolebat, in thalamo ornatis & grandibus litteris hæc ſcripta habebat: VVillegis recole vnde veneris: appendebat etiam rotas & huiuſmodi inſtrumenta in pariete circumquaque in quibus ſuam proſapiam recognoſcebat, adhuc vſque habentur duæ rotæ quaſi aratri in vexillo, & vna in clypeo Eccleſiæ Moguntinæ.* Aut ſtemmata gentis Arundeliæ in Anglia, quæ ſex argenteis hirundinibus in nigro clypeo inſignia fuere, quò alludit Guillelmus Brito, cùm quendam ex ea gente in Gallum inuolantem depingit.

Lib. 2. chron.

Lib. 3. Philippid.

------ Hirundelæ velocior alite quæ dat
Hoc agnomen ei, fert cuius in ægide ſignum
Se rapit agminibus mediis, clypeóque nitenti,
Quem ſibi Guillielmus, laua prætenderat vlna:
Immergit validam præacutæ cuſpidis haſtam.

Nec alterius æui fuere, meo iudicio, optimatum Galliæ ſtemmata, quæ in maiore aula Templi, id eſt domus Templariorum Lutetiæ, vbi metatum habuit Henricus III. Rex Anglorum appenſa fuere ex conſuetudine Gallicana; vt refert Matheus Paris: *Epulabantur autem in maiori regia templi, vbi videlicet pendent clypei quotquot poſſunt circumquaque in quatuor parietibus ſecundum conſuetudinem vltramarinam; inter quos apparuit clypeus Regis Richardi Angliæ:* Cæterùm Leone pro inſignibus vſi ſunt Duces Aquitanici, fortè ob eam cauſam quòd veteribus Aquitania

Ad an. 1254.

leænæ

leænæ ſpecie in roboris argumentum depingebatur, quali ſchemate oſtenditur in lapide Baſilicæ D. Martialis Lemouicenſis, cum hac inſcriptione metrica,

Alma leæna Duces ſæuos parit, atque coronat, &c.

Ludouicus, vt ad rem redeamus, accepto nuntio de morte patris apud Theotuadum, ſeu Theodadum villam, vt legit Ademarus, quò indictus erat generalis optimatum conuentus, concito itinere Aquiſgranum venit, vbi omnium Francorum voto acceptus Regni clauum ſuſcepit, & auditis legatis gentium qui ad patrem venerant, eiſque dimiſſis, legatos Norbertum Regienſem Epiſcopum, & Richonum Pictauienſem Comitem ad Leonem Imperatorem C. P. deſtinat, initi pridem cum eo fœderis inſtaurandi causâ. Continuator Aimoin. Auctor vit. Ludou. Pij, Ademarus: Hi legatione feliciter defuncti tabulas pactionis cum Leone habitæ retulere, vt addit Ademarus. Lib. 5. c. 8. In chronic. M. S.

Anno DCCCXV. Santonum ciuitas terræ tremore concuſſa, & ædificiorum ruinis vaſtata. Ademarus.

Anno DCCCXVI. Amoto Siguino Vaſconum Duce ob proteruiam, & morum corruptelam, Vaſcones, vt ſunt leuis ingenij, hac de re commoti à fide & obſequio deſciuerunt; ſed altera expeditione ita attriti ſunt, vt veniam delicti, & ſalutem magno in lucro duxerint Aimoin. continuator, auctor vitæ Ludouic. P. & Ademarus iiſdem fere verbis: *Vaſcones qui trans Garonnam & citra Pyreneum montem habitant propter ſublatum Ducem ſuum, nomine Siguinum, quem Imperator ob nimiam eius inſolentiam ac morum prauitatem inde ſuſtulerat, ſolita leuitate commoti, coniuratione facta omnimoda defectione deſciuerunt, ſed duabus expeditioni-* Lib. 4. c. 104.

Digitized by Google

bus ita ſunt edomiti, vt tarda eis deditio, & pacis impetratio videretur.

CAPVT XVIII.

Garſimirus Dux Vaſconum, Pipinus Rex Aquitaniæ à Ludouico deſignatus, Hiſpanorum migratio in Galliam, Lupus Centullus Dux Vaſconum, Varinus Comes Aruernorum, Helias Scotus Engoliſmenſis Epiſcopus. Normannorum appulſus in Aquitaniam, Flandri vbi primum ſic dicti. Pipinus vxorem ducit filiam Theodeberti Comitis, Aigulfus Bituricenſis Epiſcopus. Innicus cognomine Ariſta Comes Bigeronum Rex Nauarrorum electus. Annona de cælo pluit in pago Aginnenſi, Viſredus Comes Bituricenſis conditor Stradenſis cœnobij in finibus Biturigum.

EO tempore Vaſconia impacata prouincia, quæ eſt ea pars Aquitaniæ quæ cis Garumnam patet ad Pyreneum montem, proprios Duces habuit, eoſdémque indigenas. Anno Chriſti DCCCXVI. Vaſcones recidiuâ defectione tentatâ Garſimirum ſibi Ducem elegére: ſed hic anno ſecundo commiſſo prœlio cum principatu vitam amiſit.

Anno DCCCXVII. à Ludouico Pio factus eſt cenſus, ſeu deſcriptio Monaſteriorum Galliæ & Aquitaniæ, quæ Regi deberent militiam, cenſum, vel preces: Horum lemma extat apud Quercetanum.

Eodem anno Ludouicus P. adhuc ſuperſtes familiæ erciſcundæ arbitri officio functus inter liberos, Lotharium Imperij ſocium, ac ex aſſe hæredem futurum deſignauit: Pipinum Aquitaniæ, Ludouicum Baioariæ Reges, & eodem anno, Lotharium in Baioariam, Pipinum vero in Aquitaniam miſit, Ludouicum ob ætatem, pueritiæ enim annos nondum exceſſerat apud ſe educandum retinuit. Aimoini continuator Nithardus, Ademarus. Lib. 4. c. 102. Lib. 1. c. 10. lib. 1. ad ann. 816.

Anno DCCCXIX. Hiſpani cùm duriſſimo Sarracenorum iugo premerentur, in Galliam emigrarunt, eiſque à Ludouico P. conceſſi agri in Pyrenei iugis, à vectigalibus liberi, qua de re extant duo diplomata à P. Pitheo edita ex archiuis Narbonenſis Eccleſiæ.

Eodem anno Lupus Centullus Vaſconiæ Ducatum affectauit, ad eum armis compeſcendum, legati Berengarius Toloſæ, & VVarinus Aruernorum Comites coniunctis copiis cum eo feliciter pugnarunt, Lupus in prœlio Garſandum fratrem amiſit, hominem ferocem & ſtolidum, vix ipſe fugâ euaſit. Idem poſtea cùm in Ludouici conſpectum veniſſet, perduellionis reus poſtulatus à Berengario & VVarino, ac de obiectis ſeſe purgare nequiret ad tempus exilio relegatus. Vita Ludouic. P. Et Continuator Aimoini, vbi mendosè legitur, Lupus Centulli Miſco, pro Vaſco, & Ademarus. Lib. 4. c. 107. ad ann. 819.

Digitized by Google

Eodem anno Pipinus iam Aquitaniæ Rex deſignatus iuſſu patris Vaſconiam lectis cum copiis ingreſſus ſublatis ſeditioſis, vniuerſam prouinciam ita pacauit vt rebellionis fomites extincti prorſus viderentur Vita Ludouic. P. Continuat. Aimoin. Ademar.

Lib.4.c 107. ad ann. 817.

Hac tempeſtate claruit Helias Scotus, Theodulfi Aurelianenſis diſcipulus, Engoliſmenſis Epiſcopus; de eo meminit Ademarus: *Beda enim docuit Simplicium, & Simplicius Rabanum, qui à tranſmarinis oris à Domno Imperatore Carolo ſuſceptus eſt, & Pontifex in Francia factus Alcuinum docuit, & Alcuinus Smaragdum imbuit, Smaragdus autem docuit Theodulfum Aurelianenſem Epiſcopum, Theodulfus verò Heliam Scotigenam Engoliſmenſem, Helias autem Henricum*, &c.

ad ann 819.

Anno DCCCXX. Normanni piraticis nauibus decem & tribus inſtructis è finibus ſuis egreſſi primùm in Flandrenſe littus appulére, vbi prædas egerunt, incenſæ aliquot caſæ agreſtes, & pecus abactum, ſed à præfectis oræ maritimæ armis repulſi, in oſtium Sequanæ fluminis, vela conuerterunt, vnde etiam depulſi â cuſtodibus littoris, quinque ſuorum deſideratis in Aquitaniam promouerunt, vbi ſecundiori vſi euentu vico quodam cui nomen Bundium deuaſtato, ingenti prædâ partâ domum reuerſi ſunt, Vita Ludou. P. Continuat. Aimoini, Ademar. hîc primùm Flandros memorari obſerues, quos prior ætas Morinos vocitauit Chronic. Normannor. *Comes Morinorum, quos moderni Flandros nominant.*

Lib.4.c.108. ad ann. 820.

Anno DCCCXXII. Pipinus voluntate patris vxorem duxit filiam Theoberti Comitis Matricenſis, lege. *Metenſis*, cuius nomen ad nos non peruenit, & poſt

nuptias eiuſdem iuſſu perrexit in Aquitaniam Vit. Lud. P. Continuat. Aimoin. Ademar. Lib. 4. c. 110. ad ann. 811.

Eodem tempore ſanctitatis famâ claruit Aigulfus, ſiue Agiulfus Bituricenſis Epiſcopus, primæ ſedis Patriarcham eum appellat Theodulfus Aurelianenſis, ob primatum Aquitaniæ. Lib. 4. carm. 4.

Es patriarchali primæ prælatus honore
Sedis, & alma patrum eſt ſubdita turba tibi.

Eius memoria celebratur XXII. Maij ex Martyrologio Gallicano.

Anno DCCCXXIV. Eblus & Aznarius Comites cum delectu Vaſconum, Pampilonam miſſi defectionis compeſcendæ causâ; peracta expeditione cùm in Aquitaniam remearent, montanorum inſidiis in ipſo Pyrenei iugo intercepti, copiæ ad internecionem penè deletæ, Eblus captus Cordubam miſſus, Aznarius capientium gratiâ, quibus cum proximitatis vinculo coniunctus erat, liber ſolutus, Vita Ludouic. P. Annales Eginhart. Continuator Aimoin. Ademar. Ad ann. 824. Lib. 4. c. 112. ad eand. ann. 824.

Anno DCCCXXV. Innicus cognomine Ariſta, Comes Bigeronum fortitudinis ac militaris rei ſcientiæ famâ euocatus ab Hiſpanis ſpe rerum inſtaurandarum aduersùs Sarracenos, Nauarræ Rex delectus, Pampilone, quæ eſt vrbs primaria Vaſconum, regni ſedem collocauit Roderic. Toletan. Zurita, Luc. Marineus. Lib 5. c. 21. In indic. Aragon. ad ann. 825. Lib. 8. rer. Hiſpanic.

Anno DCCCXXVI. Pipinus iuſſu patris Ludouici Aquiſgranenſi concilio interfuit, cum optimatibus ſuis, & Hiſpanici limitis præfectis, hic imprimis actum de tuendis Aquitaniæ finibus aduersùm Sarracenorum incurſiones, ſoluto concilio Pipinus in Aquitaniam regreſſus, condicto ſibi loco æſtatem exegit,

Ad ann 826. vitâ Ludou. P. Annal. Francor. Continuat. Aimoin. Lib. 4. c. 114. ad eund. ann. 826. Ademar.

Eodem anno Aiſo, is fuit Vaſco, dolo Auſonam quod eſt marchæ Hiſpanicæ oppidum occupauit, & alia caſtra eiuſdem regionis, quæ ſitu firmiora viſa ſunt communiuit, & miſſo fratre ad Abdiramen Regem Sarracenorum, ab eo copias militares ſubſidij causâ accepit: tumultus ineuntis compeſcendi causâ à Ludouico miſſi Helizachar Presbyter, & Abbas, & cum eo Hildebrandus & Donatus Comites: ante eorum aduentum Aiſo regionis præfectos crebris incurſionibus ita fatigauit, vt nonnulli ex his caſtra quæ tuebantur rerum deſperatione reliquerint; eius partes ſecuti VVillemundus filius Beræ Comitis Barcinonenſis & alij complures gentilitiâ leuitate, rerum nouarum cupidi, & Sarracenis coniuncti Ceritaniam, & Vallenſem incendiis & rapinis deuaſtarunt. Præter Helizachar Abbatem & alios, Bernardus Comes Barcinonenſis iam Beræ ſuffectus in ea expeditione operam nauauit, vbi auditum Adiramen copias parare ſuppetiis Aiſonis, Pipinus patris iuſſu maximum Francorum delectum habuit ad tuendos fines Aquitaniæ: ſed Pipini Ducum deſidiâ, Sarraceni Duce Abunar Barcinonenſium & Gerundenſium fines prorſus diripuere, & ſecuri Cæſarauguſtam rediere, priuſquàm Franci ad Pyrenei clauſtra peruenirent. Vit. Ludouic.
Lib. 4. c. 114. & c. 115. P. Aimoin. Continuator.

Anno DCCCXXVIII. Coacto concilio apud Ingelheim villam, Ludouici iuſſu Lotharius cum magnis copiis ad Hiſpanicam marcham legatus, cùm Lugdunum perueniſſet, hîc conſedit, operiens nuntium quo

certior fieret de aduentu hoſtium; interim cum fratre collocutus, comperto quòd hoſtis non appareret, Pipino in Aquitaniam recedente, ipſe ad patrem Aquis granum reuerſus, Vit. Ludou. P. Continuator. Aimoin. Lib. 4. c. 116.

Eodem anno annona de cœlo pluit in pago Aginnenſi cis Garumnam, granis frumento paribus, ſed paulo minoribus, & rotundioribus, de qua nonnihil adlatum ad Ludouicum tum Aquiſgrani poſitum. Continuator Aimoin. *Ferunt in regione Vaſconiæ trans Garonnam fluuium, in pago Aginnenſi annonam de cœlo pluiſſe*, &c. Idem narrat Abbas Vrſpergenſis ſub hunc In Chronic. ad ann. 816. annum. Ademarus caſum refert ad ann. DCCCXXVI. vt vt ſit ex hoc loco intelligere eſt pagum Aginnenſem, vtramque Garumnæ ripam tenere.

Eodem anno Vifredus Comes Bituricenſis vir regio ſtemmate ortus, ex nobilium Francorum ſcara ſeu agmine, quod Pipinus parens Caroli M. apud Biturigas locauit, ad expugnandas Vaifarij partes, vnà cum Oda coniuge cœnobium fundauit in fundo proprio, id eſt Alodio, in loco cui nomen *Strada*, pagi Bituricenſis, & illud tuitioni Pipini Regis Aquitaniæ commendauit, à quo tuitionis reſcriptum conceſſum, in celeberrimo conuentu nobilium, habito in Iocundiaco ſiue Ioguntiaco palatio, quod eſt in finibus Lemouicum vt narrat auctor vitæ S. Genulfi. Lib. 2. c. 6. & 7.

CAPVT XIX.

Bernardus Dux Septimaniæ Præpoſitus cameræ. Bernardus de obiectis ſe purgat, iudicium de Bernardo, pugna volucrum in confinio agri Toloſani & Cadurcini. Vaſtatio oræ Aquitanicæ per Normannos. Ludouicus P. imperio depoſitus, poſtea reſtitutus, Res Eccleſiarum in Aquitania ſubreptæ per Pipinum Regem, Quæſtio de Toloſano Comitatu inter Bernardum & Berengarium ventilata in Concilio Lugdunenſi.

ANNO DCCCCXXIX. Ludouicus P. ſentiens mala aduersùs ſe inter optimales conſilia agitari, Bernardum Barcinonenſem Comitem, quem & Septimaniæ Ducem vocat Nithardus acciuit, (Lib. 1.) eúmque Cameræ præpoſitum creauit, vt eius conſilio ſe muniret, velut certo præſidio Vit. Lud. P. Continuat. Aimoin. Ademar. (Lib. 5. c. 11.)

Nec diu latuere coniurati, increſcente enim turma audaciores facti, Pipinum Aquitaniæ Regem adeunt & ſuaſionibus ſuis, in partes eum adducunt, ſalutem Reipublicæ, quæ nota eſt ars pleriſque res nouas molientibus prætexunt, non ferendam abiectionem ſui, Bernardi inſolentiam, contemptum omnium obſtrepunt.

Digitized by Google

punt, Bernardum ipſum adulterij cum Iuditha Regina inſimulant, Regem vxoriis præſtigiis adeò deluſum ajunt, vt hæc non modò inulta ſineret, ſed ne quidem aduerteret, optimi filij partium eſſe iniuriam patri factam non diſſimulare, patrem ſaniori menti ac dignitati ſuæ reſtituere. his artibus pellectus adoleſcens coniurationis principem ſe declarat, collectis copiis Aureliam occupat, & amoto Odone Comite Matfridum reſtituit, & inde Verimbriam venit. Ludouicus conflatam in ſe & vxorem ac Bernardum Comitem conſpirationem intelligens, cedendum tempori ratus, Bernardum aulâ dimiſit, Iuditham quoad adulterij ſuſpicionem remoueret abſtinuit, eámque à toro ſegregatam, Lauduni in S. Mariæ Monaſterio ſtare iuſſit, ipſe verò Compendium oppidum ſe recepit, Iuditha à Varino, & Lamberto Comitibus capta & à Monaſterio abducta, vt vitæ conſuleret velo impoſito in monaſterium S. Radegundis Pictauis retruditur. Lotharius ex Italia aduentans conſpirationis in patrem in ſocietatem facile coiit, & quæ geſta erant probauit. Heribertus Bernardi frater luminibus multatus, Odo conſobrinus eius armis diſcinctus, exilio deportatus, tamquam conſcij fœdæ conſuetudinis Bernardi cum Iuditha. Ludouicus apud Compendium imperio amotus; ſed poſteà reſtitutus, ex Aquitania coniugem reuocauit, nec non illius fratres Conradum & Rodulfum iam dudum attonſos, vxorem tamen in thorum priùs non admiſit quàm adulterij ſuſpicionem ſolenni legum ritu purgaſſet, cum liberis parens conciliatus, hiſque geſtis Lotharius in Italiam ſeceſſit, Pipinus in Aquitaniam, Ludouicus in Bajoariam patris permiſſu.

Varinus fuit Comes Aruernorum
Lambertus Comes Doléſis ex ſtirpe Leocadij Senatoris Bituricenſis
Calmeus Hiſt. Bituricenſ. lib. 3. cap. 2.

Lib. 1. Lib. 5. c. 11. Nitardus & Continuator. Aimoini.

Anno DCCCXXXI. à Ludouico P. coactum Concilium apud Theodonis villam, in eo adfuit Bernardus. Comes qui dudum in Hiſpaniæ finibus exularat, duello ſe purgaturus ex ſolenni more Francorum; ſed deficiente accuſatore ſacramentis purgatus eſt. Ad hoc Concilium vocatus Pipinus conuentui ſe ſubduxit, poſt placitum autem ſerius conparuit, eius contumaciam caſtigaturus parens eum per aliquod tempus apud ſe detinuit, ſed ille diſciplinæ impatiens in
Lib. 5. c. 13. Aquitaniam elapſus eſt Vit. Ludouic. P. Continuat. Aimoini.

Anno DCCCXXXII. Concilio apud Aurelianum oppidum coacto, Pipinus eò vocatus inuitus ac reluctans occurrit: eo tempore Bernardus Comes olim fidus & conſiliorum omniam particeps, Ludouico P. in fidei ſuſpicionem deductus, quòd Pipino à conſiliis eſſet, & cum eo verſaretur in Aquitania. Rei explorandæ cauſâ ſuperato Ligeri Ludouicus cum Comitatu venit, Iocundiacum palatium quod eſt in pago Lemouicenſi, ventilatâ cauſâ cùm accuſator deficeret, nec accuſationem duello ſuſtinere paratus eſſet, honoribus, id eſt beneficiis, quæ à Rege tenebat, priuatus: Pipinus ſub cuſtodia priuata Treuiros perductus: ſed cum laxiùs cuſtodiretur, noctu è cuſtodia elapſus quaque verſum ſecurè vagatus, donec Ludouicus Aquitaniâ rediret, Pipinus omni ſtudio à patre reuocatus: ſed patris vota nequaquam audiit & Ludouicus ipſe fuſis copiis improuiſo impetu Aquitanicorum, tranſmeato Ligeri hyemandi causâ rediit in
Lib. 5. c. 13. Galliam Vit. Loudou. P. Continuat. Aimoini.

Digitized by Google

Eodem anno in cœlo ſpectata eſt maxima pugna volucrum, diuiſis agminibus, per ſex dies, magnâ hinc inde ſtrage in confinio pagi Toloſani, & Cadurcini, triſte futuri inter Ludouici liberos belli augurium: hanc ſatis eleganti carmine deſcripſit Theodulfus Aurelianenſis, ex quo pagum Toloſanum & Cadurcinum confines intelligere eſt. Lib. 4. carm. 8.

Nempe Toloſani locus eſt, ruriſque Caturci
Extimus hoc finit pagus vterque loco.

Anno DCCCXXXII. Normanni prioris irruptionis ſucceſſu illecti Aquitanicam oram piraticis incurſionibus rurſus infeſtam habuere, Herio inſulam ferro & igni vaſtarunt, hoc caſu monaſterium quod olim ibi à S. Philiberto conditum erat à monachis deſtitutum. Ademar.

Anno DCCCXXXIII. ad componendas ſimultates quæ erant inter Ludouicum P. & liberos, Gregorius IV. P. tranſiit in Galliam, ſed triſti euentu. Ludouicus in concilio apud Compendium habito per ſummum nefas exauctoratus, ſed poſteà ægrè id ferentibus Francis idem reſtitutus imperio: præcipuam ei reſtituendo dedere operam VVillelmus Comes ſtabuli, & Eggebardus Comes, adductis in partes Ludouici quotquot poterant è Francia, Burgundia, & Aquitania. Hugo Abbas in Aquitaniam miſſus Pipinum hortatus vt ad paternum obſequium rediret, interim Bernardus & Varinus in Burgundia plebem ad bellum ſolicitabant, reſtitutus Ludouicus Pipinum apud Cariſiacum villam benignè ſuſcepit Vita Ludou. P. Continuat. Aimoin. Lib. 5. c. 14.

Anno DCCCXXXV. Odo & VVillelmus Comites

Digitized by Google

partium Ludouici, infeliciter conſecto prœlio cum Lamberto Comite, & Matfrido qui Lotharij partes in Neuſtria fouebat cæſi, Cabillonum ciuitas à Lothario capta, & incenſa, capta vrbe Goſzelinus, & Samila Comites & Madalelmus Vaſſus Dominicus adclamatione militari capite multati, nec non Getberga filia VVillelmi Comitis, quaſi venefica aquis præfocata, Varino Comiti Aruernorum vitam condonauit Lotharius, ita vt eum in ſuam fidem iureiurando obſtringeret Vit. Ludouic. P. Continuat. Aimoini, Nithardus.

Lib 5. c. 15. lib. 1.

Anno DCCCXXXVI. in Concilio Aquiſgranenſi auditæ in Pipinum Regem Aquitaniæ, & ſuos antiſtitum querelæ de ereptis in Aquitania rebus Eccleſiarum, res Monaſterij S. Germani Pariſienſis in Aquitania ſitas à Pipino in fiſcum conuerſas euindicauit Hilduinus Abbas vt pote ſacri palatij Capellanus, hac de re Pipinus à patre, & Epiſcopis Galliarum admonitus, lubens monita obaudiit, & villas S. Germani Monaſterio ereptas reſtituit: harum nomina fuere Vernogilus, Lixiacus, Sixiniacus, Noueridus, Caſiliacus, Quinciacus, villa Buſlana, quæ omnes in Aquitania cœnobio S. Germani acceſſerunt ex beneficio Caroli M. & Ludouic. P. vita Ludouic. P. & Continuator. Aimoin. ex donatione Chilperici I. habuit & idem cœnobium duo prædia in pago Cadurcenſi quorum vni nomen Ipiacus, alteri autem Adiacus teſte Aimoinio.

Lib. 5. c. 17.

Lib. 3. c. 57.

In Aquitania multa latifundia poſſedit & Remenſis Eccleſia ex donatione Clodouei in Remigium, auctore Fortunato in ipſius vita apud Surium, pro rebus

Tom. 1. Ianu. 13.

Rhemenſis Eccleſiæ in pago Aruernico ſitis præceptum immunitatis à Pipino Aquitaniæ rege impetratum per Ebonem Rhemenſem Archiepiſcopum de quo Flodoard. pro rebus eiuſdem Eccleſiæ in Aquitania tuendis variæ ab Hincmaro Rhemenſi Epiſcopo ſcriptæ ſunt litteræ eidem Pipino, & aliis, teſte eodem Flodoardo. Lib. 2. Rhem hiſt. c. 19. Lib 3. eiuſd. hiſt. c. 10. 21. 24. & 26.

Eodem anno in Concilio Lugdunenſi, cui interfuit Ludouicus P. cum omnibus liberis dempto vno Lothario, ventilata eſt cauſa Gothorum; id eſt lis quæ erat inter Bernardum & Berengarium, Hunroci, aut ſi mauis Huronici Comitis filium de Toloſano Comitatu, quæ cauſa Gothorum dicitur, quod Gothi, id eſt Septimani ſtudiis diuiſi, alij Bernardum, alij Berengarium expeterent: ſed Berengario intempeſtiuâ morte prærepto lis ſoluta eſt, & Septimaniæ poteſtas apud Bernardum remanſit, legatis eò miſſis, qui prouinciæ res componerent, & quæ emendatione indigebant reformarent. Vita Ludouic. P. & Continuat. Aimoin. Lib. 5. c. 17.

Digitized by Google

CAPVT XVII.

Angeriacenſe Brantoſmenſe & S. Cypriani Monaſteria fundata à Pipino Rege Aquitaniæ, An caput D. Ioannis Baptiſtæ fuerit apud Angeriacenſes. Septimani vindicant legem auitam id eſt Romanam, Pipini Regis Aquitaniæ obitus, eius educatio, vita & mores. Pipini liberi ex filia Theodberti Comitis Pipinus Iunior, Carolus, Berta, & alia cuius nomen latet. Robertus Comes vnus è Primoribus Aquitaniæ, Normannorum irruptio in Aquitaniam.

PER hæc tempora Pipinus Rex Aquitaniæ pietatis non expers hæc in Aquitania monaſteria exædificauit, Angeriacenſe in Santonibus in honorem D. Ioannis in Angeriaco oppido, cui inde nomen S. Ioannis Angeriacenſis, vulgò *S. Iean d'Angely*, Brantoſmum in Petroco-
Lib.2.c.5. riis, & S. Cypriani apud Pictauos. Auctor vitæ S. Genulfi, *Pipinus verò filius eius*, loquitur de Ludouico P. *hæc ædificauit cœnobia, Ingeriacum videlicet, atque Brantoſmum, & apud Pictauos Monaſterium Sancti Cypriani.* Angeriacenſe Monaſterium à Pipino Ludouici P. filio conditum & ibi S. Ioannis præcurſoris Chriſti caput, quod à monacho quodam Alexandria delatum

fertur locatum, ſi fides commentario hac de re edito in calce operum D. Cypriani, malè VVernerus hoc refert ad annum DCCXLIV. quod incideret in tempora Pipini patris Caroli M. Sed quomodo Baptiſtæ caput Alexandria in Aquitaniam peruenerit non video. Primùm ſcio eius oſſa condita apud Samariam, quæ poſteà appellata eſt Sebaſte, quo cultu ibi eſſet illius ſepulchrum ſua ætate teſtis Hieronymus in Oſeam. *Samaria, quæ poſteà ab Auguſto Cæſare appellata eſt Auguſta, id eſt σεβαςὴ in qua oſſa Iohannis Baptiſtæ condita ſunt.* & idem in Abdiam: *Sepulchrúmque eius* (loquitur de Abdia) *vſque hodie cum manſoleo Helizæi prophetæ, & Baptiſtæ Iohannis in Sebaſte venerationi habetur quæ olim Samaria dicebatur:* poſteà eiuſdem Diui caput ſub Valentis tempore inuentum, & in Coſlai vico prope Chalcedonam depoſitum, ac inde Imperante Theodoſio iuniore, Conſtantinopolim tranſlatum, & in baſilica magno ſumptu in eius honorem ædificata in Hebdomo poſitum, vt conſentiunt Socrates, Sozomenus, Theodoritus, Nicephorus Calliſtus, nec vllo caſu ſacrum pignus Conſtantinopoli abreptum legitur, & ſcriptum illud de inuentione capitis S. Ioannis Baptiſtæ modò memoratum à Gelaſio apud Gratianum refertur inter apocrypha. Non ignorarunt Græci, Angeriacenſes Monachos Aquitanicos Ioannis Baptiſtæ caput ſibi aſſerere, ſed eos hac de re riſit Alexius Imp. in epiſtola quæ extat apud Guibertum. *Sequitur demum poſt Apoſtolorum inlationem, & dicit apud ſe beati Ioannis Baptiſtæ caput haberi, quod quamuis falsò dicat hodiéque ac ſi viuentis capillis, ea certe videatur inſigniri: quod ſi verum eſt, quærendum apud Angeriacenſes eſt Monachos,*

In Faſc. tẽp.
In cap. 1.
In cap. 1.
Lib 5. c. 119.
Lib. 7. c 21.
Lib. 3. c. 6.
Lib. 12. c. 49.
Can. Sancta 15 diſt.
Lib. 1. Hiſt. hieroſol. p. 476.

Digitized by Google

de cuius Baptiſtæ Ioannis capite glorientur, cùm pro certo habeamus, neque duos Ioannes fuiſſe Baptiſtas, neque vnum ipſum, quod dici nefas eſt, fieri potuiſſe bicipitem : Vt vt ſit non deſiit ſua religio Ioanni Angeriacenſi, & quæ ſemel animos occupauit opinio, Ioannis Baptiſtæ caput hoc loco haberi, multis ſæculis perſtitit, etiam apud exteros. Rogerus Houedenus in Ioanne. *Eodem*
ad ann 1202. *anno Philippus Dunelmenſis Epiſcopus fuit die Paſchæ in eundo versùs ſanctum Iacobum, apud S. Ioannem de Angeli, vbi eſt caput S. Ioannis Baptiſtæ.*

Anno DCCCXXXVII. in Concilio apud Cariſiacum habito, cui interfuit Pipinus Rex Aquitaniæ, Carolus vnus è Ludouici liberis ex Iudita ſecunda coniuge, virilibus armis, id eſt gladio accinctus idémque corona regia donatus, Neuſtriam in Regni ſortem accepit. Eodem in Concilio adfuere omnes fere Septimaniæ nobiles, & querelam depoſuere aduersùs Bernardum Ducem, quòd ipſius ſatellites res ſacras & priuatas pro libidine raperent; ac petiere vt regia ſub tuitione ponerentur, taléſque miſſi dirigerentur, qui ablata cuique æquo iure reſtitui curarent, & auitam, id eſt Romanam eis legem conſeruarent. Huius rei cauſa à Ludouico in Septimaniam miſſi Bonifacius, & Donatus Comites, & Adreualdus Flauiacenſis Abbas.
Lib. 5. c. 17, lib. 1. Continuat. Aimoin. Nithard.

Anno DCCCXXXVIII. Sæuus Cometes in cœlo viſus in ſigno Scorpij ſub ſolis occaſum; non multò poſt ſecuta mors Pipini Regis Aquitaniæ. Continuat. Aimoini, Nithardus. Hunc Pictauis apud Sanctam Rade-
Lib. 2. c. 11. gundem ſepultum ſcribit Auctor vitæ S. Genulfi. Hic à puero ſacris à patre deuotus, & diſciplinæ cauſa

Drogoni

Drogoni Metenſi Epiſcopo auunculo traditus ab eius magiſterio abreptus per Lotharium fratrem, dein Aquitaniæ Rex deſignatus, licentiâ regni corruptus vino & crapulæ ita ſe immerſit, vt eius vitio mente captus ſit, ac tandem accedente maniâ turpiter vitam finierit, non ſinè iudicio diuino, quòd parentis votum, ſeu deſtinationem ſpreuiſſet, vt viſum Reginoni Abbati. *Fuit verò iſte Pipinus filius Pipini filij Ludouici Imperatoris de quo ferunt, quòd eum pater videlicet Ludouicus Imperator, dum adhuc puerilis eſſet ætatis, voluerit ad clericatus officium promouere, ac Drogoni Epiſcopo Metenſi auunculo videlicet ſuo commendare erudiendum liberalibus ſimul & Eccleſiaſticis diſciplinis: ſed pater, in votis Lotharius frater eiuſdem pueri, nequaquam permiſit eum attonderi, ſed vi abſtraxit de manu patris; erat enim idem puer vt ajunt ingentis pulchritudinis, cui poſtmodum Ludouicus Imperator pater ſuus, cùm imperium diuideret Aquitaniam prouinciam tantum conceſſit; ſed non ei in proſperum ceſſit, quod à dei cultura & ſeruitio ſubtractus eſt; ebrietatibus enim, & commeſſationibus, die noctuque vacans ad extremum mente captus, in maniacam incidit paſſionem & præſentem vitam cum dedecore amiſit, ſucceſſorem relinquens Pipinum filium.* Ad ann 853.

Hic vxorem duxit filiam Theodberti Comitis Matricenſis ſeu Metenſis, eandémque ſororem Roberti Comitis ex quâ duos filios ſuſcepit, Pipinum & Carolum, & totidem filias, auctore anonymo ſcriptore vitæ S. Genulfi; vni è puellis nomen fuit Berta, quæ Lib. 2. c. 6. nupſit Gerardo Roſſilionæo, & vnà cum eo fundauit Monaſterium Vezeliacenſe in finibus Burgundiæ, vt

Digitized by Google

Lib. 1. epiſt. 150. Gerardi Roſſilionæi meminit Flodoard. lib. 3. c. 25. 26. Lupus Ferrar. ep. 28. & 122. auctor. Chr. Altiſſ. ad an. 865.

Lib. 5. c. 19.

eſt apud Innocent. III. alteri quod nomen fuerit, nos latet, ea nupſit Rothario Comiti, vnde Gerardus & Rotharius Comites agnoſcuntur generi Pipini Regis à Continuatore Aimoini.

Robertus Comes fuit vnus è primoribus Pipini & coniugem duxit nobiliſſimam puellam Aganam nomine, filiam Vifredi Comitis Bituricenſis ex Berta vxore, teſte eodem auctore vitæ S. Genulfi loco modo laudato.

Eodem anño Normannos armis infeſtos habuit Aquitania; cum his in Herio inſula pugnauit Rainoldus Comes Arbatilicenſis, ſed victus, fugatúſque eſt, teſte Ademaro.

RERVM AQVITANICARVM.

LIBER VIII.

CAPVT I.

Noua diuiſio rerum à Ludouico facta inter Lotharium Ludouicum, & Carolum Caluum, in qua Carolo ceſſit Aquitania. Hinc occaſio belli inter Carolum & Pipinum Iuniorem. Ebroinus Pictauienſis Epiſcopus, Abbas S. Germani Pariſ. & Archicapellanus Palatij, Archicapellani dignitas. Tranſlatio corporis S. Philiberti. Agobardi Lugdunenſis Epiſcopi obitus in expeditione Aquitanica Epiſcopi & Abbates obnoxij oneri militiæ. Bernardi Ducis Septimaniæ conciliatio cum Carolo Caluo, cruentum prœlium Fontaneticum inter Ludouici P. liberos.

ANNO DCCCXXXVIII. poſt mortem Pipini Regis Aquitaniæ, in Conuentu VVormatiæ habito nouam rerum diuiſio-

Digitized by Google

Vit. Ludou. Pij. Nithard. lib. 1 contin. Aimoin. lib. 5. c. 19.

nem iniit Ludou. P. inter ſuperſtites liberos Lotharium, Ludouicum, & Carolum natu minorem. Hac diuiſione Aquitania Carolo tranſcripta, inofficioſè repulſo Pipino iuniore nepote ex filio cognomine. Hanc ob rem ſtudiis & factionibus in partes diuiſi Aquitanici, aliis ſtudentibus Carolo, aliis Pipino Iuniori, Caroli partium principes fuere Ebroinus nobiliſſimus Pictauienſis Epiſcopus, Gerardus & Rotharius Comites olim generi Pipini Regis, & quamplures alij proceres Aquitaniæ. Non defuere qui Pipini Iunioris partes tuerentur ægrè ferentes filium paterno regno nihil demeritum ſpoliari, quos inter primarius fuit Euienus ſeu Emeno Comes, qui aſſumpto Pipino per vniuerſam Aquitaniam latè vagatus, tutelæ Pipini ſpecie, prædas paſſim agens. Ludouicum Auguſtum nihil cunctatus adiit Ebroinus Epiſcopus, ſéque & potiores Aquitaniæ regium in obſequium paratos obteſtatus, Auguſtum vt quamprimum accurreret rogauit, vt ſurgenti lui priuſquàm latiùs ſerperet mederetur, Ebroinum non ſine multa grati animi demonſtratione Auguſtus dimiſit, eique in Commendam dedit Abbatiam S. Germani Pariſienſis, tum fortè vacantem morte Hilduini Abbatis, & quibuſdam mandauit vt ſibi ſub autumnum Cabillonum occurrerent, quo indictum erat Concilium. Ludouici in Pipini liberos aſperitatem excuſat author eius vitæ &

Lib. 5. c. 19.

Continuator Aimoini, quaſi non infenſo animo id factum ſit, ſed vt iuniori principi conſuleretur, ne patris exemplo, licentiâ regni corrumperetur, & contagio leuiorum morum Aquitanorum. *Nullus*, inquit, *porrò ſuccenſeat Imperatori, quòd dictante crudelitate nepotem*

ſuum regno priuare voluerit, cum ipſe morem gentis natiuum nouerit, vt pote connutritus illis & quia leuitati, atque aliis ſtudentes ſunt vitiis, grauitati, atque ſtabilitati penitus renunciarunt, & vt talem Pipinum patrem eius facere poſſent pene omnes qui ob cuſtodelam illius miſſi erant ſicut ſibi olim à patre Carolo dati fuerant, ab Aquitaniæ finibus eliminauerunt: poſt quorum abſceſſum quanta & qualia emerſerint malorum vitiorumque monſtra & publica & priuata in eodem regno moderna quoque præſentium ſtudia repræſentant, volebat piiſſimus Imperator pie, & rationabiliter educari puerum ne vitiis proſtitutus, nec ſibi præeſſe, ac prodeſſe poſtea poſſet, & cogitans illud quod quidam qui filiis in teneriori ætate adhuc poſitis tradere regnũ nollet taliter ſe excuſaſſe legitur, ego non quod inuideam ex me genitis honorificè eos haberi veto, ſed quia noui hæc adoleſcentibus ſtudia, ferociæ nutrimenta ſuggerere. Ebroinus autem non vnum id meritorum præmium tulit, ſed & factus eſt Archicapellanus ſacri Palatij, & eo nomine præſedit concilio Vernenſi cuius canones transfuſi in Capitula Caroli Calui, vbi is Archiepiſcopus Palatij appellatur: hic fuit apex & faſtigium omnium dignitatum Palatinarum, vnde Archicapellanus dictus eſt Abbas per Antonomaſiam, ſeu Abbas Palatij, vt de Ruſtico legitur in vita Deſiderij Cadurcenſis Epiſcopi: *E quibus Ruſticus à primis pubertatis annis clericus factus, Archidiaconatus officium in vrbe Rutenis, & Abbatiæ ſub Lothario Rege adminiſtrauit*, & expreſſius alio loco: *Ruſticus, vt præfati ſumus, Abbatiam Palatini oratorij quod regalis frequentatur ambitio, & Archidiaconatus officium geſſit*, & idem poſtea Archiepiſcopus palatij meruit appellari, ita in præfatione Conc. Moguntini

Cap. 3.

Hincmar. ep. ad Epiſcop Franc.

Cap. 1.

Cap. 2.

Digitized by Google

memoratur Hildebaldus ſacri Palatij Archiepiſcopus, & hoc iure Ebroinus in Conc. Vernenſi dictus eſt Archiepiſcopus Palatij, eidemque concilio præfuit, eo quod eſſet ſummus capellanus Palatij.

Eodem anno Concilium ex condicto habitum apud Cabillonum, quo ſoluto Auguſtus cum Iuditha coniuge, & Carolo filio in Aquitaniam ad res componendas contendit, & ſuperato Ligeri Clarummontem Aruernorum oppidum adiit, & fideles ſibi obuios perbenignè ſuſcepit, ac ſacramentis in Caroli fidem obſtrinxit; nonnullos qui fidem & obſequium detrectarunt, ac latrociniis, prædiſque exercitui valde infeſti erant, captos quæſtioni ſubiici iuſſit: inde Pictauum pedem promouit, vbi natalem Chriſti ſolenni cultu exegit. Dum hîc, poſitus eſſet accepto nuntio Alemanniam à Ludouico armis occupatam, eò protinus cum copiis aduolauit, relicto Carolo cum Iuditha matre in Aquitania, ad continendos in fide & obſequio prouinciales. Vita Ludouic. Pij. Continuator, Aimoini, Nithardus, Ado Viennenſis.

Lib. 5. c. 19. lib. 1.

Anno DCCCXXXIX. metu Normannorum corpus S. Philiberti ex Herio inſula tranſlatum in Burgundiam Ademar.

Anno DCCCXL. mortuo Ludouico Auguſto de Regno Aquitaniæ certatum inter ſuperſtites eius filios, Lotharium, Ludouicum, & Carolum qui dictus eſt Caluus; & Pipinum Iuniorem nepotem ex filio. Sub id tempus Agobardus Lugdunenſis Epiſcopus apud Santonas in Aquitania, regia in expeditione deceſſit. Ado Viennenſis. *(Agobardus Lugdunenſem ſedem recepit, poſt paucolos annos) Agobardus apud Sanctonas in expedi-*

tione regia poſitus defungitur. Hâc ætate nimirum Epiſcopi ipſi, & Abbates militiæ onere non vacabant, quod vetuit Nicolaus I. in Epiſt. ad Ludouicum & Carolum. *Reprehenſibile valde conſtat eſſe quod ſubintuliſti dicendo maiorem partem omnium Epiſcoporum, die noctúque cum aliis fidelibus ſuis contra Piratas maritimos inuigilare, ob idque Epiſcopi impediantur venire; cum militum Chriſti ſit Chriſto ſeruire, militum verò ſæculi, ſeculo,* &c. & ante Concil. Sueſſionenſ. I. *Abbates legitimi hoſtem non faciant, niſi tantùm homines eorum tranſmittant.* Nec detrectarunt antiſtites militare obſequium per vicariam militum ſuorũ manum. Hincmarus Rhemenſis in Epiſtola ad Epiſcopos conprouinciales. *Exhibeamus & iam vnuſquiſque noſtrûm pro viribus contra omnes hoſtes ſanctæ Eccleſiæ & principis noſtri milites de Eccleſiis noſtris, qui cum primoribus ad hoc deputatis dimicent, pro vt Dominus auxilium dederit, & cooperari dignatus fuerit.*

Epiſt. 27. can. reprehenſibil. 23. qu. 8.

Cap. 7.

Eodem anno intercedente per Legatos Lothario, placitum apud Bituricas condictum inter Carolum & Pipinum, & Carolus ad diem eò adfuit, ſed Pipinus defuit irritâ ſuorum fide, qui eum non defuturum iureiurando cauerant. Eodem tempore Carolus accepto nuntio Pipinum in Aquitania Iuditham matrem infeſtis armis vrgere, ocyùs cum lecta militum manu eò properauit, & facto impetu Pipinum fudit, fugauit, Nithard. Lib. 2.

Anno DCCCXLI. inter Carolum & Lotharium pactæ induciæ, vt interim Carolo cederet Aquitania cum Septimania Prouincia, & Comitatibus decem inter Ligerim & Sequanam, donec Attiniacum coire-

tur octauo idus Maias litis penitus definiendæ gratiâ, Nithard. Lib 2.

Eodem anno Carolus Caluus apud Aurelianum Theobaldum & VVarinum cum quibuſdam è Burgundia ad ſe venientibus, gratanter & benignè ſuſcepit; Bernardum Ducem Septimaniæ Niuernum ſibi occurrere iuſſit; ſed is defuit, cauſatus ſe Pipino & ſuis ſacramento obligatum eſſe, ne ſine eius conſenſu, cum quopiam pactum iniret, vt moras necteret, ſe ad illum profecturum promiſit, quò cum Carolo conciliaret, niſi obaudiret, ſe iuramento abſolutum intra decimum & quintum diem, ad ipſum reuerſurum & ipſius ditioni ſe traditurum. Carolus rei præſtolans euentum Bituricas Bernardo occurrit, ſed ægrè ferens ſe deceptum, eum comprehendere decreuit: ſed Bernardus ſibi cauens fugâ euaſit, nonnulli ex eius miniſtris cæſi, alij capti, vniuerſa eius ſuppellex direpta, hoc caſu Bernardus humilior effectus, ſupplex ad Carolum acceſſit, cùmque eo in gratiam rediit. Nithard. Lib. 2.

Eodem anno de ſumma belli actum apud Fontanetum in finibus Burgundiæ, hinc Ludouicus & Carolus coniunctis copiis, quibus ſuppetias venit Iuditha cum lecta Aquitanorum manu: inde Lotharius & Pipinus ſuis quiſque copiis inſtructi, vario marte pugnatum: primo impetu ſuperior extitit Lotharius: ſed mox aduenience Varino Duce cum Toloſanis, & Aquitanis prœlium acriùs inſtauratum, & Lotharius fuſus fugatúſque eſt autor vitæ S. Genulfi Continuator Aimoini Nithard. prœlium adeò ſæuum & cruentum fuit, vt nobiles fere omnes Galliæ hic ceciderint, & omne robur Francorum hic extinctum ſit: hâc clade infelix

Lib. 2 c. 11. Lib. 5. c. 19. lib. 2. Sigebert. ad ann. 842.

Digitized by Google

infelix patria, viris & viribus exhauſta facilè patuit Normannis in prædam.

Bernardus neutras partes ſecutus, huic prœlio defuit, etſi non longiùs quàm tres leucas abeſſet: prœlio facto vbi Carolum victorem accepit, VVillelmum filium ad eum miſit, vt ſeſe ei commendaret iuſſum, ſi honores quos is in Burgundia tenebat ratos faceret. Carolus legationem lubens audiit, & Guillelmo omnia ex voto conceſſit. Nithardus. Lib. 3.

Capvt II.

Iterata diuiſio inter Ludouici liberos in qua Aquitania manſit penes Carolum Caluum, Comites ab eodem diſpoſiti per Aquitaniam, Varinus an fuerit Dux Aquitaniæ, Gerardus Roſsilioneus Comes Bituricenſis, Aquitania armis reppetita à Normannis, Seguinus Comes Burdegalenſis ab eiſdem cæſus in prælio. Rodulfus Bituricenſis Archiepiſcopus, Narbonenſis Epiſcopus ſub primatu Bituricenſi. Giſalbertus Aquitaniæ præfectus rapit Lotharij natam Pipinus Iunior certis Comitatibus in Aquitania donatur, quò ad ei plenius ſatisfieret.

ANno DCCCXLIII. Inter fratres pax apud Virdunum inita per legatos vtrinque lectos, &

Digitized by Google

Regnum Francorum inter eos diuiſum. Carolo ceſſit Gallia occidentalis, qua patet ab Oceano, hinc ad ad Moſam & Scaldim, inde ad Rhodanum & Ararim. Ludouico Germania Tranſrhenana, cum nonnullis cis Rhenum vrbibus & pagis propter vini copiam. Lothario Italia cum Prouincia & ea Galliæ parte, quæ inter Moſam, Scaldim, & Rhenum ſita eſt, quæque non ab illo Lotharingia eſt appellata, vt putauit Continuator Aimoini, Sigebertus & alij, ſed à Lothario Iuniori eiuſdem filio, qui eandem prouinciam in partem regni ſortitus eſt. In ea diuiſione Carolus Aquitaniam & Vaſconiam cum reliquis occiduæ Galliæ Prouinciis obtinuit, teſtes Adreualdus Floriacenſis. *Verùm piiſſimo Auguſto Ludouico carnis onere ſpoliato regnum Francorum trifariam diuiditur, atque à tribus eiuſdem Imperatoris filiis ad regendum ſuſcipitur & maior quidem natu Lotharius, Franciam cum Italia, Ludouicus Saxoniam, omnemque Germaniam: Carolus autem Iunior Burgundiam cum Aquitania poſſedit.* Ado Viēnenſis. *Carolus quoque medietatem Franciæ ab Occidente, & totam Neuſtriam, Britanniam & maximam partem Burgundiæ, Gotiam, Vaſconiam, Aquitaniam, ſubmoto inde Pipino filio Pipini*, ſubaudi obtinuit, & Vitichindus Germanicus ſcriptor. *Carolo Aquitaniæ, & VVaſconorum ceſſere regiones.* Regnum omne Francorum præter Longobardiam Baioariam & Aquitaniam in tres partes diuiſum, ac electionem partium Lothario conceſſam, ſcribit Nithardus, ſed Aquitaniam velut præcipui iure manſiſſe penès Carolum ſatis innuit idem Author ex eo quod ſequitur, Carolum mox Aquitaniam ordinaturum adiiſſe; & *Lodhuuicus quidem Sa-*

Lib 5. c. 19. ad ann. 8 4

Lib. 1. de Mirac. S. Benedict. c. 1.

Lib. 4.

xoniam, Carolus verò Aquitaniam ordinaturi adeunt. Hac diuiſione Pipinus Iunior Pipini Regis filius Aquitaniæ regno multatus, is tamen etiam poſt hanc diuiſionem regem Aquitaniæ ſe geſſit, & eo forte deceptus Continuator Aimoini ſcripſit Aquitaniam Pipino Iuniori in partem obtigiſſe in diuiſione regni cum patruis. *Pipinus autem Aquitaniam poſſedit.* Lib.5 c.19.

Eodem tempore Aquitaniâ in partem aſſignatâ Carolus Prouinciam ordinaturus in eam venit, per ſingulas ciuitates Comites inſtituit, & præſidia opportunioribus locis diſpoſuit; Aruernis præpoſiti ſunt Modoinus Auguſtodunenſis Epiſcopus, & Autbertus Auallenſium Comes; Lemouicibus Geraldus princeps & charus olim Pipini Regis Aquitaniæ: hic idem qui Gerardus Roſſilionæus gener eiuſdem Pipini, Engoliſmæ Reindardus, ſiue Regnoaldus Comes. auctor eſt Lupus Ferrarienſis in Epiſt. ad Ionatem Aurelianenſem Epiſcopum. *Pridie, hoc eſt tertio Idus Auguſtas, poſt horam nonam homines noſtri ab expeditione Aquitanica reuerſi, cuncta proſpera retulerunt; namque Aquitaniæ tutela tripartito diuiſa eſt, ſecundum opportunitatem locorum, militarium virorum multitudine diſtributa, quarum vni parti, quæ apud Clarum-montem agit, præeſt Modoinus Auguſtodunenſium Epiſcopus, & Ausbertus Auallenſium Comes, cum aliis quibuſdam; alteri quæ Lemouicis verſatur præſidet Gerardus Princeps quondam & charus Pipini Regis, cum ſociis ad idem negotium idoneis; tertiæ verò prælatus eſt Reindardus Comes Engoliſmæ conſtitutus.* Epiſt. 28.

Præter Comites modò laudatos eodem tempore Varinus olim Comes Aruernorum, à Carolo Caluo

præfecturam in Aquitania ſuſcepit; Aquitaniæ Ducem fuiſſe non leuis eſt coniectura, quòd idem Dux appellatur à Nithardo: *Carolus verò in Aquitaniam Pipinum fugauit quo latitante nihil aliud notabile efficere valuit, præter quod VVarinum quondam Ducem, cæteróſque qui ſibi videbantur ob cuſtodiam eiuſdem patriæ, inibi reliquit.* Idem ante memoratur fuiſſe Dux Toloſanorum, & prœlio Fontanetico egregiam nauaſſe operam cum Toloſanis & Aquitanis, ita vt præcipuam victoriæ laudem tulerit. Auctor vitæ S. Genulfi. *Poſt cuius extrema tres filij eius pro Regno Aquitaniæ, quo frater eorum Pipinus regnauerat inuicem diffidentes bello decertare contendunt, quod & factum eſt, apud Fontanetum Burgundiæ locum*, &c. & mox, *& Lotharius quidem primo impetu victor extitit, ſed mox reſumptis viribus ab VVarino Duce Toloſano & Aquitanis fugatus eſt.* Idem Ademarus. *Et primùm Lotharius victor fuit, ſed ſubito VVarinus Dux cum Toloſanis & Prouincianis ſuperueniens bellum reſtaurauit, & fugatus eſt Lotharius.* Quo loco apud Carolum Caluum fuerit VVarinus intelligere eſt, quòd in conuentu Colonienſi habito à Carolo Caluo, cuius geſta referuntur inter eiuſdem Capitula, ſolus nominatur inter proceres, qui placito ſubſcripſere.

Lib. 4. — Lib. 2 c. 11 — Tit. 1.

Idem Gerardus variis honoribus functus ſub Carolo Caluo, & poſtea Comitatum Bituricenſem geſſit, vt intelligere eſt ex eo quòd in illo Boſonem ſucceſſorem habuiſſe memoratur. Continuator Aimoini: *Carolus autem filio ſuo Ludouico Boſonem fratrem vxoris eius, Camerarium & oſtiariorum magiſtrum conſtituit, huic & honores Gerardi Comitis Biturigenſis dedit.*

Lib. 5. c. 17.

Sub hoc tempus Normanni Aquitaniam denuò armis tentarunt, contractis copiis Seguinus Comes Burdegalenſis & Santonenſis eis occurrit, ſed infœliciter commiſſo prœlio, à Normannis captus, occiſúſque. Santonum ciuitas ab iiſdem ſuccenſa, & direpta Ademarus: *Alio anno Seguinus Comes Burdegalenſis & Santonenſis, à Normannis captus & occiſus eſt & Sanctonas à Normannis concremata eſt, theſauris eius optimis exportatis*, Normannos per Garumnæ fluminis oſtium viam ſibi feciſſe in Aquitaniam & prælio tentato Seguinum Ducem Vaſconum, in eo captum & cæſum refert Lupus Ferrarienſis in Epiſt. ad Venilonem Senonenſem. *Quidam verò de Aquitania venientes Normannos inter Burdegalam & Santones eruptionem his diebus feciſſe retulere, & noſtros, id eſt Chriſtianos, pedeſtri cum eis prælio congreſſos, & miſerabiliter, niſi quos fuga eripere potuit peremptos, in quo bello comprehenſum Ducem Vaſconum Siguinum, & peremtum etiam iurando teſtati ſunt*, mendosè hunc caſum ad annum DCCCXXXII. refert Iacob. Meyerus. Epiſt. 51. Annal. Belgic. lib. 2.

Anno DCCCXLV. Meldenſi Concilio interfuit Rodulfus Bituricenſis Archiepiſcopus, vt conſtat ex ſubſcriptione patrum Synodi. Idem interfuit Concilio Moguntino II. quod celebratum eſt aduersùs Godeſcalcum anno DCCCXLVIII. teſte Trithemio, & Conc. Tullenſi ann. DCCCLVIII quo inſtante Carolo Caluo, citatus Vvenilo Senonenſis Archiepiſcopus, ex Capitulari Caroli Calui. Hic ante fuit Abbas S. Medardi Sueſſionenſis, auctore Trithemio, fuit & idem Abbas Floriacenſis. Abbatiam etiam cum Archiepiſcopatu retinuit, de quo notatur in eodem In chronic. Hirſaug. Tit. 25. c. 12. Lib. 4. de illuſtr. vir. ordin. s. Benedict. c. 85.

Caroli Calui Capitulari: ad eum ſcripta eſt epiſtola
Can. cóque-ſtus, 9 q. 3. Nicolai I. qua eum perſtringit Pontifex, querente Sigedodo Narbonenſi Archiepiſcopo, quòd quaſi iure patriarchatus cauſas Narbonenſium clericorum eo inuito ſuum ad iudicium euocaret, & de rebus ipſius Eccleſiæ eodem inconſulto diſponeret; cùm non alitér de cauſis Narbonenſis Eccleſiæ tamquam Patriarcha cognoſcere poſſet, quàm per appellationem, vel vacante Eccleſia. Ex quo colligimus Archiepiſcopum Bituricenſem hâc ætate ius Patriatchatus ſibi aſcripſiſſe in prouinciam Narbonenſem, non alia cauſa fuit vt opinor, quàm hæc quod eſſet pars Regni Aquitaniæ, & Patriarchatum Bituricenſem iiſdem finibus ac regnum Aquitaniæ porrigi cenſeret, eo quòd Bituriga eſſet caput totius Aquitaniæ. Vnde idem Rodulfus
ad ann. 866. Adoni Viennenſi appellatur Archiepiſcopus Aquitanorum.

Anno DCCCXLVI. Ob metum Normannorum corpus S. Germani Pariſienſis ab Ebroino Pictauienſi Epiſcopo & Abbate S. Germani tranſlatum in prædium quoddam eiuſdem Eccleſiæ cui nomen Cumbis: eiuſdē Antiſtitis curâ editi ſunt duo libelli de tranſlatione S.Germani per duos Monachos, qui deinde eiuſdem iuſſu per Aimoinum Monachum eiuſdem Mona-
Iulij 25. ſterij cultiore ſtylo in vnum compacti, teſte ipſo Aimoino apud Surium.

Anno DCCCXLVI. Giſalbertus Aquitaniæ Præfectus Lotharij Imp. filiam rapuit, abductámque in Aquitaniam vxorem duxit, vnde grauis & acerba Lotharij aduersùm Carolum quem doli participem ſuſpicabatur, orta eſt ſimultas, verùm Ludouico Transrhenano

intercedente diſſenſio compoſita iureiurando per Carolum interpoſito ſe raptus inſcium eſſe, & diſplicere coniugium Annales Pithœani, Auentinus, & Nicol. Vignerius. Lib. 4. Ann. Boior. In Chronic. Burg.

Anno DCCCXLVII. Pipinus Iunior pro Aquitaniæ regno Comitatibus aliquot in Aquitania contentus eſſe iuſſus quo ad pleniùs ei proſpiceretur, ex pacto inito inter tres Reges Lotharium, Ludouicum, & Carolum Caluum: quod refertur inter Capitula eiuſdem Caroli. *Sciatis quia fratres noſtri & vos noſtros miſſos ad communem nepotem noſtrum in Aquitaniam mittimus, & ei tales Comitatus deſignatos mandamus, in quibus ipſe cum ſuis interim ſufficienter eſſe poſſet, & fideles dilecti fratris noſtri Caroli de illo regno pacem habere poſſint, vſque dum idem nepos noſter ad commune placitum noſtrum veniat ad quòd cum tali ſecuritate à nobis accepta eum venire mandamus, vt ſanus venire, & ſanus ſtare, & ſanus reuerti quantum illum Deus ſaluare voluerit poſſit,* &c. Haud tamen Pipinus Regis Aquitaniæ nomine abſtinuit, Aquitani gentilitiâ leuitate in partes diuiſi, his in Carolum illis in Pipinum inclinantibus inuicem prædas egerunt, vnâ pauperum ſalus fuit res ſuas tutelæ causâ in Eccleſiis deponere. Hincmarus in vita S. Remigij apud Surium. *Cùm autem defuncto Ludouico Imperatore Aquitani gentilitiâ mobilitate abſque iugo principis, prout quiſque poterat ſe efferre, & ad inuicem pugnare, ac per continuos pagos debacchari cœperunt, pauperes homines ſubſtantiolas ſuas in Eccleſiis reponere ſtuduerunt,* &c. Bello flagrauit vniuerſa Aquitania, huius cauſa, delectus totâ Galliâ habiti à Carolo, etiam Abbates ſuis ſtipendiis ad eam expeditio- Tit 7.

Digitized by Google

Epiſt. 24 nem coacti. Odo Abbas Ferrarienſis epiſt. ad Ludouicum. *Namque poſtquàm vobis auxiliantibus impetratâ licentiâ, ab expeditione Aquitanica grauatus infirmitate redij, eadem pene ſemper attritus nec dum reualui, quæ res ne cum aliis ad conductum occurrerem placitum prohibuit; miſi tamen homines noſtros vnà cum Comite pagi, qui expeditionis officia more ſolito exequerentur*, Lupus
Epiſt. 32. ipſe, & alia epiſt. ad eundem. *In expeditione Aquitanica olim vt noſtis omnia perdidi, ſuperiore anno miſſus in Burgundiam decem equos amiſi*, &c. & idem alia epiſt.
Epiſt. 91. ad Marcuuardum Abbatem. *In Aquitanica congreſſione manifeſta morte liberatus, poſt captiuitatis moleſtias ſolutus vtroque periculo ingenti Dei gratiâ, cui maximè præſidebam, & Sanctorum eius beneficio, præterea cuiuſdam Turpionis ereptus, integra valitudine ad Monaſterium* III.
Epiſt. 92. *Nonas Iulij remeauimus*, & idem ſequenti epiſt. ad Ludouicum: *cùm autem ab Aquitania Dei ſeruatus clementiâ reuerſus eſſem & à tantis calamitatibus quas pro Regis fidelitate paſſus fueram vellem aliquantulum requieſcere fama diſperſit datum noſtrum Monaſterium Egilberto.*

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT III.

Burdegala & aliæ Aquitaniæ vrbes captæ, & ſuccenſæ à Normannis. Hinc clades Monaſteriorũ Aquitaniæ & caſus Monaſticæ religionis, Ranulfus Comes Pictauienſis victus à Normannis, VVillelmi Ducis Gothiæ, & Sancionis Comitis Vaſconiæ defectio à Carolo Caluo, Pipinus Iunior & Carolus fratres capti, & in Monaſterium detruſi.

ANNO DCCCXLVIII. à Normannis captæ & igni ſuccenſæ Burdegala, Metullum vicus prope Burdegalam, Petrocoriorum ciuitas, Santonis, Engoliſma, Lemouicum, Pictauis, Aruernum, & aliæ Aquitaniæ vrbes. Ademarus: *His temporibus Normanni diffuſi ſunt per Aquitaniam, quia Duces eius inter ſe bellis deciderant, nec erat qui eis reſiſteret, & concrematæ ſunt ab eis Herio inſula, & Monaſterium Deas, Burdegala, Sanctonas, Engoliſma, Lemouicas, Pariſius, Turonis, Beluacus, Nouiomagum, Aurelianis, Pictauis & innumera Monaſteria, & caſtella deſtructa,* Burdegalam à Normanis captam Iudæorum inſidiis, atque Metullum vicum memorat Chronicon Montis Dei, de geſtis Normannorum, ſub hunc annum: *Normanni Burdigalam Aquitaniæ Iudæis prodentibus captam depopulatámque incendunt deinde Metullum vicum populantes incendio tradunt.* Cladem Aquitaniæ

Lib. 1. de Miracul. S. Benedict. c. 33.

deplorat Adreualdus Floriacenſis. *Quid Aquitanicæ gentis ingentem referam afflictationem, quæ olim bellorum nutrix, nunc frigidam bello præferat dextram, ſuiſque orbata luminibus, Ducibus egeat alienis etenim ipſa quoque optimos quoſque genitalis ſoli in ſeſe elidens, patet nunc præda gentibus alienis; ab ipſo quippe, vt ita loquar, Oceani littore, orientem verſùs Aruernum vſque clariſſimam veteri tempeſtate Aquitaniæ vrbem, nulla libertatem retinere valuit regio, non oppidum aut vicus, non denique ciuitas, quæ non ſtrage ferali conciderit paganorum; teſtatur hoc Pictauis fœcundiſſima quondam vrbs Aquitaniæ, hoc Sanctonum, hoc Engoliſma, hoc Petrogorium, hoc Lemouica, hoc certe Aruernus, terminus nunc vſque barbarici gladij, ipſúmque Auaricum caput regni Aquitanici proclamant; nulla ſcilicet bellica obuiante manu, hoſtili grauiter ſeſe concidiſſe incurſu.* Idem iiſdem fere verbis expreſſit VVillelmus Gemiticenſis.

Lib. 1. de Geſt. Norm. cap. 8.

Furore Normannico infinita propemodum Monaſteria totâ Galliâ & Aquitaniâ deflagraſſe memoratum, hoc caſu penè corruit religio Monaſtica, & Monachi amiſſis propriis ſedibus ad ſecularem vitam rediere. Ioannes Italus in vita S. Odonis Abbatis Cluniacenſis: *Per illud namque tempus quo Normannorum gladius in noſtris finibus graſſabatur, cæpere multi ex noſtro ordine propria relinquere, occaſione hoſtium repertâ, & cuncta vſui humano placita repetere, quæ pridem abrenuntiauerant; pro conſortio namque fratrum ſequentia habebant parentum & amicorum, & pro rebus Monaſterij ſubſtantiis propriis appetebant ditari, fracta tandem veſtimenta cum quibus de Monaſterio exierant denuo non induebantur ſimilia, ſed colorata quæ nos vulgò dicimus blaua.*

Lib. 3.

Digitized by Google

Anno DCCCL. Ranulfus Comes Pictauienſis, & Raino ſiue Rainoldus Comes Arbatilicenſis eius conſanguineus commiſſo cum Normannis prœlio apud Britiacum villam victi & fugati,& Gaubertus Comes Cœnomannenſis Nannetenſium inſidiis circumuentus occiſus eſt. Ademarus.

Sub anno DCCCLI. VVillelmus Dux Gothiæ, & Sancio Sancionis Comes Vaſconiæ à Caroli Calui fide & obſequio deſciuére. Eulogius Presbyter Cordubenſis in Epiſtola ad Viliesendum Pampilonenſem Epiſcopum: *Olim beatiſſime Papa, cum dira ſæculi fortuna, quæ fratres meos Aluarum & Iſidorum à gentili ſolo abducens, penè in vlteriores togatæ Galliæ partes apud Ludouicum Regem Baioariæ exulare fecit, cùm me etiam propter eos diuerſas adire regiones, & ignota atque laborioſa itinera ſubire compelleret; quoniam ſtipata prædonibus via, & funeroſo quodam VVillelmi tota Gothia perturbata erat incurſu, qui aduersùs Carolum Regem Francorum, eo tempore auxilio fretus Habdarraglimanis Regis Arabum tyrannidem agens inuia & inadibilia cuncta reddiderat ad partes Pampilonenſes deuerſus, putaueram me inde citò migraturum: ſed ipſa iterum quæ Pampilonem, & Seburicos limitat Gallia Comata in excidium prædicti Caroli contumaciores ceruices factionibus Comitis Sancij Sancionis erigens, contra ius præfati Principis veniens totum illud obſidens iter, immane periculum commeantibus ingerebat.*

Per hæc tempora Pipinum Iuniorem Aquitaniâ potitum etiam conniuente Carolo Caluo, cui hæc Prouincia in partem aſſignata erat, teſtantur acta Synodi Sueſſionenſis II. quæ leguntur inter Capitula

Tit.9.cap.7. In chronic. Burgund.

ipſius Caroli, & ex his Nicol. Vignerius: ſed Aquitanis Pipini dominatus pertæſis, quòd militari diſciplinâ ſolutâ, militibus paſſim prouincia prædæ eſſet, vel fortè Carolo ipſo pœnitente conſilij, Pipinus à Carolo captus prodentibus Aquitanis, tonſúſque in Monachum in S. Medardi Sueſſionenſis cœnobio: nec non Carolus ipſius frater cùm è regno Lotharij ad fratrem pergeret, à Caroli Comitibus captus, & Corbeienſi in Monaſterio cuſtodiæ cauſa depoſitus: Duorum Monachorum ope è Sueſſionenſi Monaſterio elapſus Pipinus; verùm iterum captus, & Syluanectēſi caſtro munitiſſimo cuſtodiæ traditus, de anno quo hæc geſta ſunt non conſentiunt ſcriptores, Annales Pithœi referunt in hunc annum, Sigebertus in annum ſequentem, Regino in annum DCCCLIII. Monachi quorum ope Pipinus è Monaſterio fuga elapſus erat, pœnæ cauſa Monaſterio pulſi, verùm quòd presbyteri eſſent inſtigante Archidiacono ad Rothardi Sueſſionenſis Epiſcopi iudicium in ſynodum vocati, ac decreto Sueſſionenſis ſynodi depoſiti & in Monaſteria ſui ordinis longè ſepoſita relegati, quæ omnia colliguntur ex actis ſynodi Sueſſionenſis, quæ habita eſt anno DCCCLIII. *Ante hoc tempus venerandi Concilij, obtinente Pipino Pipini Regis filij Ludouici piiſſimi Auguſti filio Aquitaniam, etiam conſentiente auunculo eius, glorioſo Rege Carolo, cui eadem prouincia in partem obtigerat, Eccleſiaſticâ diſciplinâ & militari ſolutâ, eadem regio à ſuis indigenis valde vaſtata eſt, & multi illic impunè illicita perpetrarunt, tandem aliquando reſpiciente Deo populum ſuum, idem Pipinus à ſuis contemptus, & deſertus, atque in poteſtatem auunculi ſui Caroli redactus conſilio reueren-*

Digitized by Google

diſſimorum Pontificum & procerum attonſus, & in habitu monachico ad Monaſterium Sancti Medardi cuſtodiendus, & docendus deductus eſt, vbi duo quidam Monachi habitu ſui propoſiti vix credibiliter tranſgreſſores, ardentes immodica cupiditate, eundem Pipinum abducere conati ſunt, & pacem Chriſtiani populi diſſipare, quos præſentibus diuerſorum cœnobiorum religioſis Abbatibus, & cauſam ſubtiliter iuxta regulam Beati Benedicti examinantibus, concors congregatio S. Medardi à ſua vnanimitate præcidit, atteſtata ſe ab horum crimine longè abſiſtere, quod vſitatas culpas iam inde ab initio huius religionis Monachorum omnium præter duntaxat Eutychis & aliorum hæreticorum facile ſuperaret, eiectos iuſſu venerabilis Rothadi Sueſſionum Epiſcopi, ad ſynodi audientiam Archidiaconus deduxit, & partim conuicti conſpirationis malum perpetraſſe, canonum ſeueritate depoſiti ſunt; presbyteri quippe erant, & ſeparatim in Monaſteria ſui ordinis longè diſtantia relegati, &c. Pipinum non ſinè conſilio Epiſcoporum, & Procerum captum & tonſum narrat & Regino: *Circa hæc tempora Carolus Pipinum regem Aquitaniæ nepotem ſuum, ipſis Aquitanis eum prodentibus eò quòd pace ſolutâ eadem prouincia à ſuis indigenis deuaſtaretur, & multa illic mala impune patrarentur cepit, & captum cum conſilio Epiſcoporum & procerum attondit & habitu Monachico indutum Sueſſionis in Monaſterio S. Medardi miſit,* &c. Pipinum è Monaſterio elapſum, in fuga ſeſe Paganis, id eſt Normannis ſociaſſe, atque illegitimas & inceſtas nuptias iniiſſe docet Hincmarus in conſilio, quod Carolo Regi ſuggerendum de penitentia Pipino irroganda poſtea ſcripſit, cùm is de anteactis dolere, ac Monachi habitum reppetere velle dicere- ad ann. 853.

tur: cum à Ranulfo in Aquitania dolo receptum & in Caroli poteſtatem deductum ſcribit Ado Viennenſis. *Poſtea inde fuga elapſus, in Aquitaniam regreſſus multo tempore fugiendo latuit, iterúmque à Ranulfo præfecto per fidem deceptus eſt, & ad Carolum adductus Syluanectum perpetuo eſt exilio detruſus.* Idem iiſdem verbis narrant Continuator Bedæ, & VVillelmus Malmesburienſis.

Lib. 2. c. 1. Lib. 2. de geſt. Reg. Anglor. c. 2.

Eodem anno DCCCLIII. Aquitani Carolo infenſi quod Gozbertum Cenomannenſium Comitem necari iuſſiſſet, Ludouicum Transrhenanum per legatos ſolicitarunt, vt aut Regnum Aquitaniæ ſuſciperet aut filium mitteret, qui eos à Caroli tyrannide liberaret, ne fortè hoc ſolatio deſtituti à Paganis, id eſt Normannis auxilium petere cogerentur, non ſine periculo religionis chriſtianæ. Annal. Pithœi. Hac occaſione multi è ſtudioſis partium Caroli Aquitania pulſi, quorum ſuſtentationi proſpectum eſt in conuentu Attiniacenſi, & Aquitanos qui à ſe deſciuerant Carolus variis legationibus per Rodulfum auunculum, is erat Iudith Auguſtæ frater per Adalardum Abbatem & alios ſibi conciliare conatus eſt, vt conſtat ex ipſius Capitulis.

Tit. 13. 16. 17. 18. 19.

Anno DCCCLIV. Ludouicus vnus è filiis Ludouici Tranſrhenani, miſſus à patre ſpe regni in Aquitaniam venit, ſed non eſt ſuſceptus niſi à propinquis Gozberti Comitis, quos maximè infenſos habuit Carolus, quod eum iuſſiſſet occidi, à cæteris repulſam paſſus, ſentiens ergo ſe deluſum cum ſuis domum rediit. Annal Pithœi.

Digitized by Google

CAPVT IV.

Carolus Caluus Lemouicis inauguratus in Regem Aquitaniæ Ranulfus à Carolo Dux Aquitaniæ creatus, hac ætate Duces & Comites fuere temporarij & ſimplices præfecti. Cœnobium de Bello-loco fundatur à Rodulfo Bituricenſi Archiepiſcopo. Translatio B. Vincentij Martyris abs Cæſarauguſta in Caſtrenſe Monaſterium pagi Albigenſis. Helias Engoliſmenſis Epiſcopus ſucceſſore Oliba. Engoliſma capta à Normannis Turpioni Engoliſmenſi Comiti ſuccedit Emeno frater, Carolus frater Pipini in Archiepiſcopum Moguntinum prouectus. Pictauis capta à Normannis, Regimundi Comitis Toloſani querela aduerſus Stephanum Comitem Aruernenſem de ſpreta filia vxore. Sigo Aruernenſis Epiſcopus ſede ſua pulſus ab eodem Stephano Comite, idem Stephanus Comes cæſus à Normannis. Caroli Regis Aquitaniæ, & Rodulphi Bituricenſis Epiſcopi obitus, Emenoni Comiti Engoliſmenſi fuit filius Ademarus nomine poſtea Comes Pictauienſis, Priuilegium Solenniacenſis Monaſterij in-

Digitized by Google

ſtauratur in Conc. Sueſſ. III. Carolus Caluus præſidij cauſa ſecedit in caſtrum Lugiæ quod eſt in finibus Aquitaniæ, VVlgrinus Comes Engoliſmenſis Ranulfus Dux Aquitaniæ cum Roberto Marchione Franciæ caſus à Normannis.

ANNO DCCCLV. Pipino iuniore in poteſtatem denuò redacto, Carolus Caluus Lemouice inauguratus eſt in Regem Aquitaniæ, in baſilica S. Saluatoris, quæ poſteà dicta eſt S. Martialis. Ademarus: *Carolus verò* XV. *anno poſt prælium Fontaneticum in Regem Lemouice vnctus eſt in baſilica Saluatoris, & inde ingreſſus eſt Franciam*: eum à Rodulfo Bituricenſi Archiepiſcopo in Regem Aquitaniæ inunctum præſente Stolido Lemouicenſi Epiſcopo, & aliis quam pluribus Franciæ, Aquitaniæ, Burgundiæ & Italiæ Epiſcopis docet Auctor Chronici Abbatum S. Martialis, conſecrationi Caroli in Regem Aquitaniæ electa eſt Baſilica S. Martialis ob reuerentiam quæ habebatur D. Martiali, velut Apoſtolo, & principi fidei in Aquitania; tum religio veterum iam locum occupauerat, Eudonem enim, Vaiferium, & Hunoldum Duces Aquitaniæ, eadem in Baſilica coronatos, ſignat lapis parieti defixus, vbi inſculpta cernitur leæna, geminos catulos vnguibus coërcens cum hac inſcriptione,

Alma leæna Duces ſæuos parit, atque coronat.

Eodem tempore Ranulfus ob bene merita, & receptum

ceptum Pipinum Iuniorem, â Carolo Caluo Dux Aquitaniæ conſtitutus. De tempore ſuſceptæ per Ranulfum adminiſtrationis ſilent Ademarus,& alij hujus æui ſciptores,vnus eſt qui circa hæc tempora Comites in Aquitania ordinatos, & inter eos Turpionem apud Engoliſmam docet Auctor Chronici Engoliſmenſis M. S. *Heliâ verò decedente Holiba Pontifex ſuſcepit cathedram. Tunc temporis Carolus Caluus congregato Concilio Aquitaniam per Comites diſpoſuit, Turpionem verò in Engoliſma ciuitate miſit propter Normanorum infeſtationem*

De tēpore quo Ranulfus hic in ducem Aquitaniæ lectus, nō conſētiunt recentiores ſcriptores. Bochetius remgeſtā adſcribit anno DCCCLII. Corleus reijcit in annum DCCCLVIII. Nicol. Vignerius in hunc annum, cuius fidem propenſius ſequor,cùm enim mihi conſtet ex Ademaro, Carolum Caluum hoc anno in Regem Aquitaniæ inauguratum, verò propius eſt eodem tempore res Aquitaniæ ordinatas, & Ranulfum Ducem Aquitaniæ inſtitutum. Longè verò aberrant qui credidere tunc extinctum fuiſſe Regnum Aquitaniæ, & in Ducatum demutatum; præter Carolum Caluum enim, Carolus vnus è filijs Calui fuit Rex Aquitaniæ de quo mox dicetur: vixque credibile eſt, Carolum Caluum Regem Aquitaniæ conſecrari voluiſſe, ſtatim regni apicem ſublaturum. Ranulfus iſte præfecti modum non exceſſit. Hâc ætate Duces & Comites nihil aliud fuere in Gallia, quàm Magiſtratus & præfecti Prouinciales, quales fuere Romano in imperio,vbi Duces & Comites primum rei militari præpoſiti. De Ducibus Euſebius. ἑτέρους στρατοπε-

Annal. part. 3 Cap. 1.
11. Cap. 5.
Heſt. Engoliſm.
Lib. 9. c. 4.
Lib. 9. c. 4.

δ'ἄρχης ὁ δοῦκα ῥωμαῖοι προσαγορεύουσι : ***Alius Dux exercituum, quem Ducem Romani vocant*** de Comitibus Syneſius, in epiſt. ad Herculianũ. περὶ τοῦ κόμητος ἐγεγράφεις (Epiſt. 144.) δι' οὐρσικίνου λέγω δὲ τοῦ τυχόντος ἀρχῆς, τῶν ἐν τῇ πατρίδι στρατιωτῶν. *De Comite ſcripſeras per Vrſicinum, intelligo autem eum qui adeptus eſt præfecturam militum in patriam.* Et Auguſtinus : *ille in officio Comitis militat, & à ſua domo penè ſemper peregrinatur.* (De Ciuit. Dei Lib. 5 cap. 17.) Tum quia ſæpius Duces & Comites in Prouincias mittebantur, cum ordinaria Præſidis vel Præfecti poteſtate : Ducum & Comitum nomen affectarunt Præfecti Prouinciales. Hoc ſenſu inter Magiſtratus recenſentur Duces & Comites, idem Auguſtinus : *quàm multi enim* (In Pſal. 61.) *fideles, quàm multi boni & Magiſtratus ſunt in ciuitatibus ſuis, & iudices ſunt, & Duces ſunt, & Comites ſunt, & Reges ſunt.* (De altercat Eccleſ. & ſynagog.) Idemque Auguſtinus : *Habere non potes Præfecturam, Iudeum eſſe Comitem non licet*, & idem rurſus in Epiſtola ad Bonifacium Comitem Africæ: (Epiſt. 196) *Ciuitatem quæſo ſerua Romanam, tuos vt bonus rege Comes*, vnde Comitem primatis nomine cohoneſtat Theodoritus nõ ſemel (Epiſt. 33. & 47.) στασίμῳ κομίτι καὶ πρωτεύοντι Staſimo Comiti, & primati, & Comiti imperium tribuit Iſidorus Peluſiota, in Epiſt. ad Herminium Co- (Epiſt. 219.) mitem : νῦν μᾶλλον ὅτε ἀρχῆς ἐπέβης, *Nunc cum ad imperium euectus es.* Hâc ætate igitur, vt eò redeam vnde paululum deflexi, Duces & Comites apud nos temporarij fuere, tandem verò elangueſcente Regum ſecundæ ſtirpis imperio, perpetuos in beneficiarios Dominoſque prouecti.

Eodem anno cœnobium de Bello loco in Lemouicibus in Vicaria Aſnacenſi in loco antè Vellino appel-

Digitized by Google

lato fundatum à Rodulfo Archiepiſcopo Bituricenſi: fundationi vnà cum Rodulfo ſubſcripſit Stolidus Lemouicẽſis Epiſcopus, vt liquet ex tabulis fundationis quæ in manu ſunt.

Eodem etiam anno, corpus B. Vincentij Martyris Cæſarauguſtani Valentiâ Hiſpaniæ oppido, per quendam monachum Audaldum nomine tranſlatum in Monaſterium Ordinis B. Benedicti, cui nomen Caſtrũ in pago Albigenſi, Continuator Aymoin, hac de re libellum alterum ſcripſit ipſe Aymoinus. Lib. 5. c. 19

Hoc anno Helias Engoliſmenſis Epiſcopus defunctus fertur ſucceſſorem accepiſſe Olibam Ademaro, & Auctori Chronici Engoliſmenſis; ſed horum fides euertitur, ſubſcriptionibus Concil. Sueſſionenſis III. habiti anno DCCCLXVI. cui ſubſcripſiſſe legitur Helias Engoliſmenſis Epiſcopus, ex quo fateamur neceſſe eſt eum illo anno fuiſſe ſuperſtitem.

Hoc anno à Normannis capta & expugnata Engoliſma Aquitaniæ oppidum: Monaſterium B. Eparchij direptum, & à monachis deſtitutum, ita vt ad Canonicos redierit, à quibus ante abierat: Paucis poſt diebus Turpio Engoliſmenſis Comes cum Normannis pugnauit, hoc in prœlio ipſe, & Maurus Dux Normannorum mutuis vulneribus ceciderunt, dum enim concitatis equis aduerſi feruntur, lanceis inuicem confixi ſunt, Turpioni in Engoliſmenſi Comitatu ſucceſſit Emeno eius frater. Ademarus, Auctor Chronic Engoliſm.

Per hæc tempora Fredebertus è partibus Françiæ, cùm Religionis cauſâ ad Sancti Eparchij Engoliſmam veniſſet, Eccleſiam ſuo ſumptu conſtruxit in honorem

Digitized by Google

Saluatoris, in eandem Eparchij lipſana tranſlaturus; ſed morte præreptus id non præſtitit: ipſo enim die cõſecrationis peracto ſacrificio, ante altare Saluatoris animam exhalauit, & ibidem ab Oliba Engoliſmenſi Epiſcopo ſepultus memoratur Ademaro.

Eodem anno Pictauum oppidum à Normannis armis tentatum, ſed hi occurrentibus Aquitanis ita ad internecionem vſque proſtrati, vt trecenti vix ſuperſtites euaſerint. chronic de geſt. Normannor.

Ann. DCCCLVI. Carolus alter è Pipini Regis Aquitaniæ liberis Corbeienſi Monaſterio ſolutus, intercedente Ludouico Transrhenano patruo ſuo, & Fuldenſi in Monaſterio commendatus, ad Moguntinum Archiepiſcopatum prouectus. Nicol. Vignerius Tritemius, ad eum variæ exſtant Nicolai. I. epiſtolæ apud Gratianum, & Iuonem, hic vitâ functus anno DCCCLXIII. & in fano S. Albani ſupultus.

In chron. Burgund ad ann. 855. de vir. ill. Ord. S. Ben. Lib. 4. c. 91.

Eodem anno Pictauis oppidum à Normannis captum, & direptum, Baſilica S. Hilarij igni cremata chron. de geſt. Normann.

Can. hi qui matrimo 23 qu. 7 Can. ſi quis c. 33. qu. 2. decret yuonis 9. p. c 13 & 30. p 10 c. 58. & 180. & 7. p. c. 133. & 145. & 1. p. c. 138.

Hoc anno DCCCLX In Synodo condicta apud Tuſiacum quod eſt pagi Tullenſis oppidum audita Regimundi Comitis Toloſani querela, aduerſus Stephanum Comitem Aruernorũ, quod ipſius filiã rite & ſolẽniter vxorẽ ductã pro coniuge non haberet, & quod ante nuptias eiuſdem puellæ cognata ab ipſo ſtupro vitiata eſſet, hac de re iuſſu Synodi ad Rodulfum Bituricenſem, Frotharium Burdegalenſem Aquitaniæ Metropolitas epiſtolam ſcripſit Hincmarus quæ à C. V. Iacobo Sirmundo edita eſt inter acta ſynodi tom. III. Conc. Gall.

Anno DCCCLXIII. Stephanus Comes Aruernenſis in dies nequior factus Sigone Aruernenſi Epiſcopo ſede ſua deiecto Adonem clericum in eius locum ſubintruſit, qua de re admonitus Nicolaus I. Pontifex Stephano Comiti per epiſtolam præcepit vt Sigonem Eccleſiæ ſuæ amoto peruaſore reſtitueret, & obiectis reſponſurus, coram legato in ſynodo ſe ſiſteret, Sigonem reſtitutum intelligimus quod is poſtea interfuit Conc. Sueſſionenſi anno DCCCLXVI. vt liquet ex ſubcriptionibus eiuſdem ſynodi. Epiſt. 66. Epiſt. 66.

Anno DCCCLXIIII. Stephanus Comes Aruernorum à Normannis interfectus ex chron. Malleacenſi M.S.

Anno DCCCLXVI. è viuis ſublati Lotharius Abbas, & Carolus rex Aquitaniæ Caroli Calui liberi, ſuperſtite patre; nec non Rodulfus Caroli Calui auunculus vt pote Iudith Auguſtæ & matris frater, qui primas in conſilijs tenebat, & Rodulfus Bituricenſis Archiepiſcopus, qui ob dignitatem primatus Aquitaniæ, Archiepiſcopus Aquitanorum appellatur, Ado Viennenſis. *Regnante Carolo Caluo duo filij illius moriũtur Lotharius Abbas, & Carolus Rex Aquitanorũ, auunculus quoque eius Rodulfus conſiliarius, primùſque palatij, hominem exuit, nec non & Rodulfus Archiepiſcopus Aquitanorũ* hic ſanctitate & miraculis clarus in B. Sulpitij cœnobio quieſcit, eius dies ſolẽnis VII. Cal. Iulij celebratur. Ad ann. 866.

Eodem anno Emeno Comes Engoliſmẽſis, pugnâ initâ cum Landrico Santonienſi Cõmite, ob vindicias caſtri Botauillæ quod à Landrico dolo occupatũ erat, cæſo Landrico ſaucius è prœlio elatus ad Ranconiæ

Digitized by Google

caſtrum, octauo pòſt die è vulneribus in prœlio acceptis expirauit ac iuxta B. Eparchij baſilicam ſepultus, ſuperſtite paruulo filio Ademaro nomine, qui poſtea Pictauienſis Comes effectus eſt, Ademar. & Auctor Chronic. Engoliſmenſis, hac de re Ado. Viennenſis. *Et duo principes Aquitanici Landricus & Muno (* Lege Emeno *) inter ſe dimicantes ſemet interimunt.*

Ad ann. 866.

Eodem anno in Conc. Sueſſionenſi III. priuilegium Solenniacenſis Monaſterij, quod ab Eligio Nouiomenſi Epiſcopo fundatum in Lemouicibus tempore Dagoberti Regis, & ſub Mundeburde regio, id eſt tuitione poſitum, quia diris incurſionibus Normannorum, igne conſumptum erat, inſtauratum, orante Bernardo Abbate, vt legitur ex geſtis eiuſd. Concil.

Tom. 3 Cõcil. Gall.

Eodem anno Ludouicus Rex Germaniæ à primoribus Caroli Calui de occupando eius regno ſolicitatus prouocatis eorũ odijs quòd in nobiliorum capita ſæuijſſet, Galliæ fines hoſtili manu intrauit, Carolus ſuorum animos à ſe alienos ſentiens in caſtro Lugiæ, quod eſt in finibus Aquitaniæ vulgò *S. Iean de Luz* latuit. Regino. *Carolus ſentiens viros regni à ſe defeciſſe in vltimis finibus Aquitaniæ Lugiæ latibulum quæſiuit.*

Ad ann. 866.

Anno DCCCLXVII. Normanni Duce Haſtingo Ligeris fluminis orà potiti, Nannetes, Turones, & Pictones late vaſtarunt, collectis copijs eis occurrerunt Ranulfus Dux Aquitaniæ, & Robertus Marchio Frãciæ, idémque Comes Andegauenſis, Normanni cognito noſtrorum proceſſu ad claſſem ſe recepere, ſed cùm imminẽte hoſte turpem ac periculoſiorẽ fugam æſtimarent, quandam villam occuparunt, quam ex tem-

Digitized by Google

pore cōmunierunt tumultuario opere, loco inprimis pro munitione erat maior baſilica cæmentario opere conſtructa, quâ Haſtingus cum maxima parte ſuorum ſe recepit; nec mora in eos irruére Ranulſus & Robertus, quotquot extra baſilicam nacti trucidarunt, àt cùm baſilicam munitiorem intelligerent, quàm vt impetu expugnari poſſet, de eius obſidione conſilium initum, caſtra in circuitu diſpoſita vt in craſtinum extructis aggeribus, & diſpoſitis machinis totis viribus locus peteretur. Iam ſol in occaſum vergebat, cùm Robertus calore æſtuans, galeam cum lorica ſoluit, vt collectâ aura paulìſper recrearetur, inter hæc ſingulis caſtrorum metationi intentis, Normanni impetu facto è munitione erupére: Robertus cùm incautiùs inermis in hoſtem ſe miſiſſet, is pro limine Eccleſiæ á Normannis interfectus, cuius corpus exanime in Eccleſiam raptum, Ranulſus cùm haud procul ſtaret, telo letaliter vulneratus, & à ſuis ex acie elatus vix tridum ſuperſtes interijt, infelici vtriuſque caſu conſternatis copijs obſidio à Francis ſoluta, & ouantes Normanni claſſem reppetiere. Regino Abbas (Ad ann. 866. in Chron. Burgund.) Sigebertus, Nicolaus Vignerius. Non ſine iuſta numinis vindicta vtriuſque caſum contigiſſe creditum, quòd res Eccleſiæ non iure occuparent, nempe vnus Abbatiam S. Hilarij Pictauienſis; alter Abbatiam S. (Ad ann. 869.) Martini Turonenſis Auctor Chronici de geſt. Normannor. *Et quoniam Ragnulſus & Robertus de præcedentium ſe vindicta, qui contra ſuum ordinem alter Abbatiam Sancti Hilarij, alter Abbatiam Sancti Martini præſumpſerat, caſtigari voluerunt, in ſe vltionem experiri meruerunt.* Horum necem deplorant Adreualdus &

De Miracul. ſ. Bened. c. 53.

Aimoinus vterque Floriacenſis Monachus. Huius æui nefandi tabes fuit quòd nobiles plerique res Eccleſiæ velut proprias manu tenebant Nicolaus I. Epiſt. xvi. ad Duces Aquitaniæ. *Audiuimus quoſdam veſtrorum, quod non optabamus ita contra Dominum efferri, vt Eccleſias eius & diuerſa pia loca deprædari non timeant, & res eis pertinentes diſtrahere non recuſent, quæ res valde nos contriſtauit.*

In append. Tom 3. Cócil. Gall.

Poſt Emenonem Engoliſmenſis Comes fuit Vulgrinus, eius nomen celebre multis rebus præclarè geſtis aduerſus Normannos, hic duo caſtra Marciliacum & Maſtacium à fundamentis adificauit, in munitiones aduerſus Barbaros: Marciliaco præpoſuit Robertum legis doctum, id eſt legis Romanæ peritum, & amicum Ranulfum, quem Vicecomitem inſtituit: Hic Ranulfus tres filios ſuſcepit Lambertum, Arnaldum, & Odolricum. Ademarus, & Auctor Chronici Engoliſmenſis.

Cap.

Digitized by Google

CAPVT V.

VVlfadus Bituricenſis Epiſcopus, Boſo Comes Bituricenſis idemque Dux Aquitaniæ, tum Dux Ticinenſis & Ducali Corona adornatus tandem Rex Prouinciæ, inde Ludouicus Boſonis filius Aquitanorum princeps dictus Frotharius Burdegalenſis Epiſcopus poſt varias repulſas in Pontigonenſi & Ticinenſi ſynodis, a Ioanne VIII. Pontifice in Bituricēſem ſedē tranſlatus moleſtiæ illatæ Frothario à Bernardo Comite Aruernorum, Pictauis oppidū à Normannis expugnatum, res Pictauiēſis Eccleſiæ poſtulāte Ecfrido Epiſcopo ſub tuitionem ſedis Apoſtolicæ ſuſceptæ, Normannica clades Eccleſiarum & Monaſteriorum Galliæ & Aquitaniæ, conſpiratio in Carolum Caluum cuius principes fuere Bernardus Comes Aruernorum & Bernardus Marchio Gothiæ.

ANNO DCCCLXVIII. Turonenſi concilio ſuſcripſit VVfadus Bituricenſis Epiſcopus Rudolfi ſucceſſor, huic pallium conceſſit Hadrianus II. Pontifex, vt patet ipſius ex Pōtificis Epiſtolis, ad eundem ſcripſit Hincmarus, Auctore Flodoardo. Epiſt. 9. & 11. Lib. Rhē. Hiſt. c. 20.

Digitized by Google

Anno DCCCLXIX. accepto nuntio de Lotharii fratris mortè Carolus vacuā Regni ſedem occupaturus Metas aduolauit, ibique ab aliquot vtriuſque Regni Epiſcopis in Regem conſecratus: Sed partem euindicāte Ludouico Tranſrhenano, vt par erat Regnū æquis lancibus in Aquiſgranēſi Concilio fratres inter diuiſum. Cōtinuator Aimoini, & Capitula ipſius Caroli Calui.

Lib. 5. c. 21. & 5. Tit. 35. & 36

Anno DCCCLXXI. Carolus Caluus Ludouico filio Boſonem Richildis vxoris fratrem Camerarium & Oſtiariorum magiſtrum conſtituit, eidem & honores Gerardi Comitis Bituricenſis dedit, eundem cum Bernardo, is fuit Comes Aruernorum, & Bernardo Marchione in Aquitaniam miſit, & diſpoſitionem ſiue præfecturam ipſius Regni ei commiſit: Bernardo autem Toloſæ Comiti præſtito ſacramento, Carcaſſonem & Rhedas beneficij iure cōcedēs, Toloſam eum remiſit ex quo intelligere eſt Boſonem Comitem Bituricenſem, eundèmque Ducē Aquitaniæ effectum. Cōtinuator Aimoini. *Carolus autem filio ſuo Ludouico Boſonē fratrem vxoris eius Camerarium & Oſtariorum Magiſtrum conſtituit. Huic & honores Gerardi Comitis Biturigenſis dedit, cum Bernardo, itèmque Bernardo Marchione in Aquitaniam eum miſit, & diſpoſitionem ipſius Regni ei commiſit, Bernardo auem Toloſæ Comiti poſt præſtita ſacramenta Carchaſonem, & Rhedas concedens Toloſam remiſit.* Idem Boſo Dux Ticini ſeu Papiæ conſtitutus, & ducali coronâ adornatus à Carolo Caluo, teſte eodem Aimoini continuatore, ac tandem ab eodem Rex Prouinciæ creatus, eidem Continuat Aimoini Reginoni Sigiberto: Hac de cauſa forte Ludouicus

Lib. 5. c. 97.

Lib. 5. c. 32. Lib. cod. c. 39. Lib. 2. Ad ann. 828. Lib. 2. de Geſt. Anglor cap. 6

Digitized by Google

qui habetur Boſonis filius, dictus eſt Aquitanorum princeps. VVillelmus Malmesburienſis. *Tertiam legitimâ copulâ ſortitus eſt comparem Ludouicus Aquitanorum princeps.* Idem cõtinuator Bedæ: Hic Boſo tot honoribus fũctus apud Carolũ & per omnia in republica clarus Engeltrudis vxoris contumeliâ domi notatus, quæ ob relictum mariti thorũ & adulterium cũ VVangero anathemate percuſſa, vt refertur in epiſtola Ioannis VIII. apud Gratianum, & apud Reginonem, ex nuptijs Boſonis, & Engeltrudis ſuſceptæ ſunt filiæ, quæ parentum bona iure optimo poſſeſſa, quæ allodia vocauit iam inde ea ætas, vindicarunt etiam apud Pontificem. Ioannes VIII. in Epiſt. ad Lietbertum Archiepiſcopum Maguntinum: *Fraternitatem tuam recordari volumus qualiter iam de proprietatibus Boſonis & Engeltrudis tibi ſcripſerimus, monentes vt ipſas quas vos allodum dicitis, filiabus eorum ſæpe reclamantibus reddere deberetis*, & idem in Epiſt. ad Matfredum Comitem: *Suggerentibus videlicet filiabus Boſonis nuper Comitis & Engeltrudis coniugis proximæ veſtræ audiuimus, vt allodes ſuos inuadentes tenere non formidetis.* Qua de re conſcripta & alia eiuſdem Pontificis Epiſtola ad Ludouicum Regem.

Lib. 2. cap 3. & 8.

Can Engeltrudem 3. qu. 4.

Lib. 2. chron.

Epiſt. 108.

Epiſt. 109.

Epiſt 119.

Anno DCCCLXXVI. In ſynodo apud Pontigonem habita è Patribus Galliæ & Aquitaniæ, Burdegalâ iam crebris Normannorum incurſionibus infeſta, Frotharius Burdegalenſis Epiſcopus, cùm ibi ſeſe tutum non crederet, ad Bituricenſem ſedem VVlfadi morte vacuam transferri poſtulauit: Sed quia rem non ferebant canones, à patribus repulſus, Aimoini Auctuarium. *Lecta eſt proclamatio Frotharij Burdegalen-*

Lib. 5. c. 33.

Anno DCCCLXIX. accepto nuntio de … *er inſetris* mortè Carolus vacuã Regni ſed … *e ei Bituri*-Metas aduolauit, ibique ab aliqu … *onibus vnani*- Epiſcopis in Regem conſecra … *nt* : Eum tamen cãte Ludouico Tranſrhen … m Burdegala, Pictaquis lancibus in Aquiſ … e ſola Caroli Calui audiuiſum. Cõtinuato … colligitur ex eo quòd ſubii-

Lib. 5. c. 21. & 5. Tit. 35. & 36 roli Calui. … *mirum in ſynodo, Ioannis* VIII.

Anno DCC … *um Galliarum Anſegiſo Senonenſi* Boſonem … *ouebat, eique per Galliam & Germa*- Oſtiari … *Apoſtolicas delegabat : cæteris verò recla*- Ger … *vnum Frotharium conſenſiſſe in primatum* r … *ſi, quo placeret Principi cuius gratiâ è Burde*-… *primum Pictauum, inde Bituricam deſultorie tranſierat. Et cùm Imperator & legati Apoſtolici ſatagerent vt abſolutè Archiepiſcopi reſponderent ſe obedituros de primatu Anſegiſi, ſicut Apoſtolicus ſcripſit; aliud niſi quod prædictum eſt reſponſum ab eis extorquere non potuerunt, excepto quod Frotharius Burdegalenſis Epiſcopus, quoniam à Burdegala ad Pictauos : indèque ad Bituricam fauore Principis contra regulas ſe contulit, per adulationem reſpondit, quod Imperatori placere cognouit.* Ad ſynodum Trecenſem eodem anno celebratam à Ioanne VIII. Papa tertio edicto vocatus idem Frotharius vt de mutatione ſedis cauſam diceret, vt patet ex Epiſtola ipſius Pontificis quæ inſcripta eſt Frothario Ar-

Epiſt 111 chiepiſcopo Burdegalenſi, Trecenſi ſynodo adfuit Frotharius vt probatur ex ſubſcriptionibus eiuſdem Concilij, quas inter legitur Frotharij ſubſcriptio, hac de re quid fuerit definitum in concilio, liquidò non patet, ſanè ibi lectos canones quibus notatur tranſla-

ↄ Epiſcoporum, niſi ob cauſam fiat docet Continua- Aimoini: *Deinde ipſo iubente lecti ſunt in ſynodo ca-* Lib. 5. c. 37.
ſ Sardicenſis Concilij, & decretum Papæ Leonis de ↄpis ſedes ſuas mutantibus; ſed & Aphricani cano- non fiant Epiſcoporum tranſlationes ſicut nec reba- nes, vel reordinationes pro Frothario Burdegalenſi , qui à Burdegala Pictauos, indeque ad Bituri- itatem exilijſſe dicebatur. Sed tandem inſtan- Adreualdus Lib. de Mir. S. Benedict. cap. 33.
ↄ Frotharij tranſlationẽ in Bituricenſem Ca- ..in à Ioãne VIII. ratã factam docet ipſe Ponti- ..x multis locis, vt in Epiſt. ad Carolum. *Quo circa* Epiſt. 8.
licet nos multis canonicis teſtimonijs prouocati, petitionem veſtræ deuotionis implere magnoperè moliremur, & ſolius Maieſtatis veſtræ teſtimonio, ſuper exterminio Burdegalenſis Prouinciæ credere minimè cunctaremur, tamen pietatis veſtræ teſtimonio, Comprouincialium quoque præſulum litteras conuenire ſicuti rebamur, nuper cognouimus, ſecundum pietatis veſtræ religioſiſſimum libitum, Burdegalenſis Diœceſis Epiſcopum fratrem ſcilicet noſtrum Frotharium in Bituricenſem Eccleſiam Cardinalem fieri decernentes &c. & idem Epiſt. ad clerum & plebem Bituricenſem: *Suggeſtionis veſtræ relegentes Epiſtolam, quod ab Apoſtolatus noſtri auctoritate, de confratre noſtro Frothario, Reuerendo Archiepiſcopo poſtulant, hoc nos aliorum teſtificationibus & præcipuè ſereniſſimi ſemper Auguſti, ſpiritalis quoque filij noſtri relatione comperimus, ſed & legatis Apoſtolicæ ſedis Leone videlicet venerabili Epiſcopo Apocriſiario, & miſſo Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ſeu Petro æque venerabili Epiſcopo reuertentibus didicimus, penè totam Prouinciam Burdegalenſi Metropoli pertinentem ſicut ab his qui cauſam illam nouerunt, ijdem noſtri legati diſce-* Epiſt. 13.

Digitized by Google

re potuerunt, ita eſſe paganorum perſecutionibus deſolatam, vt non ſolum ipſe confrater veſter illic lucri aliquid ſubiectis conferre non poſſit; verum etiam habitatio fidelium inde ſubtracta conſiſtat; quapropter quia eundem virum Frotharium reuerendum Archiepiſcopum, probis moribus, actibùſque præclaris, & ad lucrum animabus hominum conferendum idoneum eſſe comperimus, ne talis tantùſque vir otio quo prodeſſe alijs valeat minime vacet, eiuſdem Sanctæ Bituricenſis Eccleſiæ, cui ſubeſtis ei paſtoralem curam Apoſtolica auctoritate committimus, & in ipſa eum incardinandū neceſſario eſſe cenſemus. Eiuſdem argu-
Epiſt. 14. menti eſt ſequens epiſtola ad Epiſcopos Bituricenſis Prouinciæ, & poſterier eiuſdem epiſtola ad ipſum
Epiſt. 37. Frotharium olim Burdegalenſem, tunc autem Bituricenſem Archiepiſcopum.

Frotharius Bituricenſem vrbem ingreſſurus, eius aditu prohibitus à Bernardi Comitis Aruernorum ſatellitibus: qua de re cum eſſet conqueſtus apud Ioannem VIII. Bernardus Comes per epiſtolam à Pontifice admonitus, ne Frothario moleſtus eſſet eiuſue poſſeſſionem interturbaret: hac nocendi viâ præcluſâ nouis artibus techniſque Frotharius oppugnatus, & à Bernardo Comite per calumniam inſimulatus, quòd de tradenda regijs hoſtibus Bituriga vrbe conſilia iniret. Hac de re Frotharius innocentiam purgare ſe ſe paratum eſſe obteſtatus apud Ioannem VIII. quam ob cauſam dies dicta Bernardo Comiti Gerar-
Epiſt. 104. 105. & 115. do Vicecomiti, & alijs, vt conſtat ex alijs eiuſdem Ioannis Papæ epiſtolis.

Eodem tēpore Pictauis oppido etiā à Normannis penitus deuaſtato inſtante Hecfrido Epiſcopo res Pi-

ctauienſis Eccleſiæ Apoſtolica ſub tuitione ſuſcepit Ioannes VIII. vt ipſe teſtatur in epiſtola hac de reſcripta: *Pictauienſis quidẽ Eccleſia, quã diutinus paganorũ hoſtis perſequitur, multa Chriſtianorum iniquorũ incommoda patitur, quibus preſſuris nos conuenit perdolere, eandémque nihilominus tãto faſce leuare. Quapropter præcipimus, Apoſtolicaq; auctoritate expreſſe iubemus, quòd nemo veſtrũ tam ſacerdotali ordine perfruens, quàmque militare officium tenens, ipſius Eccleſiæ Pictauienſis aliquam Eccleſiam, aliquodque Monaſterium, vel prædia ipſi quoquomodo pertinentia inuadere præſumat, vlloſque colonos ſeruos, ancillaſue contra ſui Epiſcopi velle tollere audeat, ſed liceat ipſius Eccleſiæ, Hecfrido videlicet Epiſcopo ſuiſque ſucceſſoribus illa quæ ſui anteceſſores legitimo tramite canonicæ auctoritatis habuerunt ſub veſtra tuitione habere, & vt poſſederunt poſſidere, & vt ordinauerunt ſuo arbitrio ordinare cum conſulto conſenſuque ſuæ Eccleſiæ Canonicorum vt priſca conſuetudo dignoſcitur, ſine veſtro veſtrorumque obſtaculo, & omnium hactenus talia præſumentium.* Hoc tempore paſſim à Normannis iniecto igne deflagrarunt Eccleſiæ & Monaſteria Galliæ & Aquitaniæ, quam ob cauſam permiſſum quoàd Eccleſiæ reſtituerentur, vt miſſæ celebrarentur in capellis, ſeu oratorijs cum tabula conſecrata. Conc. Tribunienſe: *Concedimus etiam & ſicubi, quod noſtris peccatis exigentibus perplurimum eſt factum à Normannis & Slauis & à Bulgaris, & à malis Chriſtianis, ſeu alio qualicumque modo Eccleſiæ fuerint incenſæ & combuſtæ, in capellis cum tabula conſecrata miſſas interim celebrari permittimus, donec ipſæ Eccleſiæ reſtaurari queant.*

Epiſt. 11.

Exfrido Pictauienſis Epiſc. ſcribit Ioannes 8. epiſt. 121.

Can. 4.

Eodem anno Carolus Caluus in vrbem accitus

Digitized by Google

à Ioanne Papa ab tuendam à Sarracenis Romanam Eccleſiam, cùm apud Papiam degeret cum Pontifice, interim primores regni cum Carlomanno Ludouici Transrhenani filio aduersùs eum conſpirationem iniere, coniurationis principes fuere Bernardus Comes Aruernorum, & Bernardus Marchio Gothiæ, ibique veneno perijt Carolus, propinato ſibi lethali poculo à Sedechia Iudæo medico, quò vtebatur.
Lib. 5. c. 3. Continuat. Aimoin.

Caput IV.

Hugo Abbas & Bernardus Comes Aruernorum adhibiti conſilijs Ludouici Balbi Diuiſio regni inter Ludouicum & Carlomannum Balbi liberos Ludouico Frãcia, & Neuſtria, Carlomanno ceſsit Burgundia, & Aquitania. Bernardus Comes Aruernorum Baiulus ſeu tutor Ludouici, Frotharius Bituricenſis Epiſcopus ſacris interdictus.

ANno DCCCLXXVII. morte ſublato Carolo Caluo, Ludouicus Balbus eius filius primùm apud Compendium ab Hincmaro Rhemenſi Archiepiſcopo in Regem inauguratus eſt: nam iterum ſequenti anno à Ioanne VIII. Papa cùm ad Trecenſem
Lib. 5. c. 36. & 37. ſynodum veniſſet Imperator coronatus eſt, de vtraque coronatione, Continuator Aimoini.

Ludoui-

Ludouicus Balbus rerum potitus Bernardi Marchionis Gothiæ honores diuiſit inter Theodoricũ Camerarium, Bernardum Comitem Aruernorum, & alios. idem Aimoini continuator. Lib.5. c.37.

Idem ſub initia Regni ab Hincmaro Rhemenſi Archiepiſcopo ſuaſus eſt, vt conſilijs adhiberet Hugonem Abbatem, & Bernardum Comitem Aruernorum, qui nuper à patre adhuc ſuperſtite, in Conuentu Cariſiacenſi filio lecti erant imperij adminiſtri, teſtis ipſe Hincmarus in epiſt. ad Ludouicum Balbum: *Vos ſcitis quia pater veſter priùs Rhemis de conſtitutione veſtra, poſt illum in regimine Regni, cum primoribus regni ſui diſpoſuit vbi quantum recordor, maxime omnes regni primores fuerunt, excepto venerabili Abbate Hugone, & Bernardo Comite Aruernenſi, & omnes ſecundum diſpoſitionem patris veſtri in veſtra regia conſtitutione conſenſerunt: & quandò proxime in Cariſiaco inde diſpoſuit, & nomina vobis deſcripta dedit quorum conſilio & auxilio regni negotia diſponere deberetis, inter quos & Boſo adſcriptus eſt, omnes præſentes adfuerunt excepto ipſo Boſone, & Hugone Abbate, & Bernardo Comite Aruernico, & omnes qui adfuerunt in veſtra regia conſtitutione conſenſerunt: Sed & illi qui cum patre veſtro perrexerunt. Propterea ſub celeritate mittite ad Hugonem, & Goſlinum Abbates, & ad Boſonem & Conradum, & Bernardum, itémque Bernardum Comites, & petite vt talem locum, ſicut eis commodius viſum fuerit, vobis & eis qui in iſtis partibus ſunt, conuenire prouideant, & vobis mandent vt illuc veniatis, cum principibus qui in iſtis partibus ſunt, Qua de re meminit Nicol. Vignerius.* Cap. 7. In Chronic. Burg. a. 877.

Anno DCCCLXXIX. Ludouico Balbo intempeſtiuâ

H

morte erepto, Ludouicus & Carlomannus eius filij ex Anſgardi priore coniuge ſuſcepti, paternum inter ſe regnum apud Aurelianos diuiſére. Hâc rerum diuiſione, Ludouicus Françiam & Neuſtriam; Carlomannus Burgundiam & Aquitaniam ſortitus eſt cum Marchis ſuis. Continuator Aimoin. Chron. Floriacenſe, Nicol. Vigner. Pater in extremis poſitus, Ludouicum Bernardi Comitis Aruernorum baiulationi ſeu tutelæ commendauit, ipſum Bernardum cum filio ſuo & Hugone Abbate, Boſone & Theodorico Auguſtodunum miſit, quò Comitatum pro Theodorico euindicaret. Idem Continuator Aimoini. *Sed quia ingraueſcēte infirmitate ſua, dicebatur enim veneno infectus, lõgiùs ire non potuit, filium cognominem ſibi Ludouicum baiulationi Bernardi Comitis Aruernici ſpecialiter committens, Hugonem Abbatem, & Boſonem, & præfectum Bernardum cum filio ſuo, ſed & Theodoricum cum ſocijs ſuis, Auguſtidunum miſit, quatenus ipſum Comitatum ad opus Theodorici, cui antea illum dederant euindicarent.*

Lib. 5. c. 40. anno 8030. In Chr. Burg. Lib. 5. c. 34

Ludouico deinde poſt biennium mortuo mēſe Auguſti anno DCCCLXXXII. Carlomannus Françiam
Lib. 5. c. 4. quoque & Neuſtriam adeptus. Continuat. Aimoini.

Eodem anno Frotharius ex Burdegalenſi Bituricenſis Epiſcopus, ſacris interdictus, Hugonem Abbatem, vt eius communione abſtineat monet Ioannes VIII.
Epiſt. 305. Pontifex in epiſt. vbi mendoſe legitur *Frotherij Bedurienſis* pro Frotharij Bituricenſis; quam ob cauſam is excommunicatus ſit, non explicatur, Io. Belij ſuſpicio eſt eum ſacris prohibitum ob Bituricenſis ſedis incubationem, ſed aliam fuiſſe excommunicationis cauſam credere par eſt; Ipſum enim à clero & plebe

Digitized by Google

Bituricenſi & ab Epiſcopis ipſius Prouinciæ expetitum & electum, & ipſius tranſlationem à Marino Ioannis proximo ſucceſſore comprobatam, eundémque ab eodem pallio donatum teſtatum eſt ex Fulconis Rhemenſis epiſtola ad Hadrianum III. pro defenſione Frotharij ſcripta, de qua Flodoardus, eum tamen aliquot poſt annis à Stephano VI. ad propriam ſedē reuocatum diſtrictis anathematis pœnis ni pareret, docet ipſius Pontificis epiſtola ad Fulconem, & alios Epiſc. apud Flodoardum, ex quâ ſcimus Bituricenſem ſedem Frothario à Ioanne VIII. ad tempus conceſſam propter infeſtationem barbaricam, hac lege, vt remotâ neceſſitate ad ſuam ſedem rediret, vnde præcipitur à Pontifice, vt ad propriam ſedem redire compellatur, librato anathemate, niſi Apoſtolicis monitis obtemperaret.

Lib. 4 Rhem. hiſt. cap. 1.

Eod. loco.

CAPVT VII.

Odo Comes Pariſienſis & Dux Aquitaniæ è tutore Caroli Simplicis in Regem eleuatus, quamplures Aquitaniæ vrbes à Normannis euerſæ, cum his Caſſinogilum Caroli M. Palatium in pago Aginnenſi. Reliquiæ S. Martialis ſecuritatis cauſa è Lemouico Torinnam tranſlatæ, prœlium aduerſus Normannos in loco cui nomen Deſtricias apud Lemouices vulgo Deſtreſſes. Ranulfus II. Dux Aquitaniæ Ranulfus cum fratribus rebellat aduerſus

Anno DCCCLXIX. accepto nuntio de Lotharii fratris mortè Carolus vacuã Regni ſedem occupaturus Metas aduolauit, ibique ab aliquot vtriuſque Regni Epiſcopis in Regem conſecratus: Sed partem euindicãte Ludouico Tranſrhenano, vt par erat Regnũ æquis lancibus in Aquiſgranẽſi Concilio fratres inter diuiſum. Cõtinuator Aimoini, & Capitula ipſius Caroli Calui.

Lib. 5. c. 21. & 5. Tit. 35. & 36

Anno DCCCLXXI. Carolus Caluus Ludouico filio Boſonem Richildis vxoris fratrem Camerarium & Oſtiariorum magiſtrum conſtituit, eidem & honores Gerardi Comitis Bituricenſis dedit, eundem cum Bernardo, is fuit Comes Aruernorum, & Bernardo Marchione in Aquitaniam miſit, & diſpoſitionem ſiue pręfecturam ipſius Regni ei commiſit: Bernardo autem Toloſæ Comiti præſtito ſacramento, Carcaſſonem & Rhedas beneficij iure cõcedẽs, Toloſam eum remiſit ex quo intelligere eſt Boſonem Comitem Bituricenſem, eundèmque Ducẽ Aquitaniæ effectum. Cõtinuator Aimoini. *Carolus autem filio ſuo Ludouico Boſonẽ fratrem vxoris eius Camerarium & Oſtariorum Magiſtrum conſtituit. Huic & honores Gerardi Comitis Biturigenſis dedit, cum Bernardo, itèmque Bernardo Marchione in Aquitaniam eum miſit, & diſpoſitionem ipſius Regni ei commiſit, Bernardo auem Toloſæ Comiti poſt præſtita ſacramenta Carchaſonem, & Rhedas concedens Toloſam remiſit.* Idem Boſo Dux Ticini ſeu Papiæ conſtitutus, & ducali coronâ adornatus à Carolo Caluo, teſte eodem Aimoini continuatore, ac tandem ab eodem Rex Prouinciæ creatus, eidem Continuat Aimoini Reginoni Sigiberto: Hac de cauſa forte Ludouicus

Lib. 5. c. 97. Lib 5. c. 32 Lib. cod. c 39. Lib. 2. Ad ann. 828 Lib. 2. de Geſt. Anglor cap. 6

Digitized by Google

qui habetur Boſonis filius, dictus eſt Aquitanorum princeps. VVillelmus Malmesburienſis. *Tertiam legitimâ copulâ ſortitus eſt comparem Ludouicus Aquitanorum princeps.* Idem cõtinuator Bedæ: Hic Boſo tot honoribus fũctus apud Carolũ & per omnia in republica clarus Engeltrudis vxoris contumeliâ domi notatus, quæ ob relictum mariti thorũ & adulterium cũ VVangero anathemate percuſſa, vt refertur in epiſtola Ioannis VIII. apud Gratianum, & apud Reginonem, ex nuptijs Boſonis, & Engeltrudis ſuſceptæ ſunt filiæ, quæ parentum bona iure optimo poſſeſſa, quæ allodia vocauit iam inde ea ætas, vindicarunt etiam apud Pontificem. Ioannes VIII. in Epiſt. ad Lietbertum Archiepiſcopum Maguntinum: *Fraternitatem tuam recordari volumus qualiter iam de proprietatibus Boſonis & Engeltrudis tibi ſcripſerimus, monentes vt ipſas quas vos allodum dicitis, filiabus eorum ſæpe reclamantibus reddere deberetis*, & idem in Epiſt. ad Matfredum Comitem: *Suggerentibus videlicet filiabus Boſonis nuper Comitis & Engeltrudis coniugis proximæ veſtræ audiuimus, vt allodes ſuos inuadentes tenere non formidetis.* Qua de re conſcripta & alia eiuſdem Pontificis Epiſtola ad Ludouicum Regem.

Lib. 2. cap 3. & 8.

Can Engeltrudem 3. qu. 4. Lib. 2. chron.

Epiſt. 108.

Epiſt. 109.

Epiſt 119.

Anno DCCCLXXVI. In ſynodo apud Pontigonem habita è Patribus Galliæ & Aquitaniæ, Burdegalâ iam crebris Normannorum incurſionibus infeſta, Frotharius Burdegalenſis Epiſcopus, cùm ibi ſeſe tutum non crederet, ad Bituricenſem ſedem VVlfadi morte vacuam transferri poſtulauit: Sed quia rem non ferebant canones, à patribus repulſus, Aimoini Auctuarium. *Lecta eſt proclamatio Frotharij Burdegalen-*

Lib. 5. c. 33.

ſis Archiepiſcopi, quia non poterat conſiſtere propter infeſtationem paganorum in ciuitate ſua, vt liceret ei Bituricenſem Metropolim occupare; cuius petitionibus vnanimitas Epiſcoporum nullatenus acquieuit : Eum tamen iam ante Pontigonenſem ſynodum Burdegala, Pictauum, inde Bituricam tranſijſſe ſola Caroli Calui auctoritate & gratia nixum colligitur ex eo quòd ſubiicitur ibidem : *lectam nimirum in ſynodo, Ioannis* VIII. *Epiſtolam qua primatum Galliarum Anſegiſo Senonenſi Archiepiſcopo tribuebat, eique per Galliam & Germaniam vices Apoſtolicas delegabat : cæteris verò reclamantibus vnum Frotharium conſenſiſſe in primatum Anſegiſi, quo placeret Principi cuius gratiâ è Burdegala primum Pictauum, inde Bituricam deſultorie tranſierat. Et cùm Imperator & legati Apoſtolici ſatagerent vt abſolutè Archiepiſcopi reſponderent ſe obedituros de primatu Anſegiſi, ſicut Apoſtolicus ſcripſit; aliud niſi quod prædictum eſt reſponſum ab eis extorquere non potuerunt, excepto quod Frotharius Burdegalenſis Epiſcopus, quoniam à Burdegala ad Pictauos : indèque ad Bituricum fauore Principis contra regulas ſe contulit, per adulationem reſpondit, quod Imperatori placere cognouit.* Ad ſynodum Trecenſem eodem anno celebratam à Ioanne VIII. Papa tertio edicto vocatus idem Frotharius vt de mutatione ſedis cauſam diceret, vt patet ex Epiſtola ipſius Pontificis quæ inſcripta eſt Frothario Archiepiſcopo Burdegalenſi, Trecenſi ſynodo adfuit Frotharius vt probatur ex ſubſcriptionibus eiuſdem Concilij, quas inter legitur Frotharij ſubſcriptio , hac de re quid fuerit definitum in concilio, liquidò non patet, ſanè ibi lectos canones quibus notatur tranſla-

Epiſt 113

tio Epiſcoporum, niſi ob cauſam fiat docet Continuator Aimoini: *Deinde ipſo iubente lecti ſunt in ſynodo canones Sardicenſis Concilij, & decretum Papæ Leonis de Epiſcopis ſedes ſuas mutantibus; ſed & Aphricani canones, vt non fiant Epiſcoporum tranſlationes ſicut nec rebaptizationes, vel reordinationes pro Frothario Burdegalenſi Epiſcopo, qui à Burdegala Pictauos, indeque ad Bituricenſem ciuitatem exilijſſe dicebatur.* Sed tandem inſtante Carolo Frotharij tranſlationē inBituricenſem Cathedram à Ioāne VIII. ratā factam docet ipſe Pontifex multis locis, vt in Epiſt. ad Carolum. *Quo circa licet nos multis canonicis teſtimonijs prouocati, petitionem veſtræ deuotionis implere magnoperè moliremur, & ſolius Maieſtatis veſtræ teſtimonio, ſuper exterminio Burdegalenſis Prouinciæ credere minimè cunctaremur, tamen pietatis veſtræ teſtimonio, Comprouincialium quoque præſulum litteras conuenire ſicuti rebamur, nuper cognouimus, ſecundum pietatis veſtræ religioſiſſimum libitum, Burdegalenſis Diœceſis Epiſcopum fratrem ſcilicet noſtrum Frotharium in Bituricenſem Eccleſiam Cardinalem fieri decernentes &c.* & idem Epiſt. ad clerum & plebem Bituricenſem: *Suggeſtionis veſtræ relegentes Epiſtolam, quod ab Apoſtolatus noſtri auctoritate, de confratre noſtro Frothario, Reuerendo Archiepiſcopo poſtulant, hoc nos aliorum teſtificationibus & præcipuè ſereniſſimi ſemper Auguſti, ſpiritalis quoque filij noſtri relatione comperimus, ſed & legatis Apoſtolicæ ſedis Leone videlicet venerabili Epiſcopo Apocriſiario, & miſſo Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ſeu Petro æque venerabili Epiſcopo reuertentibus didicimus, penè totam Prouinciam Burdegalenſi Metropoli pertinentem ſicut ab his qui cauſam illam nouerunt, ijdem noſtri legati diſce-*

Lib. 5. c. 37.

Adreualdus Lib. de Mir. S. Benedict. cap. 33.

Epiſt. 8.

Epiſt. 13.

Digitized by Google

re potuerunt, ita eſſe paganorum perſecutionibus deſolatam, vt non ſolum ipſe confrater veſter illic lucri aliquid ſubiectis conferre non poſſit; verum etiam habitatio fidelium inde ſubtracta conſiſtat; quapropter quia eundem virum Frotharium reuerendum Archiepiſcopum, probis moribus, actibúſque præclaris, & ad lucrum animabus hominum conferendum idoneum eſſe comperimus, ne talis tantùſque vir otio quo prodeſſe alijs valeat minime vacet, eiuſdem Sanctæ Bituricenſis Eccleſiæ, cui ſubeſtis ei paſtoralem curam Apoſtolica auctoritate committimus, & in ipſa eum incardinandũ neceſſario eſſe cenſemus. Eiuſdem argumenti eſt ſequens epiſtola ad Epiſcopos Bituricenſis Prouinciæ, & poſterier eiuſdem epiſtola ad ipſum Frotharium olim Burdegalenſem, tunc autem Bituricenſem Archiepiſcopum.

Epiſt. 14. Epiſt. 37.

Frotharius Bituricenſem vrbem ingreſſurus, eius aditu prohibitus à Bernardi Comitis Aruernorum ſatellitibus: qua de re cum eſſet conqueſtus apud Ioannem VIII. Bernardus Comes per epiſtolam à Pontifice admonitus, ne Frothario moleſtus eſſet eiuſue poſſeſſionem interturbaret: hac nocendi viâ præcluſâ nouis artibus techniſque Frotharius oppugnatus, & à Bernardo Comite per calumniam inſimulatus, quòd de tradenda regijs hoſtibus Bituriga vrbe conſilia iniret. Hac de re Frotharius innocentiam purgare ſe ſe paratum eſſe obteſtatus apud Ioannem VIII. quam ob cauſam dies dicta Bernardo Comiti Gerardo Vicecomiti, & alijs, vt conſtat ex alijs eiuſdem Ioannis Papæ epiſtolis.

Epiſt. 104. 105. & 115.

Eodem tẽpore Pictauis oppido etiã à Normannis penitus deuaſtato inſtante Hecfrido Epiſcopo res Pi-

ctauienſis Eccleſiæ Apoſtolica ſub tuitione ſuſcepit Ioannes VIII. vt ipſe teſtatur in epiſtola hac de re ſcripta: *Pictauienſis quidẽ Eccleſia, quã diutinus paganorũ hoſtis perſequitur, multa Chriſtianorum iniquorũ incommoda patitur, quibus preſſuris nos conuenit perdolere, eandémque nihilominus tãto faſce leuare. Quapropter præcipimus, Apoſtolicaq; auctoritate expreſſe iubemus, quòd nemo veſtrũ tam ſacerdotali ordine perfruens, quàmque militare officium tenens, ipſius Eccleſiæ Pictauienſis aliquam Eccleſiam, aliquodque Monaſterium, vel prædia ipſi quoquomodo pertinentia inuadere præſumat, vlloſque colonos ſeruos, ancillaſue contra ſui Epiſcopi velle tollere audeat, ſed liceat ipſius Eccleſiæ, Hecfrido videlicet Epiſcopo ſuiſque ſucceſſoribus illa quæ ſui anteceſſores legitimo tramite canonicæ auctoritatis habuerunt ſub veſtra tuitione habere, & vt poſſederunt poſſidere, & vt ordinauerunt ſuo arbitrio ordinare cum conſulto conſenſuque ſuæ Eccleſiæ Canonicorum vt priſca conſuetudo dignoſcitur, ſine veſtro veſtrorumque obſtaculo, & omnium hactenus talia præſumentium.* Hoc tempore paſſim à Normannis iniecto igne deflagrarunt Eccleſiæ & Monaſteria Galliæ & Aquitaniæ, quam ob cauſam permiſſum quoàd Eccleſiæ reſtituerentur, vt miſſæ celebrarentur in capellis, ſeu oratorijs cum tabula conſecrata. Conc. Tribürienſe: *Concedimus etiam & ſicubi, quod noſtris peccatis exigentibus perplurimum eſt factum à Normannis & Slauis & à Bulgaris, & à malis Chriſtianis, ſeu alio qualicumque modo Eccleſiæ fuerint incenſæ & combuſtæ, in capellis cum tabula conſecrata miſſas interim celebrari permittimus, donec ipſæ Eccleſiæ reſtaurari queant.*

Epiſt. 11. — Exfrido Pictauienſis Epiſc. ſcribit Ioannes 8. epiſt. 121. — Can. 4.

Eodem anno Carolus Caluus in vrbem accitus

Digitized by Google

à Ioanne Papa ab tuendam à Sarracenis Romanam Eccleſiam, cùm apud Papiam degeret cum Pontifice, interim primores regni cum Carlomanno Ludouici Transrhenani filio aduersùs eum conſpirationem iniere, coniurationis principes fuere Bernardus Comes Aruernorum, & Bernardus Marchio Gothiæ, ibique veneno perijt Carolus, propinato ſibi lethali poculo à Sedechia Iudæo medico, quò vtebatur.
Lib. 5. c. 3 Continuat. Aimoin.

Capvt IV.

Hugo Abbas & Bernardus Comes Aruernorum adhibiti conſilijs Ludouici Balbi Diuiſio regni inter Ludouicum & Carlomannum Balbi liberos Ludouico Frãcia, & Neuſtria, Carlomanno ceſſit Burgundia, & Aquitania. Bernardus Comes Aruernorum Baiulus ſeu tutor Ludouici, Frotharius Bituricenſis Epiſcopus ſacris interdictus.

ANno DCCCLXXVII. morte ſublato Carolo Caluo, Ludouicus Balbus eius filius primùm apud Compendium ab Hincmaro Rhemenſi Archiepiſcopo in Regem inauguratus eſt: nam iterum ſequenti anno â Ioanne VIII. Papa cùm ad Trecenſem
Lib. 5. c. 36. & 37. ſynodum veniſſet Imperator coronatus eſt, de vtraque coronatione, Continuator Aimoini.

Ludoui-

Digitized by Google

Ludouicus Balbus rerum potitus Bernardi Marchionis Gothiæ honores diuiſit inter Theodoricũ Camerarium, Bernardum Comitem Aruernorum, & alios. idem Aimoini continuator. Lib. 5. c. 37.

Idem ſub initia Regni ab Hincmaro Rhemenſi Archiepiſcopo ſuaſus eſt, vt conſilijs adhiberet Hugonem Abbatem, & Bernardum Comitem Aruernorum, qui nuper à patre adhuc ſuperſtite, in Conuentu Cariſiacenſi filio lecti erant imperij adminiſtri, teſtis ipſe Hincmarus in epiſt. ad Ludouicum Balbum: *Vos ſcitis quia pater veſter priùs Rhemis de conſtitutione veſtra, poſt illum in regimine Regni, cum primoribus regni ſui diſpoſuit vbi quantum recordor, maxime omnes regni primores fuerunt, excepto venerabili Abbate Hugone, & Bernardo Comite Aruernenſi, & omnes ſecundum diſpoſitionem patris veſtri in veſtra regia conſtitutione conſenſerunt: & quando proxime in Cariſiaco inde diſpoſuit, & nomina vobis deſcripta dedit quorum conſilio & auxilio regni negotia diſponere deberetis, inter quos & Boſo adſcriptus eſt, omnes præſentes adfuerunt excepto ipſo Boſone, & Hugone Abbate, & Bernardo Comite Aruernico, & omnes qui adfuerunt in veſtra regia conſtitutione conſenſerunt: Sed & illi qui cum patre veſtro perrexerunt. Propterea ſub celeritate mittite ad Hugonem, & Goſlinum Abbates, & ad Boſonem & Conradum, & Bernardum, itémque Bernardum Comites, & petite vt talem locum, ſicut eis commodius viſum fuerit, vobis & eis qui in iſtis partibus ſunt, conuenire prouideant, & vobis mandent vt illuc veniatis, cum principibus qui in iſtis partibus ſunt, Qua de re meminit Nicol. Vignerius.* Cap. 7. In Chronic. Burg. a. 877.

Anno DCCCLXXIX. Ludouico Balbo intempeſtiuâ

H

morte erepto, Ludouicus & Carlomannus eius filij ex Anſgardi priore coniuge ſuſcepti, paternum inter ſe regnum apud Aurelianos diuiſére. Hâc rerum diuiſione, Ludouicus Françiam & Neuſtriam; Carlomannus Burgundiam & Aquitaniam ſortitus eſt cum

Lib. 5. c. 40. anno 8030. Marchis ſuis. Continuator Aimoin. Chron. Floriacen-

In Chr. Burg. ſe, Nicol. Vigner. Pater in extremis poſitus, Ludouicum Bernardi Comitis Aruernorum baiulationi ſeu tutelæ commendauit, ipſum Bernardum cum filio ſuo & Hugone Abbate, Boſone & Theodorico Auguſtodunum miſit, quò Comitatum pro Theodorico euindicaret. Idem Continuator Aimoini. *Sed quia ingraueſcēte infirmitate ſua, dicebatur enim veneno infectus, lõgiùs ire non potuit, filium cognominem ſibi Ludouicum baiulationi Bernardi Comitis Aruernici ſpecialiter committens, Hugonem Abbatem, & Boſonem, & præfectum Bernardum cum filio ſuo, ſed & Theodoricum cum ſocijs ſuis, Auguſtidunum miſit, quatenus ipſum Comitatum ad opus Theodorici, cui antea illum dederant euindicarent.*

Lib. 5. c. 34

Ludouico deinde poſt biennium mortuo mēſe Auguſti anno DCCCLXXXII. Carlomannus Françiam

Lib. 5. c. 4. quoque & Neuſtriam adeptus. Continuat. Aimoini.

Eodem anno Frotharius ex Burdegalenſi Bituricenſis Epiſcopus, ſacris interdictus, Hugonem Abbatem, vt eius communione abſtineat monet Ioannes VIII.

Epiſt. 305. Pontifex in epiſt. vbi mendoſe legitur *Frotherij Bedurienſis* pro Frotharij Bituricenſis; quam ob cauſam is excommunicatus ſit, non explicatur, Io. Belij ſuſpicio eſt eum ſacris prohibitum ob Bituricenſis ſedis incubationem, ſed aliam fuiſſe excommunicationis cauſam credere par eſt; Ipſum enim à clero & plebe

Digitized by Google

Bituricenſi & ab Epiſcopis ipſius Prouinciæ expetitum & electum, & ipſius tranſlationem à Marino Ioannis proximo ſucceſſore comprobatam, eundémque ab eodem pallio donatum teſtatum eſt ex Fulconis Rhemenſis epiſtola ad Hadrianum III. pro defenſione Frotharij ſcripta, de qua Flodoardus, cum tamen aliquot poſt annis à Stephano VI. ad propriam ſedē reuocatum diſtrictis anathematis pœnis ni pareret, docet ipſius Pontificis epiſtola ad Fulconem, & alios Epiſc. apud Flodoardum, ex quâ ſcimus Bituricenſem ſedem Frothario à Ioanne VIII. ad tempus conceſſam propter infeſtationem barbaricam, hac lege, vt remotâ neceſſitate ad ſuam ſedem rediret, vnde præcipitur à Pontifice, vt ad propriam ſedem redire compellatur, librato anathemate, niſi Apoſtolicis monitis obtemperaret.

Lib.4 Rhem. hiſt. cap. 1.

Eod. loco.

Capvt VII.

Odo Comes Pariſienſis & Dux Aquitaniæ è tutore Caroli Simplicis in Regem eleuatus, quamplures Aquitaniæ vrbes à Normannis euerſæ, cum his Caſſinogilum Caroli M. Palatium in pago Aginnenſi. Reliquiæ S. Martialis ſecuritatis cauſa è Lemouico Torinnam tranſlatæ, prœlium aduerſus Normannos in loco cui nomen Deſtricias apud Lemouices vulgo Deſtreſſes. Ranulfus II. Dux Aquitaniæ Ranulfus cum fratribus rebellat aduerſus

Digitized by Google

Odonem, Robertus Pictauienſi Comitatu donatus, VVillelmus Comes Aruernorum & Bituturigum, eius Honores Hugoni dati ab Odone Hugonis obitus, Carolus Simplex regno reſtitutus, Aquitania Odoni relicta. Ranulfus veneno ſublatus, Eblus eius filius Dux Aquitaniæ & Comes Pictauienſis. Ranulfo vxor fuit Adella Rollonis filia.

ROBERTO Comiti Andegauenſi duo fuere filij, Odo & Robertus. Odo Senior fuit Comes Pariſienſis, idémque Dux Aquitaniæ.

Anno DCCCLXXXV. Carolo qui poſtea Simplex dictus eſt, in cunis adhuc agente Odo communi conſenſu Françorum, Burgundionum, & Aquitanorum, penès quos ea tempeſtate ſumma rerum Gallicarum erat, tutor ei datus. Et quò tutelæ regium nomen auctoritatem, adderet, in Regem conſecratus à Galterio Senonenſi Archiepiſcopo. Continuator Aimoini. *Supererant autem duo filii Roberti Comitis Andegauorum qui fuit Saxonici generis vir; Senior ex his Odo dicebatur, Robertus alter, patrem nomine referens : ex his maiorem natu Odonem Françi Burgundiones Aquitanienſesque proceres congregati in vnum licèt reluctanten, tutorem Caroli pueri, regnique elegere gubernatorem, quem vnxit Galtherius Archiepiſcopus Senonum.* Idem Aimoinus Floriacenſis, Flodoardus, VVillelmus Gemiticenſis. Duriùs multo conſpiratione factâ Carolum Simplicem regno amotum, &

Lib. 5.

Lib. 2 de Miracul. S. Ben. cap 1.

Odonem Aquitaniæ Ducem in regni apicem ſubue-
ctum ſcribunt Auctor vitæ S. Genulfi. *At verò Ludoui-
co decedẽte Balbo, filius eius Carolus agnomime minor, poſt.
eum regnauit, contra quem Francici coniurantes eum de re-
gno expulerunt, & Odonem Aquitaniæ Ducem pro eo reg-
nare conſtituerunt.* Et Ademarus *: tunc Franci coniuran-
tes contra Carolum minorem, eiiciunt eum de regno, & Odo-
nem Ducem Aquitaniæ in regno eleuauerunt.*

Lib4 rhem hiſt. cap. 2 3. & 4. Lib. 8. c. 26. Lib 2. c. 17.

Odonis tempore Aquitaniam toties vaſtatam ho-
ſtilibus armis repetiere Normanni, Aquitani bello im-
pares pręſidij cauſâ ad munitiora ſuperioris Aquitaniæ
loca confugére. Vetus Mẽbrana Carroſenſis Monaſte-
rij *: mortuo Rege Carolo & quibusdam Regibus qui ei in
Regno ſucceſſerant, vita exemptis, Odone autem qui con-
ſilio Francorum cum eſſet Dux Aquitaniæ Rex eleuatus
fuerat, principatum obtinente, Normanni gens non medio-
criter perfida, à natiuo ſolo more formicarum ebullientes,
fines Galliarum & præcipuè Aquitaniam continuis, im-
prouiſiſque diſcurſibus depopulabantur; quorum metu acco-
læ regionis compulſi ad munitiora ſuperioris Aquitaniæ, ſe
cum ſuis contulére loca.* Hâc tempeſtate à Normannis ſo-
lo euerſæ quamplures Aquitaniæ vrbes, quæ ad Ga-
rumnæ & Dordoniæ amnes jacent, & ipſum Caſſino-
gilum villa regia in pago Aginnẽſi Ludouici Pij cunis
percelebris Aimoinus Floriacenſis. *Huius teſtes ſunt rei
non ſolum Sequanico, Ligericóque littori quibus Neuſtria
nobilitatur fluminibus, Dordonniæ ſeu Garonnæ, qua-
rum Aquitania inſignitur fluentis, adhærentium vrbium;
verùm etiam præminentium ruinæ ædificiorum, interque
eminentiſſimum illud Caroli Magni principis palatium
Caſſignol, gloria quondam & decus cunarum filii eius, iam*

Lib. 1. de Miracul. S. Ber. cap 1.

Digitized by Google

præfati Hludouici Pii, quod ita Déo volente inimica gens ſubuertit, vt & inhabitabile redderet; & tamen quid aliquãdo fuerit, manifeſtè appareat, id eò loci ſitum eſt, quo torrens Quodrot Garonnam influit, turrim lateritiam in margine memorati torrentis extructam habens, è qua & aduentus præuidet, & ingreſſus hoſtilium poſſit arceri nauium, ſimúlque vt claſſis regia, abſque aduerſariorum impedimento fabricata, in minori ad fluenta maioris deduceretur amnis. Habet verò Eccleſiam ampliori Eccleſiæ coniunctam miro opere ex lateribus fornicatam, in qua ſi bene viſa recordor, permodicum habetur ſarcophagum in quo frater Hludouici Pii geminus ille putatur ſepultus &c. Eadem furoris Normannorum declinandi cauſâ Theſaurus Sancti Martialis, ideſt ſacrum corpus Lemouicâ Torinnam quod eſt munitiſſimũ caſtrũ in finibus Lemouicum Vicecomitatus nomine inſigne deportatum. Odo Cluniacenſis in vita S, Geraldi Aureliacenſis Comitis. *Theſaurum quippe Sancti Martialis Torennæ cuſtodiebat* (Odefedus Torennenſis Comes) *qui pridem ob metum paganæ gentis illic fuerat deportatus.*

Lib. 1. c. 56.

Aduerſùs Normannos ſuppetias vocatus Rodulfus Rex Burgundiæ, cum magnis copiis in Aquitaniam peruenit, cõmiſſo prœlio apud Deſtricias vicũ in finibus Lemouicum, Normanni ad internecionem fuſi & deleti, ita vt vlteriùs Aquitaniam non attigerint. Ademarus: *quo tempore Rodulfus Rex Burgundiæ cum hoſte fortiſſimo Lemouicinum appulit, & congregati ſunt contra eum innumerabiles hoſtes Normannorum, & commiſſo proelio in loco qui dicitur ad Deſtricios vſque ad internitionẽ deuaſtati ſunt pagani, & exinde fugientes non vltra fiduciam præſumpſerunt veniendi in Aquitaniam, Rodulfus*

Digitized by Google

autem gratias Domino, pro cuius amore annimam ſuam poſuerat referens, cum magno triumpho regreſſus eſt. Idem legitur in fragmēto hiſt. Aquitanicæ, quod inter ſcriptores rerum Gallicarum edidit P. Pithœus & apud Auctorem vitæ S. Genulfi. Lib. 5. c. 19

Ann. DCCCLXXXVII. à Normannis obſeſſa Lutetia Pariſiorum, & feliciter propugnata ab Odone cum Goſleno vrbis Epiſcopo, & Ebalo Abbate de quo Abbo Floriacenſis.

Per hæc tempora Ducatum Aquitaniæ occupauit, Ranulfus II. vnus ex liberis Ranulfi I. ſub annum DCCCLXXXVIII. eum in Aquitania regiū nomen affectaſſe ſcripſit Hermannus Contractus apud Caniſium: *Odo filius Rudperti in Gallia vſque ad Ligerim, & in Aquitania, vltráque in Gallia Ramnolfus regium nomen nihil inuaſere.* Tom. 1. Antiquar. lect.

Sub idem tempus Ranulfus in Aquitania cum fratibus Gosberto, & Ebalo, ſiue Ebulo qui dictus eſt Abbas S. Dionyſii, in Odonem regem rebellionem iniit. huius compeſcendæ cauſa in Aquitaniam profectus Odo cum lecta militum manu. Regino Abbas *poſt hæc in Aquitaniam proficiſcitur* (Odo Rex) *contra Ramnolfum, & fratrem eius Gozbertum, Ebulonem Abbatem de Sancto Dionyſio, & alios nonnullos, qui eius imperiis obtemperare renuebant, vt eorum inſolentiam reprimeret.* Dum hoc bellum gereretur, Odo Rex Robertum fratrem Pictauienſi Comitatu donauit, Ademari genere coniuncti ſpem fruſtatus, qui meritorum in rempublicam præmium id ad Odone expectabat. Spe deceptus Ademarus ab Odone diſceſſit, & Odonis copiis noctu interceptas, fére deleuit: Pictonum fini- Lib. 2. chron. Ad ann 892.

Digitized by Google

bus Odo tranſiit ad Lemouices, & inde in Aruernos VVillelmum Comitem Aruernorum vnum è præcipuis Ranulfi fautoribus, in ordinem redacturus, ne manus conſererentur medio flumine obuio prohibitus eſt: ob hanc cauſam ne impune eſſet, VVillelmum honoribus multauit, eoſdemque Hugoni dedit, quo pacto Hugo factus eſt etiam Comes Bituricenſis. Inde ortum cruentum bellum inter VVillelmum & Hugonem, ac tandem in prœlio captus Hugo, etſi ſupplex vitam depoſceret à Villelmo, irati victoris manu lancea confixus cecidit. Hac de re Abbo Floriacenſis.

Lib. 2. de obſed. Pariſiac.

Præterea aſtutos petiit præceps Aquitanos
Mox ſibi ſuiectis Francorum regna reuiſit,
——— Verum nihil illud.
Ad ſui met requiem iuuit quia mox Aquitanos
Linquere ſe, numénque ſui poſtponere nouit
Appetit ergo furens illos vaſtans, populánſque
Arua modo & vulgus, quamquam concludere niſus
Vrbes aduerſus, minimum tamen aucta facultas
Forte ſed inſurexit eis ſpreto ætheris arce
Conſul Ademarus Regi copulatus eidem
Progenie, cuius memini Proſerpina dudum
Huic ceſſit cuneos dum profligauit Odonis
Vmbra fugat ſtellas, Ademarus ab agmine vitas
Dormit Odo, conſanguineus ſua proterit arma
Aſtra micant Primas vigilat, ſed & auolat ipſa
Regia, mox conſanguinitas de ſanguine læta.
Talia cur ſi quidem recinam cum geſſerit olim
Nam libuit Regi dare propugnacula fratri
Roberto Pictauis, Ademaro tamen haud ſic
Nempe ſibi cepit plus ſe quia diligit illo

Inde

Digitized by Google

Inde Limouicas adiens Aruernicaque arua
Praualidas VVillelmi acies ſecum videt hoſtis,
Ni congreſſuras fluuius medio probiberet
Perdit ergo ſuos illic VVillelmus honores
Hugoni regnante datos, qui Bituricenſis
Princeps extiterat Conſul, quare fuit actum.
Hos inter geminos Comites immane duellum
Mille ſuper centum defleuerat inclytus Archos
Claremontenſis VVillelmus Hugone necatos,
Iſte minus numero ſecum maiore remotum
Hic Hugo dum tandem capitur mucrone VVillelmi
Supplicat vt pietas eius ſuccurreret illi
Olli tam ſero per verba meaſſe reſpondit
Ocius & dicto trans pectora lancea tranſit
Hugonis.

Anno DCCCXCII. alternante rerum vice Carolus Simplex duodecimum iam annum ætatis agens, regno reſtitutus ſtudio Francorum, & à Fulcone Rhemenſi Epiſcopo in Regem inauguratus, non tamen regnum ex aſſe recepit, Odo quoad vixit Aquitaniâ ex pacto potitus eſt. Teſtis Regino Abbas. *Ottone Rege in Aquitania commorante, Francorum principes ex permaxima parte ab eo deficiunt & agentibus Fulcone Archipiſcopo, Heriberto & Pipino Comitibus in Remorum ciuitate Carolus filius Ludouici ex Adelheyde Regina natus in regnum eleuatur.* Idem Sigebertus refert ſub annum DCCCXCIV. *Odone Rege per conſilium Francorũ in Aquitania demorante Franci puerum Carolum duodenum Ludouici Balbi filium in regnum paternum reuocant, & Rhemis à Fulcone Archiepiſcopo in Regem benedici faciunt.*

Anno DCCCXCIII. Odo compoſitis rebus Aquita-

Digitized by Google

niæ in Franciam rediit, & coniunctis copiis cum Roberto fratre, Carolum Simplicem eiúſque ſequaces bello petiit & fugauit. Regino. *Otto compoſitis rebus in Aquitaniâ in Franciam reuertitur, & cum Rodeberto fratre, Carolum fugat defectoreſque perſequitur.*

Tandem Ranulfus cum Odone Rege in gratiam rediit ob laudem fortitudinis ſummo apud eum loco fuit, eius aulam frequentauit, & dum in regio Comitatu eſſét, veneno ſublatus. Hic Ranulfus vnicum filium ſuperſtitem reliquit, Eblum nomine poſtea futurum Comitem Pictauienſem & Ducem Aquitaniæ. Hunc pater in extremis poſitus Geraldo Aureliacenſi Comiti qui ſanctitatis laude, cum generis dignitate certabat, tuendum & educandum credidit, idémque cum VVillelmo Comite Aruernorum, quo cum genere coniunctus erat, & cum Rollone principe Normannorum arctiſſimam amicitiam coluit. Hæc omnia paucis complectitur Ademarus: *Rannulfus quoque Comes Pictauienſis habuit filium Eblum nomine qui Rannulfus conſanguineus erat VVillelmi nobiliſſimi Comitis Aruernis, ſummamque amicitiam cum eo, & cum Rolo principe Normannorum habuit, & quia pugnator fortiſsimus erat, à Rege Odone valde honorabatur & dum regalem aulam aſſiduaretur, veneno nectus, in extremis Sãcto Geraldo ibi tunc præſenti paruulum filium ſuum Eblum commiſit tutandum.*

Rannulfus iſte vxorem duxiſſe memoratur Adellam filiam Rollonis ducis Normannorum, ex qua nullos ſuſcepit liberos: verùm Ademarus Adellam Rollonis filiam Ebulo vxorem adſcribit: de Rannulfi vxore ſilet. Hoc loco Io. Belius ſuaderi non poteſt, Ra-

nulſum vxorem duxiſſe filiam Rollonis, qui paganicam ſuperſtitionem non eiurauit, ante ann. DCCCXXII. quo tempore Ranulfus in viuis eſſe deſierat, ſed cur Ranulſum Rollonis filiæ nuptias reſpuiſſe credamus, qui Rollonis amicitiam ſtudioſe obſeruauit, teſte ipſo Ademaro.

CAPVT V.III.

Ebalus vnus è fratribus Ranulfi poſt eum Dux Aquitaniæ. Ademarus Comes Pictauienſis.

VENENO extincto Ranulfo II. Ebalus alter è fratribus Ducem Aquitaniæ ſe geſſiſſe memoratur, vix anno ſuperſtes. Hic dictus eſt Abbas, quòd fœdo æui more teneret Abbatiam S. Dionyſii, nec non Abbatiam S. Germani Pariſienſis. Ann. DCCCXCIII. cum caſtrum quoddam in Aquitania incautiùs oppugnaret, lapide è machina miſſo percuſſus interiit: poſt eius mortem S. Dionyſij Monaſterium in manum & poteſtatem ſuam reuocauit Odo. Teſtis Regino: *Ebulo Abbas de S. Dionyſio, cum quoddam caſtrum in Aquitania ſitum ardentiùs expugnaret, ictu lapidis periit,* Ad ann. 893.
Monaſterium S. Dionyſii Otto ad ſuum ſeruitium reuocat. Poſt eiuſdem Ebulonis necem Abbatiam S. Germani idem Odo Roberto fratri in beneficium tradidit. Auctore Aimoini Continuatore. *Poſt hæc defuncto* Lib 5.c.41.
Ebolo Abbate Robertus ſupradictus princeps cupiditate magis ductus, quam curæ animarum ſolicitus, Abbatiam S.

Germani accepit, ſeque Abbatem poſt ſupradictum Hugonem Abbatem vocitari fcat: Stulte Ebalum hunce Ranulfi filium credidit Auentinus, Ebalus enim iunior in tabulis Turonenſibus Ranulfi filium ſe profitetur, & Gosbertum, Ebalúmque auunculos agnoſcit, ac conſequenter fratres Ranulfi.

Per hæc tēpora Ademarus Emenonis filius vxorem duxit Sanciam neptem ex filio VVlgrini Comitis Engoliſmenſis & natam VVillelmi Comitis Petrocorienſis, Alduino & Villelmo ſocero ita charus, vt in eorum ditione pro Domino coleretur. Hic ab Odone Rege in aulam euocatus ob ſingulares animi & virtutis dotes Pictauienſi Comitatu ab Odone Rege donatus. Ademarus *Ademarus autem filius Emenonis Sancia in coniugio copulata Alduino & VVillelmo familiariſſimus exiſtens, honore eorum ac ſi frater potiri videbatur, qui à Rege Odone vocatus ad Palatium prouectus eſt Pictauis Comes.* Idem in chronico M. S. Engoliſmenſi.

Capvt IX.

VVillelmus Comes Aruernorum, poſt Ebalum Dux Aquitaniæ. Villelmi Ducis parentes, Ebalus filius Ranulfi VVillelmo Duci Aquitaniæ educandi cauſa traditus. Dolenſe Monaſterium fundatur in Biturigibus. Odonis mors ſine liberis. Carnutes obſeſſi à Normannis liberati Ebali Comitis Pictauienſis ſuppetiæ aduerſus Normannos. Monaſterium

Digitized by Google

S. Crucis Burdegalenſis à Normannis euerſum à Guillelmo Comite Burdegalenſi inſtauratum. Ecfridus Pictauienſis Epiſcopus Per eadem tempora à Iacobo Bergomate falſo memoratur Berardus Pictauienſis Epiſcopus.

POST Ebalum I. VVillelmus Comes Aruernorum Dux Aquitaniæ fuit beneficio Odonis Regis, vnde beneficij haud dubiè memor in tabulis fũdationis Cluniacenſis Monaſterij ait ſe id Monaſterium extruere pro dei cultu, & ſalute Odonis Regis ſenioris ſui: *Dono autem hæc omnia iam dictis Apoſtolis ego VVilelmus & vxor mea Ingelberga primum pro amore Dei; deinde pro anima ſenioris mei Odonis Regis.* Hic vero non tutorio nomine, id eſt vt tutor Ebali Aquitaniam tenuit, vt viſum Io. Belio, ſed potiùs iure ſuo, ideſt iure beneficiario ab Odone. Ioannes Italus in vita Odonis Abbatis Cluniacenſis: *quâ de cauſa omnibus charus erat præcipueque apud VVillelmum Comitem robuſtiſsimum, qui eo tempore Aquitaniam, Gothiámque ſuo iure tenebat.*

VVillelmus hic ſuſceptus eſt patre Bernardo, matre Ermengarde, Auctore Odone in vita S. Geraldi Lib. 1. c. 32. & 34. Bernardũ Patrem VVillelmi fuiſſe Comitem Niuernẽſem putat, Guido Coquille, Quercetani coniectura Lib. 1. eſt eundem fuiſſe Ducem Gothiæ, ſeu Septimaniæ quem hoc nomine celebrant Nithardus & Aimoini Continuator, mouetur ille, eo quòd ex Nithardo colligitur Bernardum illum Marchionem Gothiæ mul-

Digitized by Google

tas in Burgundia ditiones poſſediſſe, & poſt Fontanelicũ prœlium filium miſſitaſſe ad Carolum Caluum, ac vt ſe ei commendaret imperaſſe, ſi ratos ei faceret honores quos in Burgundia habebat & hoc forte ſenſu Ioannes Italus ſcripſit loco modo laudato Guillelmum Gothiam cum Aquitania ſuo iure tenuiſſe quo pacto enim Guillelmus iure ſuo Gothiam adipiſci potuit, niſi patrem agnoſcas Ducem Septimaniæ ſeu Gothiæ: res difficultate non caret & ob id forte Surius in vita Odonis Cluniacenſis vt ea ſe explicaret loco ſupra laudato de VVillelmo, verbum Gothiæ expunxit. *Ad fortiſsimum Comitem VVillelmum, qui id temporis Aquitaniam obtinebat.*

Ebalum clam aulâ ſubductum Geraldus Comes in Aruernos deduxit, & Guillelmo Comiti Aruernorum, ac iam Duci Aquitaniæ educandum tradidit Ademarus: *Regreſſusque à Palatio Sanctus Geraldus clam ſubductum filium Ranulfi à Pictauis VVillelmo Duci Aquitaniæ Comiti Aruernis credidit nutriendum cui propinquus erat.*

Anno DCCCXCVII. Dolenſe Monaſterium in pago Bituricenſi ab Ebone Domino loci inchoatum, & à Radulfo eius filio adimpletum, collecto hîc ingenti choro monachorum Ademarus: *Eo tempore Ebo Bituricus cœpit ædificare cœnobium Dolenſe in honore Dei matris, quod poſtea integrauit Rodulfus filius eius, vbi magnam cohortem monachorum congregauit regulariter degentem.* Hic notus eſt Abonis nomine, & Bituricenſis Comes fuiſſe videtur, vnde nobiliſſimum partium Bituricenſium principem nuncupat Auctor vitæ S. Genulfi. *Tunc etiam Abo nobiliſsimus partium princeps Bitu-*

Digitized by Google

rigerſium Dolenſe cœnobium ædificauit. Huc metu Normannorum è minori Britannia tranſlatum corpus B. Gildæ cum multis alijs ſacris pignoribus, vt docet Auctor chronici Lemouicenſis, & huc pertinet illud vitæ S. Gildæ: *Ea tempeſtate duo Monaſteria virorum Lochmenech, id eſt locus monachorum & locus ſancti Gildæ* Cap. 10. *effugatis habitatoribus deſerta ſunt, atque deſtructa, quorum habitatores coniuncti ſimul compulſi ſunt alienas petere regiones, atque in Bituricenſi regione nouas ponere ſedes, ſecum deferentes ſanctorum corpora, ſanctarumque patrocinia, quæ tunc temporis apud Britannos feſta deuotione, nimióque venerabantur affectu*: Multis ſeculis hoc Monaſterium religionis laude claruit; Sed nuper id ſeculares ad Canonicos deuolutum, monachis excucullatis operâ Condæi Principis, vulgò vocatur, *l'Abbaye du Bourg Dieu, ou Bourg Deols.*

Anno DCCCXCVIII. Odo Rex ſine liberis vita migrauit, eius morte Carolus Simplex integrum Regnū Lib. 5. c. 41. recepit teſte Continuatore Aimoini, & VVillel- Lib. 8. c. 26. mo Gemiticenſi, vnde à morte Odonis redintegrati Regni annos numerare cœpit.

Anno DCCCC. Carnutes armis obſeſſi à Rollone Duce Normannorum, Richardus Burgundionum Dux Ebalus Comes Pictauienſis, & Franci ſuppetias vocati à VValtelmo antiſtite: Richardus cum magna militum manu vt prior adfuit, illicò in caſtra hoſtium irruit, non expectato aduentu Ebali: quâ re cognitâ VValtelmus cum lecta ciuium turma ex oppido in hoſtes erupit prælata cruce, & interiori tunicâ, quam ferunt Deiparæ Virginis fuiſſe. Rollo tot hoſtibus ſe imparem ſentiens, non ſinè magna ſuorum ſtra-

Digitized by Google

ge per medias acies hoſtium in iugum montis euaſit. Eodem die ſuperueniens Ebalus valde in Richardum indignatus, quod abſque eo prœlium tentatum eſſet, & ipſi ademta eſſet, periculi & gloriæ, ſi qua maneret ſocietas, & illicò hoſtes adorſus, omnibus copijs circa montem quo illi ſe tuebantur diſpoſitis; Sed Normanni noctu elapſi per medios hoſtes, noſtris ſubito terrore conſternatis, vano ſcutorum ſtrepitu, & tubarum ſono: Ebalus ipſe metus non expers, tremulus fullonis caſam ſubijt, & totam noctem ibi latuit, donec illuceſcente ſole, cognitâ fugâ hoſtium, collectis animis & viribus, eos quo ad licuit perſecutus eſt. Hæc narrant pari fere ſtylo Dudo Decanus S. Quintini, VVillelmus Gemiticenſis, Ordericus Vitalis Rogerus Houedenus, è quibus iſte rem refert ad annum DCCCXCVII.

Lib. 2. hiſt. Norm. lib. 2. cap. 15. & 16. 1. part. annal.

Eodem anno Monaſterium ſanctæ Crucis Burdegalenſis à Normannis ſolo euerſum, á Guillelmo Comite Burdegalenſi inſtauratum, conſentiente Aldeberto Archiepiſcopo, vt Docet Vir Clariſſimus Petrus de Marca, ex Conſeranenſi Epiſcopo Archiepiſcopus Toloſanus.

Lib. Bearn. cap. 4.

Eodem anno obiit Ecfridus Pictauienſis Epiſcopus & ſucceſſorem accepit Frotharium ex chronico Malleacenſi, Sub annum DCCCXCII. Berardum Pictauienſem Epiſcopum celebrat Iacobus Bergomas, eiùſque operâ & conſilio imprimis vſum ait Stephanum V. Pontificem, difficillimis Eccleſiæ ac Reipublicæ temporibus. *Stephanus,* inquit, *huius nominis V. Papa ſic quo ad vixit in multa perturbatione Normanorum, Hunnorúmque ac Italicorum ſemper fuit: Sed multorum*

In ſupplem. chronic.

rum virorum illuſtrium, & quàm maximè ſanctitate Luitprandi Papienſis Eccleſiæ Diaconi, Valdridi Bauari, & Berardi Pictauienſis Epiſcopi mirificè recreatus fuit, cùm eorum vita & mores multum Chriſtianam fidem adiuuerint, & multa Monaſteria maximis ſumptibus in vtraque Gallia conſtruxerint: Sed recentioris authoris fides non conſtat; nullus enim alius præter eum, Berardum iſtum memorat inter Pictauienſes Antiſtites: ac præterea annus DCCCXCII. quo memoratur à Bergomate, incidit in tempora Ecfridi, quem certum eſt per id tempus ſedem Pictauienſem tenuiſſe, nec deceſſiſſe ante annum DCCCC.

CAPVT X.

VVlgrini Comitis Engoliſmenſis obitus, eius liberi Alduinus Comes Engoliſmenſis, & VVillelmus Comes Petrogoricenſis & Aginnenſis, ſæua fames & lues in tractu Engoliſmenſi ob ſacrum lignum Crucis Carrofenſis Monaſterii apud Engoliſmam cuſtodiæ cauſa depoſitum, retentum. S. Theodardus Narbonenſis Archiepiſcopus Aquitanus, olim monachus cœnobij S. Martini in finibus Cadurcorum, quod ab eo dictum eſt cœnobium S. Theodardi, è cuius initijs ſurrexit Montis albani oppidum, VVillelmus Comes Aruernorum & Dux Aquitaniæ Cluniacenſe

cœnobium ab eo fundatum & dotatum, eiuſdem exemptio. Geraldus Comes Aureliacenſis reſpuit nuptias ſororis VVillelmi Ducis, idem fundat Monaſterium Aureliacenſe, VVaſsi Regij à Marchionibus vſurpati; Geraldi fides in Regem, Odo Aquitanus Abbas Cluniacenſis, eius educatio, ſtudia, & progreſſus, hic religionis inſtaurator, Alduini Comitis Engoliſmenſis obitus, ei ſuccedit VVillelmus Sector ferri ipſius filius, vnde cognomen, Geraldi Aureliacenſis obitus. Monaſterium S. Eparchii reformatur ſtudio VVillelmi Comitis.

ANNO DCCCXCIIII. è viuis exceſſit VVlgrinus Comes Engoliſmenſis, ſuperſtitibus duobus filijs, ex Rogelinde vxore, filia VVillelmi ſecundi Comitis Toloſani, Alduino & VVillelmo: quorum prior ei ſucceſſit in Engoliſmenſi Comitatu; alter verò tulit Comitatum Petrocorienſem & Aginnenſem, qui matri in dote fuerat. Hic VVlgrinus multis rebus, armis præclarè geſtis aduerſùs Normannos celebratur. Hac de cauſa duo is caſtra ædificauit, Marſiliacum & Maſtacium, in munitiones aduerſùs Barbaros: Marſiliaco præpoſuit Robertum legis doctum, id eſt legis Romanæ peritum, & amicorum chariſſimum ſibi Ranulfum, quem Vicecomitẽ inſtituit. Ademarus: *Defuncto Rege Ludouico*

regnauit pro eo filius eius Carolus, cognomento inſipiens vel minor; quo tẽpore defuncto VVlgrino V. nonas Maij, & ſepulto iuxta Baſilicam ſancti Eparchij, quinto anno poſt eum Oliba Epiſcopus diem clauſit, & Anatolius in loco eius Pontifex ordinatus. VVlgrinus autem multis prœlijs laborauerat frequenter cum Normannis, & hac de cauſa ædificauerat caſtrum Marſiliacum, & Maſtacium, vt eſſet munimen contra paganos, miſerátque in Marſiliaco Robertum legis doctum, & cum eo Ranulfum, quem fecit Vicecomitem, qui Rannulfus habuit tres filios Lanbertum & Arnaldum, atque Odolricum: idem verò VVlgrinus filijs ſuis reliquit, Alduino quidem Engoliſmam: VVillelmo verò Petrogorium & Aginnum, quam aſſumens vindicarat, propter ſororem VVillelmi Toloſani, quam in matrimonium acceperat.

Poſt VVlgrini mortem Alduinus eius filius & ſucceſſor, Engoliſmæ vrbis muros inſtaurauit. Ademarus, *poſt mortem ſi quidem VVlgrini, filius eius Alduinus triginta annos vixit, hic muros ciuitatis Engoliſmæ reſtaurare cœpit*, viginti poſt patrem vitæ annos Alduino Comiti tribuit chronicon M. S. de geſtis Epiſcoporum & Comitum Engoliſmenſium. *Poſt mortem ſiquidem VVlgrini filius eius Alduinus Engoliſmenſis Comes viginti annos vixit, muros ciuitatis Engoliſmæ reſtaurare cœpit.*

Per hæc tempora cum Normanni crebris excurſionibus Pictauienſem agrum infeſtum haberent Carroſenſes monachi ſacrum pignus ligni Crucis Chriſti quod apud ſe erat, apud Engoliſmenſes cuſtodiæ cauſa commendarunt, vt vero poſuit furor Normannicus Carroſenſibus depoſitum reppetentibus Alduinus

Digitized by Google

Comes id reddi non ſuſtinuit, & eo conſilio Eccleſiam ſancti Saluatoris extra muros ante ædem Sancti Eparchij adornauit, in qua ſacrum lignum locauit, nō impune, poſt ſeptem enim annos grauiſſimo languore contabuit, & regio dira fame & annonæ egeſtate ita laborauit, vt inuicem homines ſibi non parcerent, ac humanis carnibus velut lupi paſcerentur. His caſibus diuini numinis iram ſentiens Alduinus Comes, ſacrum pignus Carrofenſibus reſtituit per VVillelmum Sectorē ferri filiū, & illico cœleſtis plaga deſæuijt, Ademarus. *Quo tempore Gumbaldo Pontificatum agente reppetentes Normanni crebras irruptiones per Pictauorum terminos exercebant, vnde factum eſt, vt Monachi ſancti Saluatoris Carroffi precioſum lignum Crucis ad cuſtodiendum Engoliſmæ deferrent, cum diuerſis ornamentis Eccleſiæ, & ceſſante infeſtatione Normannica Alduinus in ciuitate ſua retinere temptauit, omnibus diebus ſupradictum ſanctum lignum nolens reddere commendatum. Hac de cauſa iuſſit adornare Eccleſiam Saluatoris foris muros in capite Baſilicæ ſancti Eparchii, vbi ſanctum lignum deputaretur, poſt annos vero ſeptem languore corporis multatus ipſe, & in populo eius ita fames vehementiſſima graſſata eſt, vt quod hactenus incompertum fuit, de vulgo vnus alterum ad deuorandum exquireret, & multi alios ferro perimentes carnibus more luporum humanis veſcerentur, quibus actus Alduinus neceſſitatibus, vno ante mortem ſuam anno remiſit Carroffo precioſum lignum per manus filii ſui VVillelmi cognomine Sectoris ferri, cum capſa aurea, quam ipſe ſecum gemmis conſtrui imperauerat, vbi contulit Lubeliaco villam & mox ceſſauit plaga, & ipſe poſt annum defunctus VI. Kalendas Aprilis; iuxta patrem tumulatus eſt.* Idem

Digitized by Google

Platina ſcriptor vitæ Pontificum, *Agebantur hæc in Italia, cum Guillelmus cognomento Sector ferri Engoliſmæ Comes, à Carolo Caluo originem ducens Monaſterio Carroſenſi,* Sic enim reſtituendũ pro Carthugiẽſi, *reliquias ſanctorum, quæ incurſionis Normandicæ tempore, inde ablatæ fuerant reſtitui mandauit.* In Theod. 2.

Circa huius ſeculi exitum memoratur S. Theodardi Narbonenſis Archiepiſcopi obitus, qui Aquitaniæ reddendus eſt. Hic clariſſimis ortus parentibus in pago Cadurcenſi Monachum profeſſus in cœnobio S. Martini, à parentibus in proprio fundo extructo, in monte qui Aureolus dictus eſt ad Teſconem amnem in confinio territorij Cadurcenſis & Toloſani, idemque ob vitæ merita electus in Archiepiſcopum Narbonenſem, ſumma in ſanctitatis laude conſenuit, tandemque de obitu diuinitus admonitus, ad Monaſterium rediit, de quo ad ſuperos fœlici morte tranſlatus eſt, eius vita extat in Sanctorali M. S. Bernardi Guidonis, eius ſepultura ita illuſtratum ſancti Martini Monaſterium, vt à poſteris conuerſo nomine S. Theodardi dictum ſit, male in Extrauag. Saluator. quæ eſt Ioannis XXII. leges Theodori, pro Theodardi.

Huius è Monaſterii initiis ſurrexit oppidũ Mõtis Albani: fœda religionis tabe á veterum colonorum laude lõge alienũ.

Ann. DCCCCXI. Guillelmus Comes Aruernorum & Dux Aquitaniæ Cœnobium Cluniacenſe in pago Matiſconenſi ſuper Graonam amnem fundauit, dotavitque euocato Bernone Balmenſi Abbate, ac primo Abbate conſtituto: idemque cœnobium lege fundationis Romani Pontificis poteſtati ſubiecit ſub cenſu annuo duodecim aureorum, vt patet ex tabulis fundationis, quæ à Quercetano editæ ſunt in Bibliotheca Cluniacenſi, hac de re meminit Auctor vitæ S. Ge-

Digitized by Google

nulfi: *His temporibus VVilelmus Comes Aruernorum erat Dux Aquitanorum, qui Cluniacenſe fundauit Cœnobium.* Et Glaber Rodulfus: *Ad vltimum quoque prædicta videlicet inſtitutio* (Ordinis S. Benedict) *iam pene defeſſi, auctore Deo elegit ſibi ſapientiæ ſedem vires collectura, ac fructificatura germine multiplici in Monaſterio ſcilicet cognomento Cluniaco, quod etiam ex ſitu eiuſdem loci Adelino, atque humili tale ſortitum eſt nomen: vel etiam quod aptius illi congruit, à cluendo dictum: quoniam cluere creſcere dicimus, inſigne quippe incrementum diuerſorum donorum à ſui principio in diem locus idem obtinuit, conſtruxit igitur prædictum Cœnobium primitus pater Monachorum ſupradicti Balmenſis Monaſterii Berno vocatus, iubente Villermo Piiſſimo Aquitanorum Duce in pago Matiſconenſe ſuper Graonam fluuiolum, quod etiam Cœnobium in primo non amplius, quam quindecim terræ Colonias dicitur in dotem accepiſſe, fratres tamen duodecim numero inibi memorantur conueniſſe, ex quorum veluti optimo ſemine multiplicata ſtirps Domini exercituum innumerabilis, magnam cognoſcitur repleſſe.* Eundem VVillelmum Aquitanum Cluniacenſis Monaſterii conditorem agnoſcit & Odilo ipſe Cluniacenſis Abbas in vita B. Maioli. *Salutaris igitur propoſiti pernicioſa remiſſio, atque prolapſio, ad illud vſque tẽpus, latenter irrepſerat, quo fauente Guillelmo Chriſtianiſſimo Aquitanorum principe, beatæ memoriæ Abbas Berno, in Burgundia regione Maticenſi ceſpite, pago quem Cluniacum vocant, Monaſterium cœpit extruere, atque in ea ſtructura quantum potuit operæ, & ſtudii poſuit, tandemque piæ deuotionis affectu, & multo labore ad laudabilem perduxit exitum.* Non deſunt tamen qui ſcripſerint, quos inter connumeran-

Lib. 1. c. 17.
Lib. 3. c. 5.
Ann. Burg. Lib. 1.

Digitized by Google

di Paradinus & Bugnonius Cluniacenſe Monaſterium multis ante annis conditum per Varinum Comitem Cabilonenſem & Matiſconenſem, tempore ſcilicet Ludouici Pij ann. DCCCIV. huiuſce Monaſterij exẽptio primũ sãcita ab initio fũdationis, rata facta in Romana ſynodo, & rurſus in ſynodo Rhemenſi, habita anno MCXIX. præſide Callixto II. in qua Epiſcopo Matiſconenſi decimas & poſſeſſiones cœnobii euindicante aduerſus Pontium Abbatem Cluniacenſem, Ioannes Cremenſis Orator Pontificis ſolenni oratione Monaſterij iura propugnauit, cuius verba ipſa refert Ordericus Vitalis, quæ hic ex parte exſcribere non pigebit. *Ducenti & eo amplius anni ſunt, ex quo Cluniacenſis Eccleſia fundata eſt, & ab ipſo primordio fundationis ſua Romano Papæ donata eſt, à quo vtilibus priuilegiis in Romana ſynodo, coram multis arbitris diuerſæ dignitatis euidenter inſignita eſt, ratum eſt & in cartis inſertum, legentibus liquido pateſcit, quod Guillelmus* (Male enim hic legitur Geraldus) *Aquitanicus Cluniacenſe cœnobium in alodio ſuo conſtruxit, & illud Romam pergens Romano Pontifici deuotiſſimè commiſit, nec id fruſtra fieri voluit, nam ipſe tunc duodecim aureos Papæ obtulit, & exinde totidem ſingulis annis dare decreuit, præfata ergo Eccleſia, nulli principum ſeu præſulum vſque nunc, niſi Papæ ſubiacuit &c.*

In chronic. Matiſ.

Lib. 12. hiſt. Eccleſ.

His temporibus vitæ ſanctitate, & nominis fama in Aquitania claruit Geraldus Comes Aureliacenſis. Huic, tantæ dignitatis vir erat, VVillelmus Dux Aquitaniæ ſororem in vxorem elocare voluit, Ermengardi matre, conſilij conſorte, ſed is melioris propoſiti tenax, nuptiarum votum animo prorſus repulit. Teſtis

Digitized by Google

Lib. I. c. 24. Odo Cluniacenſis eius vitæ Auctor. *Tanti autem apud eundem VVillelmum habitus eſt, vt ei ſororem ſuam in coniugio dare vellet, Ermengardi matre, quamprimum id cupiente, quæ virum hunc pio diligebat affectu, ſed Chriſtus Virginis filius caſtitatis amorem illi dudum indulcauerat, quam ab ineunte ætate ita complexus eſt, vt nec intuitu quidem tam excellentis copulæ, pateretur ab ea diuelli &c.*

Idem cum à ſuis ſuaderetur cogitare de nuptiis, *Opportunius eſt,* inquit, *mori ſine liberis, quam malos hæredes relinquere,* vt refert Ademarus. Hic Aureliacenſe Monaſterium in honorem B. Petri in proprio ſolo ædificauit, ac lege fundationis ſubiecit Eccleſiæ Romanæ, conſtituto eo nomine cenſu annuo, & quo Monaſterium regulari diſciplina rectiùs informaret, monachos impoſuit, Vabrenſi in Monaſterio eruditos, in quo ea tēpeſtate inprimis vigebat regularis diſciplina, vt ſcribit idem Odo Cluniacenſis. *Tum verò nobiles quoſdam pueros, ad Vabrenſe Cœnobiū direxit, nam tunc regularis obſeruantiæ feruor incaleſcebat, vt ſcilicet apud fraternitatem illam ſub norma regulari iidem pueri imbuerentur.*

Auct. vit. S. Geraldi li. 2. cap 17.

Lib. 2. cap. 6.

Per hæc tempora, quod notandum eſt, regia poteſtate in interitum ruente, paſſim Vaſſi regii deſtituto regio obſequio, vi & armis compellebantur ſeſe commendare, id eſt in Vaſſos ſeu clientes tradere Marchionibus, quo nomine intelligūtur etiā Duces, Comites & alii Primates, VVillelmus Aquitaniæ Dux ætatis vitio corruptus, Geraldum Comitē Aureliacenſem à regia fide in partes ſuas adducere nimiū ſtuduit, precibus & ſuaſione potius, quā vi & minis, ſed nequaquam Geraldum dicto audientem habuit, neç repulſa

in

Digitized by Google

in eum iniquior factus VVillelmus, memor ſeſe iam impuberem à patre Bernardo Geraldi tutelæ & cuſtodiæ traditum, eius fidem & defenſionem vtiliter expertum eſſe, quin immo eius conſuetudine mirum in modum delectatus, rem narrat idem Auctor eius vitæ. *Geraldus quoque ſicut Iob frater draconum, & ſocius Struthionum fuiſſe monſtratur, frequenter à quibuſdam Prouinciarum laceſſitus eſt, nam reipublicæ ſtatu iam nimis turbato regales Vaſſos inſolentia Marchionum ſibi ſubiugauerat. VVillelmus plane Dux Aquitanorum vir bonus, & per multa laudabilis, cum tandem vehementer inualuiſſet, non minis quidem ſed precibus agebat vt Geraldus à regia militia diſcedens, ſeſe eidem commendaret, ſed ille fauore Comitis nuper vſurpato nequaquam conſenſit, nepotem tamen ſuum nomine Rainaldum, eidem cum ingenti militum numero commendauit, ſed & iſdem VVillelmus nullatenus illi indignatus, quippe non immemor, quia pater ſuus Bernardus ipſum adhuc adoleſcentem eidem Domino Geraldo amoris cauſa commendauit, & ideo dulci admodum contubernio & ingenti veneratione ſemper eum excolebat &c.* Eadem de cauſa & Ademari Comitis Pictauienſis offenſam contraxit & Geraldus quod in eius fidem & cliẽtelam ſe tradere detrectarit, vt refertur in ipſius vita. *Vnde & Ademarus Comes vehementer inſtabat vt eum ſuæ ditioni ſubdidiſſet, quod nullo equidem pacto extorquere potuit, non ſolum quippe eidem Ademaro, ſed nec VVillelmo quidem Duci, qui tunc maiore rerum affluentia potiebatur, ſe commendare aſſenſus eſt.*

Lib. 1. c. 32.

Lib. 1. c. 35.

Anno DCCCCXII. Odo nobiliſſimus inter Aquitanos Bernone Cluniacenſis Monaſterii primo Abbate vita functo, in eius locum ſuffectus, vt teſtatur Sige-

Digitized by Google

bertus. Pater ei fuit Abbo vir litterarũ, & maxime iuris Romani peritus, ita vt Iuſtiniani nouellas memoriter teneret, vt ſcripſit Ioannes Italus in vita Odonis ex ipſius fide *Pater* inquit *meus Abbo eſt vocatus, ſed alterius moris eſſe videbatur & actus, quam nunc homines præſentis temporis eſſe videntur, veterum namque hiſtorias, & Iuſtiniani nouellam memoriter retinebat.* Vnde nobilitate & ſtudijs facilè ſe conciliauit Guillelmo Duci Aquitaniæ, vt ſubdit idem ſcriptor, *qua de cauſa omnibus charus erat, præcipuéque apud VVillelmum Comitem robuſtiſſimum, qui eo tempore Aquitaniam, Gothiamque ſuo iure tenebat.* Nobiliſſimo patre natus Odo, primum in comitatu Guillelmi ducis educatus, ſed melioris vitæ ſtudio abiecta ſeculari militia, nono & decimo ætatis anno primum tonſus in clericum Turonenſem, tandemque Abbas Cluniacẽſis factus, collapſam ferè religionem in Francia, Aquitania, Hiſpania, nec non ipſa vrbe Roma & Italia fœliciter reſtituit, teſtis idem auctor initio eius vitæ. *Odo igitur vir beatiſſimus,* Lib. 1. *ex Francorum proſapia extitit oriundus, ſed intra domum VVillelmi robuſtiſſimi Ducis Aquitaniæ eſt alitus, nono decimo ætatis ſuæ anno, apud Beatum Martinum Turonis eſt tonſus, ibique Grammaticæ laribus educatus, deinde apud Pariſium Dialectica, Muſicaque à Remigio doctiſſimo viro eſt inſtructus, & triceſimo ortus ſui anno Burgundiam petiit, ibique per quindecim annos ſub Bernone Abbate Monaſticam vitam duxit in Balmenſi Cœnobio. Poſtmodum verò Abbas ordinatus Franciarum, Aquitaniarum, Hiſpaniarumque partium atque Romanæ vrbis circumſtantium cœnobiorum effectus eſt dux, & pater dulciſſimus.* Hic prius è Monaſterio Aureliacenſi lectus eſt Abbas Flo-

Lib. 2. de Miracul. S. Ben. cap. 4.

riacenſis vt tradidit Aimoinus Floriacenſis. *Abbate Lamberto carnis ſarcina exonerato, aliquãto interiecto tempore egregiæ ſanctitatis Odo ex Monaſterio Sancti Geraldi, quod Aureliacũ dicitur aduéniẽs, huic ſacro prælatus eſt Cœnobio.* Idem & ante Tutelẽſis Abbas in pago Lemouicẽſi, fuiſſe proditur, ex Martyrologio Lemouicenſi. Lib. 2 de miracul. S. Ben. c. 4.

Anno dcccccxvi. Alduinus Comes Engoliſmenſis Carroffenſibus reddito ſacro pignore Crucis Chriſti per manus filii VVillelmi Sectoris ferri, vita migrauit ſucceſſore relicto eodem VVillelmo, vt tradunt Ademarus & Author Chronici Engoliſmenſis.

VVillelmus Sector-ferri inter Aquitanos virtutis & roboris fama clariſſimus multis prœliis Normannos Aquitania depulit, Sectoris ferri inde cognomen nactus, quod prœlio cum Normãnis ancipiti marte commiſſo, poſtera die Ducem Normannorum ſingulare ad certamen prouocatum, ferro medium ſecuit, ſingũlari roboris humanum excedentis argumento. Auctores iidem Ademarus, & ſcriptor Chronici Engoliſmenſis.

Anno dccccccxvii. Geraldus Comes Aureliacenſis nobilitate generis clarus, vitæ ſanctimonia clarior extremum diem obiit, & in Monaſterio Aureliacenſi cuius ipſe fundator fuit ſepultus, ex chronico M. S. Bibliothecæ Thuanæ.

Ann. dcccccxviii. Lambertus Vice Comes Martiliacenſis & Arnaldus ipſius frater à Bernardo Comite Petrocoricenſi necati in vltionemRanciæ ſororis vxoris Ademari Comitis Pictauienſis cuius vitæ inſidias moliti ferebantur, VVillelmus tamen ſector ferri Comes Engoliſmenſis, honorem eorum id eſt Vicecomi-

Digitized by Google

tatum Martiliacenſem reſtituit, Odolrico eorum fratri natu minori. Ademarus, *poſt cuius* (loquitur de Alduino Comite) *mortem ſecundo anno occiſi ſunt à Bernardo in vltionem Sanciæ ſororis ſuæ, quam occidere conati ſunt Lambertus Vicecomes Martiliacenſis, & Arnaldus frater eius, VVillelmus autem Sector ferri bonorem eorum reſtituit Odolrico fratri eorum, qui minor natu erat, fuitquè ſibi Vicecomes ſicut Rannulfus fuerat VVlgrino.*

VVillelmus Sector ferri res & ditiones ferè communes habuit cum Bernardo Comite Petrocoricenſi patrueli ſuo, filio VVillelmi fratris Alduini Comitis, tanta ſcilicet inter eos erat animorum conſenſio, vterque conuocato nobilium concilio, regularem diſciplinam reſtituére in cœnobio Sancti Eparchii Engoliſmenſis, huic Mainardus Abbas impoſitus, qui pro foribus baſilicæ conſtruxit elegans oratorium in honorem Sanctæ reſurrectionis. Idem VVillelmus teſtamento id eſt ſolemni inſtrumento baſilicam Sancti Eparchii multis decimis, & prædiis adauxit. Ademarus. *Hic denique Bernardus mortuo patre ſuo VVillelmo, qui fuit frater Alduini ex VVlgrino, Comes Petragoricenſis effectus eſt, VVillelmus vero Sector ferri Engoliſmæ principatum obtinuit, & communem habuere totum honorem eorum ipſe & Bernardus conſanguineus eius,* & poſt pauca. *Eo tempore Gunbaldus Epiſcopus decedens ſucceſſorem habuit Fulcaldum, Tunc VVillelmus Sector ferri, & conſanguineus eius Bernardus adgregato Conuentu nobilium, iterum reſtituerunt Monaſticum habitum in baſilica Beati Eparchii præficientes eidem Monaſterio Mainardum Abbatem, qui in fronte baſilicæ Beati Eparchii conſtruxit elegans oratorium in nomine ſanctæ reſurrectionis, tunc*

Digitized by Google

Dominus VVillelmus per teſtamentum conceſsit ad eundem locum Beati Eparchii donum, Eccleſiam Sancti Hilarii in Petragorico ſitam, in vicaria Piliacenſe, Eccleſiam Sanctæ Eugeniæ ſitam in Sanctonico in Vicaria Pedriacenſe, curtem Fradore villam, & villã Dairtico, villam Aluiniaco, villam Ramonore villa, cum ipſa Eccleſia ſua, manſum vnum in Godoruilla, quod teſtamentum firmare iuſsit, & firmauerunt manibus propriis, quorum nomina hæc ſunt Bernardus Comes, Arnaldus filius Bernardi, Odolricus Vicecomes, Arnaldus filius VVillelmi, Adhemarus filius VVillelmi.

CAPVT XI.

Normanni infeſti Aquitaniæ Coniectum genus tributi impoſitum, ad redimendas incurſiones Normannorum. VVillelmus Dux Aquitaniæ Rodulfo Regi fidem & hominium præſtat & in præmium recipit Comitatum Bituricenſem paulo ante ei ademptum, VVillelmi Ducis variæ ditiones in Gothia & Burgundia. Hungarorum irruptio in Galliam, VVillelmi Ducis à Rodulfo Rege defectio, VVillelmus Dux defunctus ſine liberis, ſucceſſore Ebalo ſeu Eblo Ranulfi filio, eius ſepultura in baſilica Iuliani Martyris apud Brinatenſem vicum Aruernorum.

Digitized by Google

ANNO Christi DCCCCXXIII. Normanni Aquitaniam & Aruerniam infeſtis armis reppetiere, aduerſus quos fortiter pugnatum à VVillelmo Duce, Aquitaniæ & Ragemundo ſiue Raimundo (is fuit Marchio Gothiæ) in prœlio deſiderata decem & duo millia Normannorum Teſte Frodoardo.

In chronic.

Anno DCCCCXXIV. fœdum exactionis genus per Galliam & Aquitaniam pro Normannis indictum, pacis redimendæ cauſa, adeo attritæ erant vires Galliarum, Frodoard. *Fit exactio per Franciam pecunia collatitiæ, quæ Normannis pacto pacis daretur*, nec id nouum collationis genus, nimirum id iam ante à temporibus Caroli Calui conſtitutum, quod Coniectum vocarunt vt patet ex edicto Caroli in Cariſiaco ann. DCCCLXI. quod legitur inter ipſius Capitula. *Vnde volumus propter paupertatem hominum, quia neceſſe fuit in iſtis temporibus Coniectum de illis accipere, & ad nauium compoſitionem, & in Normannorum cauſa, pro regni ſicut res coniacet ſaluamento.* Coniectum forte dictum id genus indictionis quod tumultuario, quaſi per modũ Cõiectionis ſeu per ſymbolam cõferretur, eadẽque analogiâ collationes in dotem regiæ puellæ Cõiecturas vocauit Gregorius Turonenſis. *In quo nihil de fiſco ſuo Rex dari præcepit, niſi omnia de pauperum coniecturis.*

In chronic.

Tit 28.

Lib. 6 hiſt. Cap 45.

Eodem anno Rodulfus Rex expeditionem iniit in Aquitaniam, quod VVillelmus Dux regionis præſtandæ fidei moras necteret. VVillelmus vt sẽſit Regẽ cum hoſtili manu aduentare, obuius ei occurrit ad Ligerim & hinc inde diſcurſantibus legatis, colloquio dictus eſt locus ſuper Ligerim, in finibus pagi Auguſto-

Digitized by Google

dunenſi, in eo elapſo toto die, Rege & Duce ſtantibus diuerſam vterque ad fluminis oram, tandem poſt multas concertationes legatorum opera,re compoſita, VVillelmus ſub noctem Ligerim tranſmeauit, & quã primum in conſpectum Regis venit, equo deſiliens ad Regem equo ſublimem pedes acceſſit, & à Rege comiter oſculo acceptus quod eſt ſymbolum datæ & acceptæ fidei,ab eo diſceſſit. Craſtina die ad Regem regreſſus, octo dierum inducias accepit, octauum poſt diem Rodulfo ſe in fidem tradidit, in pactæ fidei præmium Rex ei Bituricenſem pagum, quem nuper ademerat, Roberti auxilio fretus cum Biturigum oppido reſtituit. ita narrat Frodoard. *Et Rodulſus Rex profectionem parabat in Aquitaniam, quia VVillelmus eiuſdem Regionis princeps, ſubdi ſibi differebat, qui comperto quod Rodulſus in Aquitaniam cum hoſtili manu properaret ei obuiam ſuper Ligerim venit, & intercurrentibus alternatim legatis, tandem ad colloquium ſuper ipſum flumen Ligerim infra pagum Auguſtidunenſem conuenere, vbi tota die immorati Rodulſus ex hac, VVillelmus ex illa fluminis ora, nunciis vtrinque progredientibus, ſicque die conſumpta flumen tandem VVillelmus tranſiens ad Rodulſum iam noctu peruenit & equo deſiliens ad Regem equo inſidentem pedibus acceſſit; quem poſtquam Rex oſculatus eſt, vtrinque diſceſſum, in craſtino ad Regem regreditur VVillelmus, & octo dierum acceptis induciis, poſt finitam hebdomadam ſeſe Regi committit, & Rex illi Bituricenſem pagum reſtituit, quem illi nuper auxilio fretus Roberti, nec dum tamen Regis vi dempſerat, cum ciuitate Biturigis.* In chronic.

Quam potens fuerit VVillelmus noſter, inde colligere licet, quod virium fiducia de dignitate ferè cum Ro-

Digitized by Google

dulſo Rege certauit, & in præſtanda ei fide nimis difficilem ſe præbuit, tãdemque non aliter in eius fidem conſenſit, quam certis conditionibus, & hoc eſt forte cur idem dicatur in Vita S. Odonis, Aquitaniam, Gothiamque ſuo iure tenuiſſe quod ita ſe gereret, vt potius iure proprio, quam beneficiario res tenere videretur. Mirum quod traditur VVillelmum Comitem cum Aquitania Gothiam tenuiſſe, eo enim tempore Gothia quæ non alia eſt quam Septimania fuit penes Comitẽ Toloſanum, ſed haud dubie VVillelmus amplas ditiones, etiam in Gothia poſſedit, eoque nomine ferendum eſt, quod ſcriptum eſt, eum Gothiam tenuiſſe, idem etiam maiores principatus & dynaſtias
Ad ann. 908. tenuit in Burgundia, vnde more ſæculi dictus eſt
Ad ann. 904. princeps Burgundiæ Vernero & Martino Polono.

Anno DCCCCXXIV. Hungari duce Rege Berengario qui á Lõgobardis regno pulſus erat deuaſtata Italia, & ſuperatis Alpibus in Galliam irruperunt. His obuii occurrére Rodulfus Rex, & Hugo Viennenſis Comes coniunctis copiis inter anguſtias montium Hungari per deuia elapſi Gothiam armis tentarunt ſed ab hiſce ducibus victi & fugati, & quotquot ferè euaſere letali lue conſumpti. Frodoard.

Anno DCCCCXXVI. Rurſus pro Normannis indicta collatio pecuniaria pacis impetrandæ gratia, & VVillelmus Dux Aquitanorum, à Rodulfi fide & obſequio diſceſſit, quibus ex cauſis non conſtat, contractis copiis Rodulfus Rex, & Heribertus Comes Veromanduorum, Niuernis oppidum, quod tuebatur frater VVillelmi (is nimirum erat Niuernenſis Comes) obſidione oppugnarunt, & vrbe dedita, acceptis obſidibus

dibus in Aquitaniam progreſſi aduerſus VVillelmum Ducem, & recedentem longiùs inſecuti, donec rumore perlato Hungaros rurſus Rhenum tranſiiſſe, expeditionem interciderunt Frodoard.

Anno DCCCCXXXVII. VVillelmus Dux Aquitanorum ſine prole vita migrauit Frodoard. *VVillelmus Aquitanorum princeps obiit.* Rerum ſucceſſorem nactus Ebalum ſiue Eblum Ranulfi filium, Ademarus *Guillelmus quoque Dux Aruernis mortuus eſt & filius Ranulfi Eblus Aruernis & Pictauis ſimul Comes promotus eſt*, Sepultus apud Briuate vicum Aruernorum in baſilica, S. Iuliani Martyris Chronic. Cluniacenſe. *Idem vero glorioſiſſimus Dux fundator tam acceptabilis cœnobii in Briuatenſi vico apud Sanctum Iulianum Martyrem ſepultus requieſcit.*

CAPVT XII.

Ebalus II. Dux Aquitaniæ, & Comes Aruernorum Ludouicus Aquitanorum princeps quis ſit. Arelatenſes & Toloſani Comites Ducum Aquitaniæ nomen affectarunt. Sauaricus Vicecomes Thoarcenſis, Normanni à Rodulfo Rege fuſi Aquitani in ordinem redacti, Ademari Comitis Pictauienſis obitus, eius & Sanciæ coniugis beneficia in plures Eccleſias Aquitaniæ, Lupus Acinarius Dux Vaſconum,

MORTE VVillelmi Ebalus filius Ranulfi prouectus eſt in Ducem Aquitaniæ & Comitem Aruerniæ, is Cluniacenſis cœnobii ædificium non dum à VVillelmo fundatore abſolutum, ex defuncti voluntate perfecit. Platina, *Interea Guillelmus cognomento Pius Aquitaniæ Dux & Aruerniæ Comes cum ſtirpe virili careret Cluniacenſe Monaſterium in fundo paterno Burgundiæ pago Maſticenſi magnificentiſsimis operibus incohauit, eidemque loco Beruonem Abbatem præfecit, deſignatis prouentibus vnde Monachi viuerent, ante tempus verò Guillelmus moriens Monaſterium imperfectum reliquit Elbo Comite Pictauienſi hærede inſtituto, qui rem ipſam ex teſtamento curaret.*

In Adrian. 3.

Hic vxorem duxit puellam nomine Adelam, de cuius ortu nihil prorſus ſeſe noſſe fatetur Io. Bochetius, ſecurius pro ſuo ingenio eam Regis Turingiæ filiam aſſerit Io. Haius, ſed vt pleraque ſine auctore, Adelam Ebli coniugem natam Roſi Principis Normannorum, quem non alium à Rollone eſſe crediderim, tradit fide dignior Ademarus, & ex ea in quo omnes conſentiunt, ſuſceptum VVillelmum qui cognominatus eſt Caput-ſtupæ. *Guillelmus quoque Dux Aruernis mortuus eſt, & filius Ranulfi Eblus Aruernis & Pictauis ſimul Comes promotus eſt, acceptáque in coniugium Adela filia Roſi Rotomagẽſis, genuit ex ea VVillelmum caput ſtupæ.* Per hæc tempora Ludouicum quendam Aquitaniæ principem celebrãt Anglici ſcriptores, aſcripta ei vxore vna ex natis Eduardi Senioris Regis Anglorum, Continuator Bedæ. *Tertiam legitimâ copulâ ſortitus eſt comparem Ludouicus Aquitanorum princeps de genere,*

Lib. 2. c. 8.

Digitized by Google

Caroli magni ſuperſtes. Idem ac ijſdem verbis VVillelmus Malmesburienſis, Ludouicum iſtum eundem eſſe quem Ebalum credidit Io. Belius vir alioqui ſagaciſſimus, motus conuenientia temporis & dignitatis, nec ab opinione deflectitur diſcrepantia nominum tam viri, quam vxoris, quod hac ætate inquit variarint nomina clariorum perſonarum, pro varietate caſuum, & mutatione fortunarum, ac ferè pro libidine hominum, ſed Ludouicum alium ab Ebalo eſſe, facilè euincitur, tū diuerſitate nominum, ex quibus habetur diſtinctio perſonarum, tum ex eo quod ſcimus ex Mariano Scoto & aliis ſcriptoribus ea tempeſtate claruiſſe Ludouicum Boſonis Regis Arelatenſis filiū, qui de genere Caroli magni dici potuit, ex materno ſtemmate, quod à Boſone ſuſceptus ſit ex Hermingarda filia Ludouici II. imperatoris qui genus duxit à Carolo M. Nec valde mirandum Ludouicum hunc Regis Arelatenſis filium nimia præſumptione ſe dixiſſe principem Aquitaniæ, hoc enim ſeculo ſtupenda fuit turbatio, & confuſio rerum, & Comites ipſi Arelatenſes, hunc ſecuti, huius exemplo forte Aquitaniæ ducum titulum affectarunt: Sic Hugonem qui fuit Comes Arelatenſis, ac poſtea Rex Italiæ, Aquitaniæ Ducem vocitat Leo Hoſtienſis. *Poſt hæc Ioannes Papa magnatibus Italiæ iunctus Rodulfum expulit, mittensque accerſiuit Hugonem Aquitaniæ Ducem, qui tunc ſumma prudentia, ac virtute pollebat, qui protinus vnctus in Regem vna cum Lothario filio ſtrenuè, atque viriliter Italiæ regnum aliquot poſſedit annis.* Nec non ipſi Comites Toloſani non abſimili vſurpatione Ducum Aquitaniæ nomē proprium ſibi fecere, Raimundum eiuſdem ætatis Comitem

Lib. 2. de Geſt. Reg. Anglor. c.

In chronic. Caſſin. Lib 1. c. 46.

Digitized by Google

Toloſanum Aquitanorum principem deprædicat Luitprandus Ticinenſis. *Rex Hugo cum diuinam animaduerſionem declinare, ac Berengario præeſſe non poſſet, relicto Lothario, & ſimulata pace Berengarii fidei tradito, in Prouinciam omni cum pecunia properauit, quo audito Raimundus Aquitanorum princeps eum adijt, & pro minis mille ſe in militem dedit, fidemque ei iuramento ſeruaturum affirmauit.* Nec non Pontius Comes Toloſanus Ducem Aquitanorum ſe inſcripſit vt obſeruatum à Guillelmo Catello ex antiquioribus tabulis.

Lib 5 c. 14.

Ea tempeſtate inter Aquitanos claruit Sauaricus Vicecomes Thoarcenſis, is adhibito conſilio parium curtis ſeu feudi, pro baſilica S. Martini Turonenſis ſententiam dixiſſe memoratur, quæ Frotherij Pictauienſis Epiſcopi & Ebli Comitis Pictauienſis calculo comprobata eſt, anno Rodulfi Regis tertio qui incidit in annum DCCCCXXXIX. Hãc laudat Ioan. Tillius ex fide tabularii eius baſilicæ quod vocãt Chartariũ nigrum.

In c. de parib. Franciæ.

Anno DCCCCXXX Normanni qui Ligerim tenebant & inde prædis Aquitaniam peſſumdabant, à Rodulfo Rege in pago Lemouicenſi, vno prœlio ad internecionem fere deleti, & Aquitani in poteſtatem redacti, Frodoard. *Rodulfus Rex Normannos de Ligeri, qui Aquitaniam deprædationibus infeſtabant, in pago Lemouicino vno prælio pene deleuit, & Aquitanos ſibi ſubditos fecit.*

Anno DCCCCXXXI. rurſus tumultus orti in Aquitania qui à Rodulfo Rege celeri expeditione compoſiti Frodoard, vbi de captione arcis Lauduni. *Ad quam poſtea capiendam maioris laboris & moræ opus Regi fuit, quâ vix tandem potitus in Burgundiam reuertitur, Aquitanis diſcordantibus obuiam proficiſcens.*

Digitized by Google

Eodem anno Ademarus Comes Pictauienſis ſine liberis è viuis exceſſit, & Pictauis ſepultus iuxta Baſilicam S. Hilarii, Ademarus. *Tunc Ademarus Comes Pictauienſis defunctus eſt, Pictauis iuxta Baſilicam Sancti Hilarij IV. nonas Aprilis ſepultus.* Hic prole deſtitutus Chriſtum hæredem reliquit, & vna cum Sancia vxore res ſuas diſtribuit potioribus Aquitaniæ Eccleſijs, vel Monaſteriis, vt S. Saluatoris Caroffenſis S. Martialis Lemouicenſis, S. Ioannis Angeriacenſis, S. Hilarii, Pictauienſis, & S. Eparchii Engoliſmenſis vt prænotat Ademarus. *Erat etiam Ademarus Comes Pictauinus amator Eccleſiæ, cumque prolem nec ipſe haberet, vna cum vxore ſua Sancia de futuro ſeculo proſpiciens ſibi, conceſſit quædam ex iure proprio Eccleſiis Chriſti prædia, Sancto Saluatori Carroffe quidem Noertam, Sancto Martiali VVltonium, Sancto Ioanni Noiriacum, Sancto Hilario Corcolmum, Sancto Eparchio Godoruillam.*

Anno DCCCCXXXII. Ragemundus, qui vulgo Raimūdus & Ermingaudus Gothiæ ſeu Septimaniæ principes, & Lupus Acinarius Vaſco, ideſt Dux Vaſconum Rodulfo Regi fidem & obſequium pactis pepigere, è quibus Vaſco equum ferebatur habere annorum pluſquam centum, adhuc tamē pernicitate & robore præualētem, Frodoard. *Ragemundus & Ermingaudus principes Gothiæ Regi ſe Rodulfo committunt, Lupus quoque Acinarius Vaſco, qui equum ferebatur habere annorum pluſquam centum, adhuc tamen validiſſimum.*

Anno DCCCCXXXV. vita migrauit Eblus Dux ſuperſtitibus duobus liberis VVillelmo cognomine Caput-ſtupæ, & Eblo.

Capvt XIII.

VVillelmus II. cognomine Caput-ſtupæ Dux Aquitaniæ, & Eblus Epiſcopus Lemouicenſis Ebli Ducis liberi, Ebli Lemouicenſis res & geſta, Benedictus ipſius Chorepiſcopus. VVillelmus Dux vxorem duxit Adelam ſeu Gerloc filiam Rollonis Ducis Normannorum, Gemiticenſe cœnobium Normanniæ reſtitutum per Monachos S. Cypriani Pictauienſis

EXtincto Ebulo VVillelmus eius filius cui cognomen fuit Caput-ſtupæ annuēte Ludouico Tranſmarino in Ducem Aquitaniæ, vna & in Comitem Aruernorum, Vellaunorum Lemouicum & Pictauienſium promotus, ac Eblus eius germanus, non ſine eiuſdem Principis aſſenſu factus eſt Lemouicenſis Epiſcopus, Ademarus. *Interea defuncto Eblo Duce, filiorum eius alter Comes, alter Epiſcopus factus eſt, Eblus enim annuente Ludouico Rege Pontifex Lemouice factus eſt, VVillelmus verò cognomento Caput-ſtupæ Aruernis Vallatis, Lemouice & Pictauis Comes prouectus, Dux Aquitaniæ extitit.* Ait annuente Ludouico Rege VVillelmum ſucceſſiſſe in ditiones paternas, etſi enim ea tempeſtate feuda & præfecturæ in hæreditates deſijſſent, tamen non dum excuſſa prorſus inſita erga Reges reue-

Digitized by Google

rentia, à ſuccedentibus quærebatur conſenſus regius, vt res tutior eſſet, immo & quandoque parentes ipſi feuda & præfecturas inter liberos diuidebant, expetito prius conſenſu Regis, Regino Abbas. *Anno Dominicæ incarnationis*, DCCCCXLIX. *Vto Comes obijt qui permiſſu* Regis *quicquid beneficij, aut præfecturarum habuit quaſi hæreditatem inter filios diuiſit.* Li. 2. chron.

Eblo alteram Abbatiam Sancti Hilarii Pictauienſis & Sancti Maxentii, cum nonnullis prædiis in agro Pictauienſi VVillelmus Dux tradidit. Hic Eblus Epiſcopatum cum laude geſſit, caſtrum Sancti Martialis Lemouicis ædificauit, itidem caſtrum Sancti Hilarii Pictauis, & Canonicos impoſuit, defecto iam Monachorum contubernio, ob Normannorum infeſtationem, idem Monaſterium Sancti Maxentii inſtaurauit, addita arce munitiſſima, Ademarus. *Hic germano ſuo Abbatiam Sancti Hilarii, Sancti Maxentii cum nonnullis aliis poſſeſſionibus in Pictauienſi ſolo præbuit, fuit idem Eblus bonus paſtor Eccleſiæ, ædificauitque caſtellum Lemouicæ ſedis, caſtellum Sancti Hilarii & Canonicos ibi diſpoſuit, quia infeſtatione Normannorum idem locus à Monachorum priſca habitatione deſciuerat, reſtaurauit Monaſterium Sancti Maxentii, & caſtellum in circuitu perfecit.* Hac ætate maiores baſilicæ & Monaſteria arcibus communiebantur, præſidii cauſa aduerſus crebros Normannorum incurſus, quod ſecurior ætas non tulit, ne ſeruitutis vinculum fieret, quod paratum erat in ſalutis remedium, Calixtus II. *Et Eccleſias inquit à laicis incaſtellari, aut in ſeruitutem redigi auctoritate Apoſtolica, prohibemus.* Idem Eblus inſtaurauit & Monaſterium Sācti Michaëlis in eremo, in quo ſepultus eſt. Hic one- In can Sanctorum 10. queſt. 1.

ris Pontificii leuandi cauſa, Chorepiſcopum ſibi adſciuit nomine Benedictum, quem animo ſucceſſorem deſtinabat, veruntamen ille liuore & inuidiâ, neſcio qua de cauſa captus, ab Helia Comite Petragoricenſi luminibus multatus, quod Eblus nimium indignanter tulit ad mortem vſque. Ademarus, *Reſtaurauit & Monaſterium Sancti Michaëlis ad Herémum, & multa alia laudabilia in opere Dei egit, qui defunctus ſepultus eſt, in baſilica ſupradicti Monaſterij Sancti Angeli. Fuerat autem ſucceſſor Turpionis Epiſcopi auunculi Roberti Vicecomitis Albucenſis, fuitque idem Eblus a Sancto Martiale triceſimus nonus Epiſcopus, qui ad onus ſuum ſufferendum ordinauerat ſub ſe Chorepiſcopum Benedictum, qui poſtea captus ab Helia Petrogorienſi Comite oculis priuatus & propterea Eblus nimio & intolerabili ſemper dolore afficiebatur, vſque ad diem mortis ſuæ, ipſum enim poſt ſe voluerat relinquere ſucceſſorem.*

VVillelmus ſub initia principatus Adelam Rollonis Ducis Normannorum filiam & ſororem Guillelmi I. duxit vxorem, eandem Gerloc nuncupant Anglici ſcriptores, & quænam occaſio nuptias conciliarit enarrant: Guillelmo ſcilicet Duce Normannorum ceruorum venationi operam dante in ſylua Leonis, eò hunc conuenere Hugo Magnus, VVillelmus noſter, & Herbertus Comes Veromanduenſis, à quo magnifico apparatu excepti, inter hæc VVillelmus ſororem Ducis
Lib. 3. c. 3. in vxorem petiit, & accepit, VVillelmus Gemiticenſis, *Quibus ſummæ ingenuitatis rumoribus Hugo Dux Francorum, & VVillelmus Comes Pictauienſis, ac Herbertus excitati, cum apud leonis ſyluam petulantium ceruorum in venatu exercitorum ludis inſudaret, ad eum veniunt,*

eius

eius commodis congratulantes, quos ille cum magno ſumptuũ apparatu ſuſcipiens, de compluribus ſecularium rerum diſpoſitionibus frequenter cum eis diſputabat, inter quos ſecretorum tractatus VVillelmus Pictauienſis Comes, ſororem eius nomine Gerloc petijt, quatenus maritali lege illius connubio iungeretur, cuius perorantis gratanter fauens votis, conſultu Hugonis Magni deſcriptis ſponſalibus, & celebratis nuptijs, cum multis xenijs gaudentem illum ad propria remiſit. Idem ſcripſit Dudo Decanus Sancti Quintini. Lib. 3. de Geſt. Norm. pag 97.

Anno DCCCCXI. VVillelmus Dux Normannorum cum Gemeticenſe Monaſterium à B. Philiberto conditum & ab Haſtingo euerſum reſtituiſſet, legatos miſit ad ſororem petens monachos mitti, quos Gemeticenſi Monaſterio imponeret, ſoror fratris pietati gratulata, acceptis comiter legatis, decem & duos Monachos è Cœnobio S. Cypriani miſit cum Abbate Martino, qui à Normanno ſummo cum gaudio ſuſcepti, & totius villæ latifundio donati, eò pecunia redempto ab Alodiariis ideſt ab iis qui in Alode tenebant, VVillelmus Gemiticenſis. Lib. 3. c. 8. *Interea legatos Pictauis ſorori ſuæ, quam VVillelmus Comes ſibi in matrimonio iunxerat dirigit, mandans vt Monachos illi mitteret, quos præfato loco ſubrogare. Soror autem eius petitioni gratãti animo fauens, itineris ſumptus ordinauit, & duodecim Monachos cum Abbate ſuo, nomine Martino, à S. Cypriani Cœnobio ſublatos fratri deſtinauit. Dux vero aduentu eorum nimis exhilaratus, eos Rothomagi cum maximo gaudio recepit, & cum omni honore militum cuneis ſeptus, Gemmeticum duxit, Abbatique locum cum tota villa tradidit, quam ab Alodariis auro redemit &c.*

Digitized by Google

CAPVT XIV.

VVillelmi Ducis & Aquitanorum fides & ſtudiũ in Regem, Stephanus Epiſc. Aruernorum bene meritus quoque de Rege, Hungarorum irruptio in Aquitaniam, Aquitania Hugoni Duci Francorum datur ſine re & effectu. Lotharii & Hugonis expeditio in Aquitaniam, Pictauis oppidi obſidio, non ſine miraculo ſoluta. Hugo Capetius Pictauienſi Comitatu donatur, VVillelmus ſub vita finem Monaſticen profeſſus, vnde illi cognomen caput ſtupæ, Vaſcones quadrinomines.

VVILLELMVS noſter ſingulari ſemper ſtudio erga Reges affectus eſt, Ludouico Tranſmarino bello ciuili impetito ab Hugone Magno Francorum Duce, Herberto Comite Viromãduorum & aliis, & intra Burgundiæ fines penè coacto non mediocres ſuppetias tulit. Anno DCCCCXL. Lauduno oppido à perduellibus obſeſſo Regi preſto fuit cum Hugone Nerra Comite Andegauenſi, obſidione ſolutâ, & vrbe commeatu refecta, Regem in Burgundiam vſque cum ſuis copijs perduxit & inde ſuos lares repetiit, Frodoardus. *Ludouicus Rex ingreſſus Laudunum, victus ſuis prouidet neceſſariis, ſicque cum Hugone Nigro, & VVillelmo Pictauienſi Burgundiam reppetit.*

Digitized by Google

Ann. DCCCCXLI. Ludouicus Trãſmarinus â Francis ferè deſtitutus Carolũ Conſtãtinum Comitem Viennenſem adiit, vt eũ ad fidem ſollicitaret, & ab eo intra Viennam receptus. Huc cõuenére & Proceres Aquitaniæ, Regique fidem & obſequium præſtitere Frodoardus. *Ludouicus Rex à Carlo Conſtantino in Vienna recipitur, & Aquitani ad eum veniunt, illumque ſuſcipiunt.*

Anno DCCCCXLII. eodem conſilio Ludouicus in Aquitaniam venit, vt Aquitanorum fidem arctius ſibi adnecteret, & horum animis obfirmatis Laudunum rediit, quo loci tum ſummam rerum habebat. Inde Ludouicus ad VVillelmum Ducem Normannorum profectus eſt, vt eum ſibi quoque conciliaret, à quo regiè vt par erat ſuſceptus, VVillelmus noſter ne obſequio deeſſet, cum lecta ſuorum, & Britonum manu, ad Regem acceſſit Rothomagi. His ſtipatus Ludouicus caſtra promouit ad Iſaram flumen, hic indicto colloquio, inter Regem, & Hugonem ſocioſque pactæ in duos menſes induciæ. Hinc pace ſecuta Hugo Ducatu Franciæ, & vniuerſa Burgundiâ donatus. Frodoard. *Ludouicus Rex firmatis ſibi Aquitanis Laudunum reuertitur, nec diu moratus non obtenta pace in Burgundiam reuertitur* & poſt pauca, *VVillelmus Regem Ludouicum regaliter in Rodomo ſuſcepit, item VVilielmus Pictauienſis & Britones cum ſuis principibus ad Regem venerunt, cum his ergo Rex ſuper Iſaram venit &c.*

Anno DCCCCXLIV. Ludouicus rebus ſuis diffidens & Hugonis poteſtatem in dies formidoloſiorem expertus, cum Regina Gerberga venit in Aquitaniam & conſilio habito cum Raimundo principe Gothiæ, VVillelmo Duce Aquitaniæ, cæteriſque proceribus

Digitized by Google

Prouinciæ, in quibus vna ſalutis ſpes erat, in Franciam regreſſus eſt. Frodoardus, *Ludouicus Rex in Aquitaniam proficiſcitur, cum Regina Gerberga, & locutus cum Ragimundo Gothorum principe, cæteriſque proceribus Aquitanorum reuertitur in Franciam.*

Anno DCCCCLI. turbatæ res in Aquitania, qua de cauſâ non liquet, Ludouicus tranſmarinus vt motus compeſceret, in Aquitaniam cum hoſtili manu iter accinxit, priuſquam prouinciæ fines attingeret Carolus Conſtantinus princeps Viennenſis, & Stephanus Epiſcopus Aruernenſis ei occurrentes, fidem & obſequium præſtitére, inſuper & ipſe Epiſcopus multis muneribus fidem ſubarrhauit. VVillelmus quoque Dux Aquitanorum Regi obuiàm proceſſit & cum eo in gratiam rediit. Inter hæc Rex graui ægritudine correptus iter cœptum omiſit, & poſtquam conualuit in Franciam reuerſus eſt, Frodoard. *Ludouicus Rex Aquitaniam cum exercitu petit, ſed antequam eandem ingrederetur prouinciam Karlus Conſtantinus Viennæ princeps, & Stephanus Aruernorum præſul ad eum venientes ſui efficiuntur, idem vero Epiſcopus opimis eum honorat muneribus. VVillelmus quoque Pictauienſis obuius ei fuit, dumque moratur Aquitaniam Rex intrare, graui corripitur infirmitate, quem ſuſcipiens Letodus quidam Burgundiæ Comes, qui hinc etiam ſuus nouiter effectus erat, vtiliter eum in ipſa ægritudine obſeruauit, reparatis igitur ſibi viribus Rex in Franciam regreditur.* Stephanus iſte Aruernorum Epiſcopus ſummo in pretio fuit apud Ludouicum Tranſmarinum, & eo poſtulante confirmatæ ſunt à Rege Cluniacenſi Cœnobio res olim in Aruernenſi pago donatæ ab Hecfrido Comite vt notum ex char-

ta confirmationis, quæ edita eſt in Bibliotheca Cluniacenſi.

Eodem anno Hungari ſuperatis abs Italiâ Alpibus in Aquitaniam proruere, & eâ per æſtatem prædis & latrociniis attrita in Italiam regreſſi. Frodoard. *Hungari ab Italia tranſcenſis Alpibus egreſſi Aquitaniam ingreſſi ſunt, ibique tota pene demorati æſtate, multis hanc regionem rapinis, & interminationibus attriuerunt, ſicque per Italiam reuerſi ſunt in terram ſuam.* Idem Continuator Aimoini. Lib. 5. c. 42.

Ann. DCCCCLIV. morte ſublato Ludouico Trãſmarino, Lotharius eius filius adhuc impubes, Rhemis in Regẽ inauguratus, ab Artaldo Archiepiſcopo, præſtolante Hugone Duce Francorum, Brunone Archiepiſc. Coloniẽſi cæteriſque præſulib⁹ ac procerib⁹ Franciæ, Burgundiæ atque Aquitaniæ. Etſi VVillelmus vnus inter Aquitanos, de Rege male meritus non appareat, tamen Aquitaniâ ſimul cum Bungundiâ Hugo donatus eſt, in præmium obſequii, ſed beneficium principis, iniuria VVillelmi factum, effectu caruit. Frodoard. *Lotharius puer filius Ludouici, apud Sanctum Remigium Rex conſecratur, ab Artaldo Archiepiſcopo, fauente Hugone principe, ac Brunone Archiepiſcopo cæteriſque præſulibus ac proceribus Franciæ, Burgundiæ atque Aquitaniæ; Burguudia quoque & Aquitania Hugoni dantur ab ipſo.*

Anno DCCCCLV. Lotharius comite Gerberga matre, ſuaſu Hugonis VVillelmi æmuli, cum magnis copiis in Aquitaniam irruit, Pictauis vrbem obſidione vallauit, oppugnatione vrbis in multos dies in caſſum abeunte, caſtrum ſanctæ Radegundis vrbi proximum à Ragenoldo Comite dolo captum, & igne ſuccenſum,

Digitized by Google

tandem diutinæ obſidionis tædio, & commeatus inopia, regiis copiis attritis, obſidio ſoluta. VVillelmus collecta manu diſcedētes inſecutus, ad Ligerim vſque, prœlio tentato victus, multi Aquitanorum cæſi, nonnulli nobilium capti, Dux ipſe cum paucis vix fuga euaſit. Frodoardus, *Hugo princeps Gerbergam Reginam cum filio ſuo Rege Lothario Pariſius honorifice ad Paſcha ſuſcipiens decenter ſecum per plures detinuit dies, inde cum ipſo Rege in Aquitaniam profectus, vrbem Pictauim petiit, VVillelmum vero ibi non inueniunt, ipſam tamen vrbem obſident, diuque in eadem obſidione reſidentes, nihil proficiunt, caſtrum tamen ſanctæ Radegundis vrbi contiguum Ragenoldus Comes clandeſtina irruptione cepit, & ſuccenſum eſt. Tandem poſt duos mēſes exercitu victus indigentia fatigato, ab obſidione diſceditur, VVillelmus collecto exercitu ſuo, exercitum Regis inſequitur, quo audito Rex & Hugo contra redeunt: quorum multitudine comminus viſa VVillelmus in fugam vertitur, quem regia acies inſecutæ, multos Aquitanorum interimunt, nonnullos nobilium viuos capiunt, VVillelmus cum paucis vix euadit.* Huiuſce vrbis propugnatione, valde emicuit Aquitanorum fides ſuū in principem, & diuini numinis ira in eiuſdem aduerſarios, dum enim vrbs obſidione teneretur, graui procellâ ſuborta, imbrium impetu, tonitruum & fulminum fragore, caſtra hoſtium terrore impleta, noſtris vero fiducia acceſſit, Deum & Beatum Hilarium perpetuum vrbis defenſorem à ſe ſtare interprotantibus, Hugonis ipſius tentorium turbinis vi diſciſſum, his caſibus exterritus, Hugo repente obſidionem ſoluit, nec diu facinori ſuperſtes vita exceſſit. Aimoini
Lib. 5. c. 43. Continuator. *Secundo anno poſt hac ſcilicet ab obitu Lu-*

Digitized by Google

douici Tranſmarini menſe Auguſto obſedit Hugo Magnus Dux Francorum Pictauos, ſed nihil ei profuit, dum enim obſideret eandem vrbem, quadam die intonuit Dominus, terrore magno, diſrupitque turbo papilionem eius, à ſummo vſque deorſum, ſtuporque magnus inuaſit illum cum exercitu ſuo, ita vt vix euaderent, ſtatimque in fugam verſi receſſerunt ab vrbis obſidione, fecit autem hoc Dominus per interceſſionem Beati Hilarii, qui ſemper tutor & defenſor eſt illius vrbis. Et Ordericus Vitalis, *Secundo anno Lotharii Regis menſe Auguſto, Hugo Magnus Pictauis ciuitatem obſedit, ſed Dominus meritis Sancti Hilarii præſulis, & patroni eiuſdem vrbis terribiliter intonuit, vehemens autem turbo papilionem Ducis diſrupit, ipſumque cum exercitu ſuo ſtupor nimis inuaſit, & ſtatim ab vrbis obſidione fugauit.* Lib. 1 Hiſt.

Circa hæc tempora Helias Comes Petrogoricenſis ſuborto diſſidio cum Geraldo Vicecomite Lemouicenſi prœlio victus, & poſtea cum fratre ſuo Aldeberto inſidiis captus, & in caſtrum Montiniacum cuſtodiæ cauſa detruſus, ſed cum conſilio VVillelmi Ducis Aquitanorum luminibus multandus eſſet, in vltionem Benedicti Corepiſcopi Lemouicenſis, è cuſtodia elapſus, & non multo poſt Romam pergens facinoris expiandi gratia, in peregrinatione vita deceſſit, Aldebertus vero eius frater, diutini carceris ſquallorem Lemouice perpeſſus, tandem ſolutus eſt, tradita ei in coniũgiũ ſorore VVidonis Vicecomitis, ex qua filium ſuſcepit Bernardum nomine, Ademarus. *Idem Helias cum Geraldo Vicecomite & filio eius VVidone commiſſo prælio victus extitit, & poſtea cum fratre ſuo Aldeberto in deceptionem captus eſt à VVidone & in caſtro Montiniaco*

in cuſtodia coniectus, ſed cum ſuaſu VVillelmi Ducis oculis priuandus eſſet propter ſupradictum Corepiſcopum Domino propitio de cuſtodia euaſit, & non multo poſt in via Romæ peregrinus in Dei opere obiit. Aldebertus vero frater eius, plurimo tempore in carcere ciuitatis Lemouicæ cuſtoditus tandem ſolutus eſt, accepta in coniugio ſorore VVidonis Vicecomitis, ex qua filium genuit Bernardum.

Anno DCCCCLVI. VVillelmus Sector ferri rebus bello geſtis, & pietatis monumentis clarus vita migrauit, iuxta Corlei calculum, hic ſepultus in Baſilica Sancti Eparchii Engoliſmenſis, ſuperſtite Arnaldo filio adhuc impubere, cuius ætate contemptâ Bernardus Comes Petrogoricenſis, & poſt eum ipſius filii Arnaldus & VVillelmus Talerandus, tum Ranulfus Bonparius, & Richardus inſipiens ſpecie tutelæ triginta per annos principatum occuparunt. Ademarus, *VVillelmus denique Sector ferri, qui hoc cognomen indeptus eſt, quia commiſſo prœlio cum Normannis, neutro cedente, poſtera die pacti cauſa, cum Rege eorum Scorin ſolito conflictu deluctans, enſe Scorto duriſſimo per media pectoris ſecuit, ſimul cum torace, vna modo percuſſione claudens diem ſepultus eſt iuxta Baſilicam Sancti Eparchii, per triginta annos pro eo principati ſunt Bernardus Comes, deinde filii eius Arnaldus, deinde VVillelmus Talerandus, deinde Ranulfus Bonparius, tum Richardus inſipiens.* Idem auctor Chronici Engoliſmenſis.

Anno DCCCCLX. Hugone Magno iam fato functo Otho & Hugo cui Capetius cognomen fuit, Hugonis Magni filii, medio Brunone Colonienſi Archiepiſcopo ad Lotharium venére, eique fidem & obſequium preſti-

Digitized by Google

præſtitére, non ſine mercede, in gratiam enim obſequii præſtiti Hugo Ducatu Francorum cohoneſtatus, adiecto Pictauienſi Comitatu, Othoni Burgundia attributa. Frodoardus, *Otho, & Hugo filii Hugonis mediante auunculo ipſorum Brunone ad Regem veniunt, ac ſui efficiuntur, quorum Hugonem Rex Ducem conſtituit, addito illi pago Pictauienſi, ad terram quam pater ipſius tenuerat: conceſſa Othoni Burgundia.*

Anno DCCCCLXI. cùm Lotharius verſaretur in Burgundia, vna cum Gerberga Regina, nonnulli Præſules Aquitaniæ, & alii Optimates ad eum venére, qua de cauſa vix eſt dicere, ſummatim enim res eius ſeculi perſtrinxit Frodoardus. *Lotharius Rex cum matre Gerberga Regina & quibuſdam Franciæ proceribus, Burgundiam petiit: quo quidam ex Aquitania Præſules ac Primates ad eum vnerunt.*

Guillelmus Dux ſub vitæ finem ſecularis militiæ tædio, Monachum profeſſus in D. Cypriani Monaſterio, vndé neſcio quâ cauſâ commotus in Abbatem, ſeceſſit in D. Maxentii Cœnobium: in quo non diu ſuperſtes vita exceſſit anno DCCCCLXIII. & in æde D. Cypriani ſepultus, ſucceſſore relicto Guillelmo filio, Ademarus. *Interea defuncto VVillelmo Capite-ſtupa, & ſepulto apud Eccleſiam Sancti Cypriani, Ducem pro eo filium eius VVillelmum habuit Aquitania.*

VVillelmus hic cognomen Caput-ſtupæ ſortitus, quod perflauo & in album vergente eſſet capillo. Eadem de cauſa pari cognomine notus Raimundus Comes Barcinonenſis, de quo Franciſc. Diago ſcriptor Lib. 2. c. 67.
vernaculus hiſt. Comitum Barcinonenſium. Aliis elogii cauſa cognomen Caput-ſtupæ VVillelmo Duci in-

Digitized by Google

ditum videtur, quod Hugoni & aliis eius ætatis principibus comparatus, ingenio & ſolertiâ minor eſſet, & quaſi ſtupeo capite videretur. Hæc eſt natura rerum, vt fama principum, maiorum collatione decoloretur. *Corpora* inquit Plinius iunior, *quamlibet ardua & excelſa procerioribus admota decreſcunt.* Aquitanis & Vaſconibus vernaculum fuit cognomine vti, adeoque & plura nomina habere, inde Vaſcones quadrinomines dixit Io. Faber in §. item ſi quis in fraudem num. XVIII. de actionib. *Et ſciunt hoc Vaſcones qui communiter ſunt quadrinomii Raymon Guillem, Guido de Cap del Pont de la Caurada, de la Noſtra Dona de la Dorada de Cahuors.*

In panegyr. Traian.

CAPVT XV.

VVillelmus III. Dux Aquitaniæ, eius vxor Emma filia Theobaldi Comitis Campaniæ, Arnaldus filius VVillelmi Sectoris ferri Comes Engoliſmenſis, Monaſterium S. Amantii fundatur ab Arnaldo Comite Gonbaldus Epiſcopus Vaſatenſis, & Sancius Dux Vaſconiæ fratres inſtauratores Monaſterii Squirs dicti ſeu de regula ſuper Garūnam, Petri Vrſeoli Ducis Venetorum ſeceſſus & pœnitentia in Monaſterio S. Michaëlis de Cuſano in Vaſconia, Sancii Ducis nefarium ſcelus. Sarracenorum iterata irruptio tentata

Digitized by Google

in Aquitaniam, Dedicatio Cluniacenſis Cœnobii per Hugonem Archiepiſcopum Bituricenſem, Monaſterium S. Seueri in Diœceſi Adurenſi fundatum à Sancio Duce.

VVILLELMVS eius nominis III. morte VVillelmi patris rerum Aquitaniæ potitus uxorem duxit Emmam filiam Theobaldi Comitis Campaniæ, ex qua ſuſcepit filium cognominem, Ademarus. *Interea defuncto VVillelmo Capite-ſtupæ, & ſepulto apud Eccleſiam Sancti Cypriani, Ducem pro eo filium eius VVillelmum habuit Aquitania: qui filiam Theobaldi Campanenſis vocabulo Emmam vxorem accepit, genuitque ex ea filium VVillelmum.*

Anno DCCCCLXXV. Arnaldus filius VVillelmi Sectoris ferri Comes Engoliſmenſis tandem Arnaldo, & VVillelmo morte extinctis, Ranulfo bello cæſo & Richardo inſipiente armis pulſo, principatum recepit. Idem capto in prœlio Gauberto fratre Eliæ Petrocoricenſis, ſuaſus eum VVillelmo Duci tradidit, qui perpetua damnatum cuſtodia, luminibus multauit in pœnam talionis, ob vindictam Benedicti Corepiſcopi Lemouicenſis, Ademarus. *Arnaldus quidem ſubtrahens Sancto Eparchio villam Salaſenſem, & conferens Heliæ Duci villam Boenſem, ab Angelo percuſſus interiit, & hac de re in fine mortis Sancto Eparchio villam Aiarmacenſem contulit, pro emendatione, & ſepultus iuxta Baſilicam Sancti Eparchii. Mortuo fratre eius VVillelmo Ranulfus bello extinctus eſt, ab Arnaldo filio VVillelmi Sectoris ferri, qui pro patre ſuo in principatum Engoliſmæ ſucceſſit, &*

Digitized by Google

Richardum inſipientem expulit, captoque in conflictu Gautberto fratre Eliæ Comitis, ſuaſus eſt à VVillelmo Duce, quò præberet inimicum ſibi, & Pictauis truſus, Gautbertus in vltionem Benedicti Corepiſcopi, oculis damnatus eſt.

Arnaldus dum de principatu recuperando certaret ex voto Monaſterium Sancti Amantii in Buxienſi Eccleſia fundauit, Francone Abbate deſignato, ibique Monachum profeſſus, nec diu ſuperſtes vita functus ſepultuſque in veſtibulo ædis Sancti Eparchii. Chronicon Engoliſmenſe M. S. *Arnaldus iſte quidem Engoliſmenſis Comes pro Dei amore facto habitaculo Monachorum in Eccleſia Buxienſi Sancti Amantii, & ibi miſſo reuerendo Abbate Francone factus Monachus in aula Sancti Eparchii ſepultus eſt, quarto Nonas Martii iuxta patrem ſuum.* Idem Ademarus ijſdem ferè verbis.

Anno DCCCCLXXVII. Gonbaldus Vaſatenſis Epiſcopus, & VVillelmus Sancius Vaſconiæ Dux fratres communi opera & ſumptu Monaſterium Sancti Petri de Regula ſuper Garumnam flumen olim agnominatum Scyrs, quod idem ſonat ac regula inſtaurarunt, multiſque latifundiis dotarunt, accitis Floriacenſibus monachis religionis inibi reſtituendæ gratia, hac de re extat vetus diploma in Bibliotheca Floriacenſi inſcriptum anno Dom. DCCCCLXXVII. indict. V. His verbis *Ego Gumbaldus Epiſcopus & frater meus Guillelmus Sanctio Dux Gaſconum tacti diuino amore, communi conſilio propinquorum, ſeu fidelium noſtrorum, quendam clericum legationis noſtræ baiulum ad V. Abbatem Richardum fratreſque Monaſterii Floriacenſis, quod eſt ſitum in agro Aureliacenſi ſuper fluuium Ligeris cum omni ſuplicatione direximus &c.* fundationis authorem vnicum VVillelmum

Sancium Ducem memorat Aimoinus Floriacenſis. *Eſt in illis partibus Monaſterium quoddam Squirs vt fertur antiquitus nominatum, à modernis contrario nunc vocabulo Regula vocitatum, nulla quippe religionis norma nulla aut rara bonæ conuerſationis ſaltem veſtigia vſque ad hæc in eodem loco apparuere tẽpora. Id Guillelmus Sanctionis filius Burdegalenſium Comes, ac totius Guaſconiæ Dux audita fama religioſæ vitæ, Domini Richardi Floriacenſium Abbatis, ipſi ſucceſſoribuſque eius ad regendum dudum commiſerat &c.* Monaſterium loco nomen & initium dedit, inde natum nomen Scyrs quod regulam ſignificat, cuius mentio fit & in Fragmento Floriacenſi Hiſt. Francicæ quod primum edidit P. Pithœus. *Eodem anno tempore Paſchali, cum eſſem ſuper fluuium Garonnæ, in loco qui dicitur Scyrs &c.* De vit. S. Abbonis Abbat. Floriacenſis.

Eodem anno Petrus Vrſeolus Dux Venetorum hortatu Guarini Abbatis, & B. Romualdi, abdicato principatu quem per nefas inuaſerat religionis cauſa ſeceſſit in Galliam, ſimul cum Ioanne Gradeuico nobili Veneto, ſceleris & pœnitentiæ ſocio, & in Monaſterio Sancti Michaëlis de Cuſano quod eſt in finibus Vaſconiæ Monachum profeſſus, in quo vitæ ſanctitate, quam priſtinæ dignitatis apice clarior, vitam finiuit, de quo Andreas Dandulus, & Petr. Damiani in vita Romualdi apud Surium, & Arnoldus VVion in Martyrologio. Hiſt. Venet. Lib. 8. c. 15. 19. Iunij. 11. Ianuarij.

Anno DCCCCLXXX. VVillelmus Sancius Dux Vaſconiæ multum ſibi ipſi diſſimilis, partam pietatis laudem nefãdi ſceleris labe fœdauit, eius iuſſu miles quidam ſeniorem ſuum ferro ſuſtulit, cuius facti pœnitens pænitentiæ cauſa Romam adiit, & accepta pœniten-

Digitized by Google

tia dimiſſus â Romano Pontifice. Hac de re acta Concil. Lemouicenſis II. habiti anno MXXXIV. *Referam vero ad ædificationem quod dudum de illo milite contigit Vaſcone qui iubente Duce Vaſconum Sancto(*Lege Sancio*)ſeniorem ſuam decollauit, inuitus tamen & terrore Ducis, & perterritus id egit, interminante irato Duce & dicente niſi iſtum occideris, occidam te. Vno ergo ictu ſeniorem proprium decollauit, & grauiſsimo dolore repletus ad Epiſcopum ſuum pœnitentiæ cauſa recurrit, cui ille compaſſus dixit, debueras pro ſeniore tuo mortem ſuſcipere, antequam illi manus aliquo modo inferres & Martyr Dei pro tali fide fieres, ſed grauiſsimum reatum egiſti, & nobis inauditum, neſcio tibi conſilium ferre pœnitentiæ, ſed vade quanto citius ad Papam Romanum, ſi tibi ille pœnitentiam concedit & ego gaudeo & confirmo, ſi te ille abiecerit, numquam nec à me, nec ab aliquo inuenies pœnitentiam, quod ille concitus impleuit, & cum teſtibus detulit ſecum litteras Epiſcopi ſui. Et cum Apoſtolicus ſecunda Paſchali feria, apud Sanctum Petrum ſacra agens poſt Euangelium reſediſſet, cœpit ille reus ante eum in conſpectu totius Eccleſiæ grauiſſime plorans & ſuſpirans exclamare dicens pœnitentiam volo Domine, pœnitentiam volo Domine &c.*

Sub hæc tempora Sarraceni Aquitanici ſoli dulcedine illecti, ſuperatis Pyreneis, reppetito marte irruére in Aquitaniam, Duce Almuzor, hic forte idem qui Almanſor, ſed licet imparibus copijs, multis prœlijs victi & fugati à VVillelmo Sancio Duce Vaſconiæ, quem imperite Ducem Nauarræ vocitat Glaber. *Subſequente*
Lib. 1. c. 9. *namque tempore gens Sarracenorum, cum Rege ſuo Almuzor nomine, egreſſa eſt ab Africanis partibus, occupans pene*

Digitized by Google

vniuerſam Hiſpaniæ regionem vſque in auſtrales Gallia rum fines, plurimaſque Chriſtianorum dedere ſtrages, ſed licet impar exercitu, ſæpius iniit cum eis prælia VVillelmus Dux Nauarriæ cognomento Sanctus, Glabri lapſus hinc facile euincitur, quod eâ ætate Nauarra Regibus paruit, non Ducibus, nec quemquam Regem nomine Guillelmum ſeu Sancium agnouit, & cũ Sarracenis collatum non in Hiſpaniæ finibus, quibus continetur maxima ex parte Nauarræ ditio, ſed in finibus auſtralis Galliæ, quâ patet Nouempopulonia ſeu Vaſconia.

Anno DCCCCLXXXI. Cluniacenſe Cœnobium à VVillelmo Pio Duce Aquitanorum olim conditum ab Hugone Archiepiſcopo Bituricenſi, & primate Aquitaniæ quaſi iure patrocinii dedicatum, Chronicon Cluniacenſe. *Hoc anno dedicatio fit Cluniacenſis Monaſterii ab Hugone Archiepiſcopo Bituricenſi XVI. Kal. Martii, Lothario regnante.* Eadem de re meminit Hugo Monachus in Epiſtola quadam ad Pontium Abbatem Cluniacenſem, quæ legitur in Bibliotheca Cluniacenſi. *Diebus verò ſancti Maioli Monaſterium Cluniacenſe venerabilis Hugo Bituricenſis Archiepiſcopus dedicauit, vaſque prædictum Apoſtolicorum cinerum, in columna ſub principali ara dignè recondidit.*

Anno DCCCCLXXXII. Sancti Seueri Monaſterium in Nouempopulonia, & in Diœceſi Adurenſi à VVillelmo Sancio Vaſconiæ Duce fundatum, huius rei nobiliſſimus mihi teſtis Innocent III. in epiſtola ad Abbatem eiuſdem Monaſterii. *Et præfatum Monaſterium* Regiſt. 15. *Sancti Seueri, à bonæ memoriæ VVillelmo Sancii quondam* epiſt. 32. *Vaſconiæ Comite fundatum & Beato Petro ab eodem Co-*

Digitized by Google

mite perpetuo iure oblatum, ad exemplar felicis memoriæ Paſchalis & Alexandri Papæ prædeceſſorum noſtrorum, ſub Beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti priuilegio communimus &c.

CAPVT XVI.

Ludouicus Lotharii filius vxorem ducit puellam Aquitanicam quæ ab eo non diu poſt diuertit. Bellum inter Geraldum Vicecomitem Lemouicenſem & Boſonem Marchiæ Comitem, VVillelmus Dux Aquitaniæ vnus ferè è Francis Hugonis Capetii iugum detrectat, vnde ſecutum bellum Aquitanicum, & obſidio Pictauis oppidi, Borellus Comes Barcinonenſis ab Hugone euocatur ad delectum belli Aquitanici Bellum inter VVillelmum Ducem, & Gaufridum Griſogonellam Comitem Andegauenſem, Burgolienſe Cœnobium in pago Andegauenſi fundatur à VVillelmo Duce cum Emma coniuge, Gerbertus Aquitanus Monachus Aureliacenſis, Magiſter Roberti, & Othonis III. tandem Romanus Pontifex, nomine Sylueſtri II. Odilo Aruernus Abbas Cluniacenſis. VVillelmi Ducis obitus & ſepultura in Monaſterio S. Maxentii.

ANNO DCCCCLXXXV. Ludouicus Lotharii filius in ſpem regni educatus, vxorem duxit nobiliſſimam

Digitized by Google

mam puellam è partibus Aquitaniæ, quæ virum inge-nio ſtolidiorem pertæſa, diuortii occaſionem quæritans, profectionem ei ſuaſit in patriam, quaſi eius poſſeſſionem iure hæreditario adepturi eſſent, ſed mulier vt primùm patriam attigit, à viro diſceſſit, re accepta Lotharius filium ad ſe reuocaturus, in Aquitaniam properauit Glaber. *Hic* loquitur de Lothar. *genuit filiũ nomine Ludouicum, quẽ iam adultũ iuuenem vt poſt ſe regnaret Regem conſtituit, cui etiam adduxit ab Aquitanis partibus vxorem, quæ cernens videlicet iuuenem patre minus ferè induſtrium, vt erat ingenio callida, elegit agere diuortium, monuitque illum fictè, vt ſimul de quâ aduenerant redirent Prouinciam, ſcilicet iure hæreditario ſibi ſubdituri. Ille quoque non intelligens mulieris aſtuciam, vt monitus fuerat ire parauit: ad quam dum veniſſent relinquens eum mulier ſuis adhæſit, cumque patri nunciatum fuiſſet proſequens filium ad ſe reduxit.* Hanc ob cauſam Lotharius Lemouicis non nihil temporis conſedit, vnde reuerſus ab Emma coniuge adultera veneno ſublatus. Ademarus. *Rex autem Lotharius Lemouicam adiit, & tempus aliquantum in Aquitania exegit, vnde reuertens veneno à Regina ſua adultera extinctus eſt.* Lib. 1

Lothario adhuc imperante Geraldus Vicecomes Lemouicenſis, & Boſo Marchiæ Comes graui inter ſe bello conflictati. VVillelmus Dux Aquitaniæ, & Comes Pictauienſis in partes Boſonis, precibus xeniiſque allectus ab Helia ipſius filio, coniunctis cum eo copiis Brociam caſtrum obſidione cinxit. quo caſu non modo Heraldi prœdia, ſed etiam ea quæ erant Salenſis Cœnobii quod eſſent in Aduocatia ſeu tutela Geraldi Vicecomitis, nimium hoſtili more vaſtata. Guido Ge-

Digitized by Google

raldi filius patris iuſſu, quamprimum in obſeſſorum auxilium, cum lectâ militum manu aduolauit, & Argentomagenſium copiis nixus, hoſtem ab obſidione depulit, non ſine D. Benedicti præſidio, cuius ope conſiſi Geraldi milites, antequam in aciem exirent, à Salenſibus Monachis eulogias panis & vini expetiére, rem narrat Aimoinus Floriacenſis. *Monarchiam regni Francorum adhuc Lothario regente graui perduellione primores Aquitanici regni contigit turbari: ſi quidem Giraldus Lemouicinæ vrbis Vicecomes & Boſo Marcham ipſius poſſidens regionis, confractis aduerſum ſe decertabant odiis. Quapropter Helias Boſonis filius Dominum ſuum VVillelmum Comitem Pictauienſem, muneribus precibuſque pellexit, quatenus caſtrum Giraldi quod Bruccia dicitur, ſecum obſidione cingeret: qua de re non ſolum villas Giraldo parentes, verum etiam poſſeſſiones Salenſis Cœnobii contigit grauiter deuaſtari. Nuncius ad Giraldum Lemouicina tũc in vrbe reſidentem venit, qui diceret non ſolum eius regionem, ſed etiam agros Sancti Benedicti, eò quod eius eſſent delegati tutelæ, ab hoſtibus depopulari. Ille in talibus nequaquam procraſtinandum ratus, maximè confidens Benedictum patrem ſibi auxilio, ob ſuarum vaſtationem poſſeſſionum adfuturum, dirigit eò Guidonem filium cum lecta equitum manu, dans in mandatis vt hoſtes & à rapinis inhiberet, & iunctis ſibi Argentomagenſibus, ab obſidione ſi tutò poſſet, bello deterreret. Argentomagenſes non ignari per quem poſt Dominum in ſuperiori pugna victores extitiſſent, ad iam nominatum Sancti Benedicti Monaſterium oraturi venerunt, poſcenteſque à fratribus eulogias panis & vini ſibi tribui, dixerunt ſe tantæ fidei eſſe, vt abſque dubitatione crederent per illam eſcam meritis glorioſi confeſſoris Bene-*

Li. 2. de Miracul. S. Ben. cap. 16.

Giraldus Vicecomes Lemouicenſis fuit Aduocatus Salenſis cœnobii, Aimoin. Floriacenſ. c. 15. eiuſd. Libr.

dicti ſe & in prælio forè victores, & à mortis periculo immunes, nec ſua eos ſpes feſellit, nam cõgreſſione habita tanta aduerſarios cæde affecerunt, vt poſt victoriam à Monachis reſpectu humanitatis, etiam inimicos inhumare cupientibus, vix ſepeliri quirent &c.

Anno DCCCCLXXXVII. Ludouico cognomine Nihil fecit ſine liberis extincto, Hugo Capetus Dux Francorum, à Francis in Regem vno ferè omnium conſenſu & plauſu electus, abiecto Carolo Duce Lotharingiæ Ludouici patruo, vnus VVillelmus Dux Aquitaniæ Francorum leuitatem, & ſtudium mutationis rerum non ferens, Hugoni fidem & obſequium denegare non veritus. Qua re offenſus Hugo expeditionem comparauit in Aquitaniam, Pictauis vrbem obſidione tentauit, ſed incaſſum fatigatis copiis diſceſſit, recedentem VVillelmus Dux cum valida ſuorum manu ad Ligerim vſque proſecutus. Hic cruento prœlio commiſſo Hugo ſuperior extitit, ſed VVillelmi vires & animum expertus optimo conſilio ſibi eum conciliare ſtuduit & Guillelmus belli periculo ſanior factus, facile cum Hugone & Roberto pace facta in gratiam rediit. Ademarus, *Sane Dux Aquitanorum VVillelmus reprobans nequitiam Francorum Hugoni ſubditus eſſe noluit. Vnde factum eſt vt Hugo exercitu Francorum admoto vrbem Pictauis obſidione fatigaret, dumque fruſtratus receſſiſſet cum Aquitanorum manu VVillelmus inſecutus eſt eum vſque Ligerim, vbi in graui prælio decertantes Francorum & Aquitanorum animoſitates multo ſanguine alterna cæde fuſo ſuperiores Franci extiterunt, & ſic reuerſi ſunt. Pacem poſtea VVillelmus cum Hugone & filio eius Roberto fecit.* Eandem rem perſtringit auctor vitæ Lib 2 c. 27.

Digitized by Google

S. Genulfi *Cum vero memoratus Dux* (loquitur de Hugone Capeto) *aſſumpto iam regno, ad vrbem Pictauam exercitum duceret, VVillelmo Comite propter abiectionem Caroli, & iniuſtam vt videbatur aſſumptionem regni, ei nolente ſubdi &c.* Ad huiuſce expeditionis Aquitanicæ delectum ab Hugone vocatus Borellus Marchio, hic fuit Comes Barcinonenſis, qua de re extat Hugonis epiſtola ad Borellum inter eas que ſunt Gerberti.

Epiſt. 112. *Quia miſericordia Domini præueniens regnum Francorum quietiſſimum nobis contulit, veſtræ inquietudini quamprimum ſubuenire ſtuduimus, conſilio & auxilio noſtrorum omnium fidelium. Si ergo fidem toties nobis, noſtriſque anteceſſoribus per internuncios oblatam conſeruare vultis, ne forte veſtras partes adeuntes vana ſpe veſtri ſolatii deludamur, mox vt exercitum noſtrum per Aquitaniam diffuſum cognoueritis, cum paucis ad nos vſque properate, vt & fidem promiſſam confirmetis, & vias exercitui neceſſarias doceatis, qua in parte ſi fore mauultis, nobiſque potius obedire delegiſtis, quã Iſmaëlitis, legatos ad nos vſque in Paſcha dirigite, qui & nos de veſtra fidelitate lætificent, & nos de veſtro aduentu certiſſimos reddant.*

Eodem tempore graue bellum ſubortum inter VVillelmum Ducem, & Goffridum cognomine Griſogonellam Comitem Andegauenſem, Goffridus aduerſâ belli fortunâ ad anguſtias redactus VVillelmo Duci ſe ſubiecit, eique fidem & obſequium præſtitit & ab eodem Lodunum caſtrum & alia in pago Pictauienſi in beneficiũ accepit. Ademarus. *Eodem tẽpore grauiſſimũ bellũ inter VVillelmum Ducem & Goffridum Andegauenſem, Comitem peractũ eſt, ſed Goffridus neceſſitatibus actus VVillelmo Duci ſe ſubdidit, ſeque ei in manibus præbuit*

Digitized by Google

& ab eo caſtrum Lozdunum cum nonnullis aliis in pago Pictauorum pro beneficio accepit.

Ann. DCCCCLXXXIX. Guillelmus Dux cum coniuge ſua Emma fundauit Burgulienſe Cœnobium in fundo vxorio, vt obſeruauit Io. Belius. Perperam Io. Tillius laudat cartham Guillelmi II. cognomine Caput-ſtupæ, huiuſce anni de Burgulienſis Monaſterii ampliatione, nec enim Guillelmus Caput-ſtupæ peruenit ad hæc tempora, nec hoc anno ampliatum dici debuit Monaſterium, quod hoc demum anno initium cœpit. Hoc tamen Cœnobium fundaſſe VVillelmum IV. Ducem Aquitanorum cum Emma matre, eique præpoſuiſſe Abbatem Theodelinum virum litteris & ſapientia clarum refert Ademarus, vt exponemus ſuo loco. Vt cumque ſit Burgulienſe Cœnobium non alios fundatores agnouit quam Duces Aquitanorum, de quo Vlgerii Andegauenſis Epiſcopi extat epiſtola ad Sugerium Abbatem quæ eſt inter epiſtolas Sugerii. Tom. 4. ſcriptor. Hiſt. Franc. *Nobilis Burgulienſis Eccleſia, quæ in noſtro Epiſcopatu ſita eſt, in prædio & iure Ducis Aquitanorum ſedens & fundata eſſe, & ſubnixa fore ſolis largitionibus Ducum Aquitanorum conſtantiſſime dignoſcitur.* Præſtantiſſimos Abbates habuit hoccé Monaſterium, quorum meminerunt Petrus Cluniacenſis, Iuo Carnotenſis, & Innocent. III. Lib. 1. epiſt. 27. Epiſt. 66. Lib. 1. Ep. 307.

Anno DCCCCLXXXCXI. Gerbertus patria Aquitanus homo ignobilis vt teſtatur Glaber. olim Monachus Cœnobii S. Geraldi Aureliacenſis, & Magiſter Roberti Regis vna & Othonis III. odio Hugonis Regis, pulſo Arnulfo Remenſi Archiepiſcopo in Pſeudoſynodo Remenſi, in eiùs ſedem ſubintruſus, reſtituto Arnulfo nouas ſedes quærere coactus, relicto Lib. 1. c. 4.

Digitized by Google

Hugone, migrauit ad Othonem III. eumque adſectatus in Italiam ab eo prouectus eſt ad Rauennatenſem Archiepiſcopatum, ac tandem ad Romanum Pontificatum, & dictus eſt mutato nomine Sylueſter II. Ademarus, *Girbertus vero natione Aquitanus, Monachus Aureliacenſis Sancti Geraldi Eccleſiæ, cauſa ſophiæ primo Franciam deinde Cordobam luſtrans cognitus ab Imperatore Archiepiſcopatu Rauennæ donatus eſt, procedente tempore cum Gregorius Papa deceſſiſſet, idem Girbertus ab imperatore Papa Romanorum ſublimatus eſt, propter Philoſophiæ gratiam, mutatumque eſt nomen eius priſtinum & vocatus eſt Sylueſter.* Hic magicis artibus fertur per varios dignitatum gradus ad Pontificatus culmen perueniſſe ſuſpicioni forte occaſionem dedit, quod Matheſeos & Aſtrologiæ pertiſſimus fuit, quam à Sarracenis in Hiſpania hauſerat, narrat VVillelmus Malmes burienſis. Et rudi ſeculo harum rerum compotes vt malefici damnabantur à plebe. Hunc fuiſſe quondam Aureliacenſem Monachum inſinuant plures eiuſdem epiſtolæ ad Geraldum Abbatem Aureliacenſem & Raimundum Monachum eiuſdem Cœnobii, quorum hunc patrem ſuum, illum quondam Magiſtrum ſuum appellitat.

Lib. 2. de geſt. Regum Anglor.

Epiſt. 16. 17. 45. & 91.

Anno DCCCCXCIII. Odilo Aruernis oriundus ex clerico Briuatenſi Monachum profeſſus in Cluniacenſi Cœnobio poſt Maiolum in eiuſdem Monaſterii Abbatem ordinatus eſt, Sigebertus. *In Burgundia Odilo Aruerniæ oriundus ex clerico Briuatenſi Monachum profeſſus in Cluniacenſi Cœnobio poſt Maiolum præficitur ipſi Cœnobio.* Odilonē ex equeſtri familia apud Aruernos natum teſtatur Petrus Damiani in eius vitæ initio

Ad ann 993.

Beatus igitur Odilo, Aruerniæ oriundus ex equeſtri quidem ordine genus duxit, ſed terrenæ proſapiæ lineam cœleſtis vitæ nobilitate tranſcendit. Hic regularem diſciplinam fere collapſam in Cœnobio S. Dionyſii, & aliis Galliæ Monoſteriis fœliciter inſtaurauit, auſpicijs & ſtudio Hugonis Regis. Ademarus. *Beati ergo Dionyſij Cœnobium, quod iam priſtinam Monaſticam corruperat normam Rex Hugo regulari honeſtate, ſicut in Dei oculis rectum erat honeſtius reſtaurauit, per manus Venerabilis. Odonis Abbatis & alia Sanctorum nonnulla Monaſteria in decorem priſtinæ diſciplinæ reuocauit.*

Eodem anno VVillelmms Dux è uiuis exceſſit. Hic annus multorum clariorum virorum morte luctuoſus extitit. Glaber. *Septimo igitur de ſupradicto milleſimo anno*, & paulo poſt. *Per idem tempus obierunt in Italia & in Gallijs, qui præcipui erant Pontifices & Duces, necnon & Comites, primitus quoque Papa Ioannes XIV. Deinde Hugo Marchionum optimus, poſt hæc vero per Italiam quique nobiliores, in Gallijs namque Odo & Heribertus quorum prior Turonorum Carnotique, ſequens vero Meldorum atque Trecorum Comes extitit. Tunc temporis etiam Dux Rotomagorum Ricardus II. obijt qui Monaſterium ædificauerat nimium locuples in loco qui dicitur Fiſcampus in quo etiam ſepultus quieſcit. VViellermus quoque Pictauorum Dux ſub eodem tēpore vitam finiuit.* Hic ſub vitæ finem ſuſcepto habitu Monaſtico deceſſit in Monaſterio S. Maxentii, ſucceſſore filio cognomine. Ademarus. *Dux VVillelmus in Monaſtico habjtu ſeculum derelinquens humatus eſt apud Monaſterium S. Maxentii, & principatum poſt eum ſtrenuiſſime adminiſtrauit VVillelmus filius eius.* Vir pijſſimus fuit, Maiolum Clu-

Lib. 2. c. 7.

Digitized by Google

niacenſem Abbatem valde coluit, Odilo in eius vita. *Ab Imperatoribus & Imperatricibus, Regibus & mundi principibus Senior appellabatur & Dominus,* & paulo poſt *quid dicam de nobiliſsimo Henrico Burgundionum Duce, quid de Lamberto inluſtriſſimo viro, & nobiliſsimo Comite, quid de VVillelmo, quid de Ricardo Aquitanorum & Normannorum fortiſsimis Ducibus.*

Digitized by Google

RERVM AQVITANICARVM. LIBER IX.

Capvt I.

VVillelmus IV. Dux Aquitaniæ, & Adelmodis eius vxor. VVillelmo bellum infertur ab Aldeberto Comite Petrogoricenſi, Turonum oppidum captum ab Aldeberto Comite, eiuſdem traſonicum reſponſum ad Robertum Regem, & alia geſta VVillelmi Ducis.

VVillelmi Caput-ſtuppei morte VVillelmus eius filius id nominis quartus rerum potitus in Aquitania, vxorem duxit Adelmodem filiam VVillelmi Comitis Arelatenſis, ex qua ſuſceptus eſt VVillelmus V. poſt eum Aquitaniæ Dux futurus, vt ſcripſere Ioann. Belius, & Andreas Quercetanus.

In commentar. Duc Aquitan. Lib. 4. Hiſt. Burg. c. 59.

VVillelmi Ducis ob ætatem adhuc teneram Aldebertus Comes Petrocoriorum, & Marchiæ audacior factus, Pictauis oppidum bello tentauit, oppidani inconſulto calore eruptione facta male accepti, haud ta-

men legitur vrbs capta. Ademarus, *Quibus temporibus Aldebertus Comes Petragoricenſis filius Boſonis Vetuli, ex ſorore Bernardi ſupradicti nomine Emma, ad vrbem Pictauis bellum intulit, & victor extitit, pro eo maxime, quia inconſulto antequam deberent ciues, ei bellum intulerunt.* Belli ſocios habuit Aldebertus Fulconem Comitem Andegauenſem, & Hugonem Gargilenſem cui partæ victoriæ laudem tribuit Aimoinus Floriacenſis. *Hildebertus ſupra nominati Boſonis filius, ex materni aui ſucceſſione Comitatum Petragoricæ vrbis adeptus aduerſus Guillelmum Comitem Pictauorum arma mouit, & commoto exercitu, ad ſecundum Pictauæ ciuitatis milliarium caſtra poſuit; inter reliquos vero auxiliares, quos ad euocauerat bellum, erat Hugo de quo præmiſimus, Dominus caſtri quod Gargiliſſa dicitur. Interim Hildebertum tam ipſum Hugonem, quamque cætera expectantem auxilia, præcipue Fulconem Andegauenſem Comitem, congregati Pictauienſes repentina inruptione opprimere conati ſunt, quatinus qui Dux belli erat, antequam cunctæ eius congregarentur copiæ oppreſſo, reſiduos ab ipſius deterrerent adiutorio, nec ille ſegnior in obuiando fuit, ſed cum paucis quos ſecum habebat, excipiens aduenientes, bis cum eis campali certamine conflixit, cumque in eo eſſet, vt ab hoſtium multitudine ſuperaretur veteranis etiam ſuis fugere non erubeſcentibus, ex improuiſo, iam dictus ſuperuenit Hugo, qui deiectos rebus aduerſis ſociorum intuens animos, ac demum Pictauos iam iamque victores & ſui nimium ſecuros, cum Hildeberto aggreſſus vicit, fugauit.*

Lib. 3. de Miracul. S. Bened. c 7.

Rerum ſucceſſu elatus Aldebertus Comes Turonis vrbem obſidione vallauit, & obſidione captam Fulconi Comiti Andegauenſi tradidit, ſed haud diu

Digitized by Google

poſt Odo Campanenſis, tenaci ciuium fide & obſequio vrbem recepit vt ſubiungit Ademarus, *Vrbem quoque Turonis obſidione affectam in deditionem accepit & Fulchoni Comiti Andegauenſi donauit ſed ille ingenio doloſo ciuiū amiſit poſtpaululum, & iterū Odo Campanenſis eam recuperauit.* Dum vrbem obſeſſam Aldebertus teneret, regiam maieſtatem priuati hominis facinore infringi exemplo periculoſum ſentiens Robertus Rex, per miſſum grauioribus verbis eum compeſcuit, à quo nam Comes factus eſſet ſciſcitatus: Cui ille nondum adultæ poteſtatis conſcius, ab ijſdem inquit qui vos Reges fecerunt. Fragment. Pitheanum Hiſt. Aquitanic. *Qui cum eam obſideret, nequaquam Rex Hugo, vel Robertus filius eius auſi ſunt, eum prouocare ad bellum, ſed hoc ei mandauerunt quis te inquiunt Comitem conſtituit. Et Aldebertus remandauit eis, qui vos Reges conſtituerunt.*

Nec his motus Aldebertus Gentiacum caſtrum, armis occupauit, & cum tueri id non poſſet ſolo æquauit: & à Guillelmo Duce reædificatam rurſus obſedit. Dum vero iam victor & ouans ſecurus circa caſtrum obequitaret, telo percuſſus occubuit, & in æde Carroffenſi ſepultus, Boſone fratre ſucceſſore. Ademarus. *Aldebertus, Gentiaco capto caſtro & deſtructo, iterumque à VVillelmo reædificatum, dum id ipſum obſediſſet, & ſecundo deſtrueret, & ſecurus circum equitaret, vt iam victor, ictu ſagittæ mortuus, & Sancto Carroffo conditus eſt, & ſurrexit pro eo Boſo frater eius.*

Haud diu poſt VVillelmus Dux Bellacum caſtrum munitiſſimum, quod erat in poteſtate Boſonis Comitis obſedit, coniunctis cum Roberto Rege copijs; ſed vterque non ſine pudore, poſt diutinam obſidionem

Digitized by Google

receſſit. Ademarus. *Robertum Regem accerſiuit, ad capiendum caſtrum Bellacum, quod tenebat Boſo, omnis Francia bellatrix eo conflixit, ſed fruſtrata poſt multos dies cum ſuo Rege receſsit.*

Eodem tempore Brocia caſtrum VVidonis Lemouicenſis Vicecomitis à VVillelmo Duce obſeſſum; ſed irruẽte VVidone, magno ſuorũ impetu, obſidio ſoluta. Ademarus. *Ipſo tempore dum obſeſſum eſſet VVidonis Vicecomitis Brocia caſtrum à Duce ſupradicto cum valida manu VVido obſeſſores bello appetit, & de eis magnam ſtragem dedit victor, obſidionemque diſrupit.*

Capvt II.

Hildegarius Lemouicenſis Epiſcopus dimiſſo Epiſcopatu ſecedit in Monaſterium S Dioniſii, poſt eum Alduinus ordinatur Lemouicenſis Epiſcopus. Ducum poteſtas in electione Epiſcoporum, VVillelmus Comes Engoliſmenſis Lues ſaua in pago Lemouicenſi ignem ſacrum vocabant, numinis placandi cauſa ſolennes litæ ſeu proceſsiones indictæ, Monaſterium Agentenſe Canonicis regularibus reſtituitur, interdictum Eccleſiæ miſſum ab Alduino Epiſcopo Lemouicenſi perperam recens inuentum creditum ab Ademaro, eſus carnium permiſſus ab Alduino in ſumma annonæ difficultate Guido Vicecomes Lemouicenſis,

Digitized by Google

Grimoaldus Engoliſmēſis Epiſcopus ſibi vindicat Monaſterium S. Eparchii, huius Monaſterii Aduocatus & defenſor Comes Engoliſmenſis.

ANNO DCCCCXCIV. Hildegarius Lemouicenſis Epiſcopus vltro dimiſſo Epiſcopatu amotis precioſioribus donarijs Baſilicæ Sancti Martialis, ſeceſſit in Monaſterium Sancti Dionyſij: vbi priuatus vitam finiuit, & in ſepulturæ præmium Dionyſio ſacra vaſa & donaria è Sancti Martialis æde abblata legauit, iure an iniuriâ lector iudicabit. Ademarus. *Et Epiſcopus Aldegerius Lemouicæ, cum precioſioribus indumentis ſacerdotalibus ex aula Sancti Martialis abijt in Franciam & ibi vitâ priuatus, ſepultus eſt apud Sanctum Dionyſium, & pro ſepultura ſua contulit pretioſa quæ apportauerat à Sancto Martiale ornamenta.* Idem Bernardus Guidonis M. S. Hic fuit frater VVidonis Vicecomitis Lemouicenſis, idemque condidit Monaſterium S. Petri Vzerchiæ ex Tabulis fundationis quas edidit Io. Belius. Hildegario ſucceſſit Alduinus eiuſdem frater, beneficio VVillelmi Ducis, eâ enim ætate Epiſcopatus & Abbatias ſui muneris fecerant Duces & Comites Prouinciales, per omnia ferè iure regio vtentes. Hic Engoliſmæ conſecratus ab Hugone Engoliſmenſi Epiſcopo. Ademarus. *Succeſſit Pontifex Alduinus frater eius per manum VVillelmi Ducis, conſecratusque eſt Engoliſmæ ab Epiſcopo Hugone.* Diligentior Bernard. Guidonis ſcripſit hunc conſecratum à Gunbaldo Burdegalenſi Archiepiſcopo, Frotherio Petra-

In Epiſcop. Lemouicenſib.

Digitized by Google

goricenſi Abbone Santonenſi, & Hugone Engoliſmenſi Epiſcopis, & ab iſto ſolenniter miſſum in poſſeſſionem, & collocatum in Cathedra Sancti Martialis.

Arnaldo Comiti Engoliſmenſi vita functo ſucceſſit eius filius VVillelmus nomine. Ademarus. *Arnaldus ſupradictus ſucceſſorem ſibi Comitem reliquit Engoliſmæ, VVillelmum filium ſuũ.* Idem Chronic. E ngoliſm.

Eodem anno ſæua in Lemouicenſi pago lues exarſit, quâ vniuerſa ferè plebs exhauſta eſt, ignem ſacrum vocabant, quod non ſecus ac interior flamma, morbo laborãtium artus depaſceretur, irati numinis placandi cauſâ Alduinus Epiſcopus, & Goffridus Abbas Sancti Martialis inito conſilio cum VVillelmo, ſolenne tridui ieiunium indixére. Hac de cauſâ omnes Aquitaniæ Epiſcopi Lemouicum conuenére. Huc Sanctorum reliquiæ, cum ſolennibus litis & proceſſionibus, vndequaquè aduectæ: corpus ipſum Sancti Martialis è ſepulchro eleuatum, & palam propoſitum, quibus Deo exorato, lues mala deſæuiit, in gratiam accepti beneficii de pace iuſtitiaque tuenda ſolenne à VVillelmo Duce cæteriſque optimatibus Aquitanicis pactum conuentum eſt, quod poſterior ætas vocauit Treugam Domini. Ademarus. *His diebus peſtilentiæ ignis ſuper Lemouicinos exarſit, corpora enim virorum, & mulierum ſupra numerum inuiſibili igne depaſcebatur, & vbique planctus terram replebat, Goffridus ergo Abbas Sancti Martialis qui ſucceſſerat VVigoni, & Alduinus Epiſcopus habito conſilio cum Duce VVillelmo triduanum ieiunium Lemouicino indicunt. Tunc omnes Aquitaniæ Epiſcopi in vnum Lemouice congregati ſunt: corpora quoque & reliquiæ Sanctorum vndecumque ſolenniter aduectæ ſunt,*

Digitized by Google

ibi & corpus Sancti Martialis Patroni Galliæ de ſepulchro ſublatum eſt: vndè lætitiâ immenſâ omnes repleti ſunt, & omnis infirmitas vbique ceſſauit, pactumque pacis & iuſtitiæ à Duce & principibus viciſsim fœderatum eſt. Idem Bernard. Guidonis. *Tempore iſtius Epiſcopi Audoyni ſub anno Domini nongenteſimo nonageſimo quarto indictione VII. corpus Sancti Martialis fuit cum proceſſione ſolenni apud montem Gaudii deputatum, propter grauiſsimam plagam ignis in populo extinguendam, ſicut in hiſtoria de hoc conſcripta plenius enarratur.* Ingeſt. Epiſc. Lemouicenſ.

Hic Alduinus Epiſcopus monaſterium Agentēſe Sancti Stephani, quod ab Hildegario Monachis addictum erat, Canonicis reſtituit Ademarus *Alduinus autē Epiſcopus Monaſterium Sancti Stephani Agentenſe, quod Hildegarius ornate diſpoſuerat, in magna caterua Monachorum per triennium antequam moreretur deſtruxit, & Canonicos ibi reſtituit.*

Idem Alduinus ob nequitiam plebis Eccleſijs & Monaſteriis ſacris interdixit, quod genus pœnæ nouam obſeruantiam credidit Ademarus. *Sæpe idem Alduinus pro nequicia populi nouam obſeruantiam conſtituit ſcilicet Eccleſias & Monaſteria ceſſare à diuino cultu, & ſancto Sacrificio, & populum quaſi paganum à diuinis laudibus ceſſare, & hanc obſeruātiam excommunione cenſebat.* Ademarum hoc loco deceptum, & hoc genus pœnæ quod Interdictum vocitant multis ante ſeculis notum: haud tamen admiſſum niſi ob caſus grauiores, puta cædem Epiſcopi, rerum Eccleſiæ prædam, & publicam pacem effractam conſtat, Gregorius Turonenſis de cæde Prætextati Rothomagenſis Epiſcopi. *Poſt hæc Lōdoualdus Epiſcopus epiſtolas per omnes ſacerdotes di-* Lib. 8. c. 15.

rexit, & accepto conſilio Eccleſias Rothomagenſes clauſit, vt in his populus ſolennia diuina non ſpectaret, donec indagatione communi reperiretur. Et idem alio loco. *Denique condemnatus ſpoliatuſque ſacerdos, ad vrbem rediјt, atque proſtratus in orationem coram ſepulchro Sancti, dicto pſalmi capitulo ait, non hic accendetur lumen, neque pſalmorum modulatio canetur glorioſiſſime Sancte, niſi prius vlciſcaris ſeruos de inimicis ſuis, reſque tibi violenter ablatas Eccleſiæ ſanctæ reſtituas*. Et Annal. Pitheani. *Landbertus VVitonis filius, & Albertus Bonifacii filius Romam cum manu ualida ingreſſi ſunt & Ioanne* (Hic eſt VIII. huiuſce nominis) *Romano Pontifice ſub cuſtodia retento optimates Romanorum fidelitatem Karlmanno ſacramento firmare cœgerunt, quibus inde diſcedentibus, idem Pontifex Domum Sancti Petri ingreſſus, omnes theſauros quos ibi repperit ad Lateranis tranſtulit, & altare Sancti Petri cilicio cooperuit, & cuncta oſtia eiuſdem Eccleſiæ clauſit, nullumque ibi officium ad Dei cultum pertinens, per plures dies celebratum eſt, & quod dictu nefas eſt, omnibus vndique illuc cauſâ orationis venientibus negabatur introitus, erantque ibi omnia confuſa*. Huius interdicti meminit & ipſe Ioannes in epiſt. ad Ioannem. Arch. Rauenn. *Nam ipſis diebus nec veſtis fuit ſuper altare Sancti Petri, nec aliquod ibi nocturnum, vel diurnum officium ex more celebratum*. Non recens inuentum arguunt & vetuſtiores canones qui modum imponunt interdicto, & id vetant infligi à quocumque Epiſcopo ob proprium dolorem vel amaritudinem id eſt ob priuatam iniuriam, Conc. Toletan. XIII. Can. VII. *Quicumque Sacerdotum, vel miniſtrorum deinceps cauſâ cuiuſlibet doloris, vel amaritudinis permotus, aut altare diuinum vel veſti-*

De glor. confeſſ. c. 71.

Epiſt. 84.

veſtibus ſacratis exuere præſumpſerit, aut qualibet alia lugubri veſte accingi, ſeu etiam ſi conſueta luminariorum ſacrorum obſequia, de templo Dei ſubtraxerit, vel extingui præceperit, & loci ſui dignitate ſe nouerit & honore priuari.

Idem Epiſcopus laborante per quadrageſimam plebe, dirâ annonæ egeſtate, ne fame periret, eſum carnium indulſit, tum ne hæreret ſcrupulus, pœnitentiâ rem piari ſuaſit. Ademarus. *Idem antiſtes, dum populus in Quadrageſima ******* ſua Diæceſi fame periclitaretur, ne mortem pro fame incurreret, indixit eſum carnium, & ab omnibus illius Epiſcopi, eſcâ ſumptæ ſunt carnes, quibus pænitentiam antiſtes ipſe poſtmodum ſuaſit.*

Per hoc tempus Guido Vicecomes Lemouicenſis dum Boſo Comes è Prouinciâ abeſſet, religionis cauſa Romam profectus: acceptâ occaſione caſtrum ſubſtruxit aduerſum Brantoſmenſe Monaſterium. Boſo reuerſus nefas vlturus VVidonem bello petiit, & commiſſo prœlio VVido vulneratus, victuſque fuga ſibi conſuluit; non incruentâ reportata victoria Boſo vt materiam belli exſcinderet, caſtrum ſolo æquauit. Ademarus. *Frater verò eius VVido Vicecomes Lemouicenſis, dum Comes Boſo Romam abiret, nata occaſione caſtrũ extruxit à nouo contra Brantoſmenſe Monaſterium, nec mora reuerſo Boſone, commiſſoque prælio Boſo victor caſtrum deſtruxit, multuſque ſanguis in eo bello effuſus eſt, & VVido vulneratus fuga lapſus eſt.*

Grimoaldus Engoliſmenſis Epiſcopus Sancti Eparchii Monaſterium à VVillelmo Comite Engoliſmenſi, non ſine pretio & munere obtinuit. A fundationis exordio Engoliſmenſes Comites huiuſce Monaſterii

Digitized by Google

Aduocatos & defenſores ſe gerunt : & Aduocatiæ nomine in beneficium poſſident villam Ranconam, Aduocatis enim Eccleſiarum officii cauſa dabantur certa feuda uel cenſus Eccleſiæ. Grimoaldus magis ſapiens quæ ſunt carnis, quã quæ ſpiritus, Aymerico fratri ſuo conceſſit Tomolatenſe Monaſterium, quod fuit ditionis Monaſterii Sancti Eparchii in pago Petragoricenſi vbi conditi ſunt Aureolus Petragoricenſis & Principia Sancti Eparchii piiſſimi parentes. Ademarus. *Epiſcopus Grimoardus datis muneribus à VVillelmo Comite Sancti Eparchii Monaſterium expetiit, & ſibi vindicauit, & per multos annos ſine Abbate manere fecit, omnes enim Comites Engoliſmæ à temporibus Childeberti Regis Francorum quo ipſe locus fundatus eſt Aduocati eius & defenſores extitiſſe noſcuntur & prouiſores, habentes pro officio defenſoris in beneficio villam Ranconam. Tunc memoratus Epiſcopus Aimerico germano ſuo Duci Moxedanenſi donauit in poſſeſsionem Monaſterium Tomolatenſe quod hactenus ſemper fuerat in dominio Cœnobii Engoliſmẽſis, ſitumque eſt in territorio Petragoricenſi, habens Eccleſiam in honore genitricis Dei, vbi velut in proprio iure paterno ſepulti ſunt Fœlix Aureolus Petragoricenſis Comes, Pater Sancti Eparchii, & Principia mater eiuſdem confeſſoris &c.*

CAPVT III.

Conſtantia vxor Roberti è partibus Aquitaniæ. Hac occaſione Aquitani in aula, eorum ingenium & mores contagio noxii, dira fames in Gallia & Aquitania, Odilonis Abbatis

Digitized by Google

Cluniacenſis ope & ſubſidio ſubbleuatur Varia concilia de pace reformanda in Gallia. Ademarus filius VVidonis Vicecomitis Lemouicenſis Brociam caſtrum occupat. Idem poſteareceptum ab Hugone Gargilenſi.

ANno circiter DCCCCXCVIII. Robertus Rex dimiſſa Bertha coniuge cum qua non iuſtæ nuptiæ videbantur, ſuperduxit Conſtantiam filiam VVillelmi Comitis Arelatenſis. Hanc VVillelmi Comitis Toloſani filiam tradit Chronic. Floriacenſ. Idem ſcilicet fuit Comes Toloſanus & Arelatenſis. Eam ex partibus Aquitaniæ deductam, & huius gratiâ circa annum M. quamplures ex Aquitania & Aruerniâ, cuius regionis Ermengardis Conſtãtiæ ſoror erat tunc Comitiſſa, in aulam confluxiſſe, à quibus peregrinos mores inuectos, ſimul & varia comæ & veſtium ſchemata ſcribit Glaber. *Olim igitur circa milleſimum incarnati verbi annnm, cum Rex Robertus accepiſſet ſibi Reginam Conſtantiam, â partibus Aquitaniæ in coniugium, cæperunt confluere gratiâ eiuſdem Reginæ in Franciam atque Burgundiam, ab Aruerniâ & Aquitaniâ homines omni leuitate vaniſſimi, moribus & veſte diſtorti, armis & equorũ phaleris incõpoſiti, à medio capitis nudatibi. Hiſtrionum more barbis raſi, caligis & ocreis turpiſſimi, fidei & pacis fædere omnino vacui, quorum itaque neſanda exemplaria heu proh dolor tota gens Francorum nuper omnium honeſtiſſima, ac Burgundionum ſitibunda rapuit, donec omnis foret nequitiæ & turpidinis illorum conformis &c.* Alio & loco idem Glaber Conſtantiam eandem nuncupat

Lib. 3. c. 9.

Lib. 3. c. 2.

Digitized by Google

filiam VVillelmi prioris Aquitaniæ Ducis quem non alium à Guillelmo Toloſano & Arelatenſi intelligere fas eſt, quod eâ tempeſtate quicquid terrarum eſſet cis Ligerim, etiam Arelatenſis prouincia, & Occitania Aquitaniæ nomine contineretur, ob Aquitanorum Ciſtigeritanos inter, dignitatis & potentiæ prærogatiuam.

Anno DCCCCXCIX. dira per Galliam & Aquitaniam, adeoque per vniuerſum orbem terrarum fames inualuit teſte Glabro huius æui ſcriptore, calamitatis
Lib. 4. c. 5. leuandæ cauſa Odilo Abbas Cluniacenſis Aquitanus ipſe ſacra vaſa & veſtes erogauit in alimoniam pauperum, teſtem habemus Petrum Damianum, in vita
Cap 3. Odilonis. *Præſertim quodam tempore dum fames valida fines Aquitaniæ vehementer affligeret, ac plurimas Galliarum Prouincias peſtilenter arctaret, exhauſtis iam in pauperum vſus ærarijs, & horreis quorumcũque prouentuum, mediocriter profligatis, mox etiam plurima ſacrarij vaſa confregit, inſignia Eccleſiæ ornamenta diſtraxit, coronæ quoque quam ſibi Imperator Henricus ob ſui memoriam deſtinauerat, non pepercit, vt igitur tam acerbæ famis in quibus valuit temperaret inopiam, quicquid hinc inde corradere potuit facultatum, in ſuſtentationes & alimenta contradidit egenorum.* Huius anni luctum, vt ſe habent rerum vices, recreauit, quæ ſecuta eſt anni Milleſimi vbertas, cuius in gratiam varia in Aquitania, & aliis partibus Galliarum Concilia habita ſunt, de pace reformanda, in quibus ſacra lipſana Sanctorum, cultus & obſequii
Lib. 4. c. 5. cauſa palam propoſita ſunt. Hac de re Glaber. *Tunc ergo primitus cœpere in Aquitaniæ partibus ab Epiſcopis & Abbatibus, cæteriſque viris ſacræ religionis deuotis ex*

Digitized by Google

vniuerſa plebe coâdunari Conciliorum Conuentus, ad quos etiam multa delata ſunt corpora Sanctorum, atque innumerabiles Sanctorum apophoretæ reliquiarum, de hinc per Arelatenſem Prouinciam, atque Lugdunenſem, ſicque per vniuerſam Burgundiam, vſque in vltimas Franciæ partes, per vniuerſos Epiſcopatus indictum eſt, qualiter certis in locis à præſulibus, magnatiſque totius patriæ de reformanda pace & ſacræ fidei inſtitutione celebrarentur Concilia.

Eodem anno Ademarus vnus è liberis VVicecomitis Lemouicenſis de rebus quærendis cogitans, dum paternã ditionem fratrum conſortio exhauſtam iri ſciret, Brociam, id nomen caſtro Vicecomitatus nomine inſigni, in Pictonum finibus, quod ex æquo patris, & Hugonis Gargilenſis dominii erat, vi occupauit. Nec mora VVillelmus Dux, & Boſo Comes Petrogoricenſis in opem Hugonis acciti, coniunctis copiis cum caſtrum diutina obſidione oppugnaſſent, inani conatu non ſine pudore diſceſſere. Hoc ſucceſſu Ademarus maius ad facinus pronior, caſtro finitimo Salenſi nomine, quod erat Monachorum Sancti Benedicti non pepercit, ſed diſpari euentu illico enim ab Hugone, aliiſque optimatibus viris intra caſtri munitionem circumſeptus, pacta deditione imminens vitæ periculum redemit, nec impune fuit Guidoni patri & Geraldo fratri ſceleris conſcijs, Guidonem enim per hæc tempora Romam profectum, vt omnem de ſe ſuſpicionem eximeret, fœda vitiligo adeo occupauit, vt ægre lectica domum redierit. Geraldum dum apud Pictauum belli euentum præſtolaretur ferociſſimus equus, graui morſu ferè debilitauit, Aimoinus Floriacenſis. *Roberto Regis filio Hugonis, onus gubernandi ſuſcipiente regni*

Lib 3. de miracul. S. Bened. c 5.

Ademarus quidam iuuenta pariterque corporis elatus forma, cuius genitor VVido in vrbe Lemouicina Vicecomitis fungebatur honore, nefarium molitus eſt ſcelus, namque Lemouicinis nequaquam contentus facultatibus, ex paterna ſibi hæreditate iure ſuppetẽtibus dum cerneret numeroſam cohæredum fratrum ſuorum ſuccreſcere ſtirpem, in ſubripiendas res alienas animum intendit, dolique artifex caſtrum quod á ruſticanis Bruccia dicitur ingreſſus, dominum ſe agebat, erat in ea prouincia vir quidam haud contemnendæ potentiæ Hugo nomine, cui media pars ipſius caſtri heræditariâ obuenerat ſucceſſione. Hanc ille vti & eam quæ genitorem cõpetebat ſuum, auſu temerario peruadit, toto itaque potitus caſtro, copias duorum Comitum qui eum inde pellere nitebantur VVillelmi videlicet Pictauienſis & Boſonis Petrogorici, per quindecim dierum eludens ſpatium, obſidionem eos ſoluere coegit, qua liberatus neceſſitate, audendo maiora municipium Patris Benedicti, quatuor & ſemis millibus à memorato diſtans caſtello, abſentiam præpoſiti Otherii aucupatus latrocinantum more ingreditur. Municipio illi antiquitas Salis nomen indiderat, eoque Monachi habitationem aſſiduam à Caput-Ceruio commutauerant, eo quod is locus magna ex parte, natura foret munitus: hunc præfatus Ademarus inuadere niſus eſt. Interim Præpoſitus loci iam dictus Otherius ad ſuperius nominatum Hugonem recta proficiſcitur via, primus ferratas aquilonali parte intulit acies Gaufredus propter vires non propter pigritiã Aſinus agnomine, poſt eum reliqui auxiliares, Giraldus ſcilicet Cluenſis caſtri Dominus, & Hugo Gargelenſis, reliquique quorum nomina dicere ſuperſedi, ſeditioſis Eccleſiam petẽtibus, noſtri à tergo ſequntur attentius, cæſis in introitu portæ aliquantis, eos qui Baſilicam petebant inſectabantur, in qua non tutam ſibi

latebram fore auſpicatus Ademarus turrim ligneam de quâ ſigna dependebant, cum ſex factionis ſuæ ſocijs formidoloſus conſcendit, ibi quoque ſe latere poſſe diffidens, tecta more architecti perambulabat, donec ab Hugone, qui ſtudioſius reliquis eum inueſtigabat viſus, pacta vitæ ac membrorum ſecuritate captus eſt, cum quo quinque commanipulares ex eminentioribus tenti ſunt, Hugo videlicet ac Archembaldus de Buciaco; Rainarius ac Americus frater eius filii Hildegarii haud ignobilis viri Argentomagenſis, atque Giraldus Torinenſis. Hoc itaque modo caſtrum iuxta ſextam diei, quo primum ibi aduenerant horam, receptum noſtriſque redditum eſt, anno incarnationis Dominicæ milleſimo. Nec Guido genitor Ademari, ſiue etiam Giraldus frater eius patrinus iam dicti adoleſcentis, immunes miſeriarum fuere, verum ſicuti participes eius maligni fuere conſilij, ſic quoque Dei iuſtiſſimâ diſponente prouidentiâ, periculorum fuere conſortes, ſiquidem Guidonem non tantum orationis quantum diſſimulationis neſcire ſe quæ à filio gererentur gratia, Romam profectum, morbus adeo vitiliginis debilitauit, vt non aliter quam in lectica ad ſua regredi valeret. Giraldum vero obtentu eiuſdem ſimulationis, apud Pictauum degentem, & rei euentum præſtolantem, ferox equus mordicus per coxam arreptum, per aliquot dies lecto cubare coegit.

Hoc pacto Hugo captum Ademarum ad Brociæ caſtrum vinctum deduxit, & Giraldo qui caſtrum tenebat, eô nì cederet Ademaro caput abſciſum iri interminatus, his minis perterritus Giraldus ſe & caſtrum tradidit, ſic Hugo caſtro potitus, turrim quæ erat iuris Ademari ſtatim ſolo æquauit, ne recidiui belli materia exiſteret. Idem Aimoinus Floriacenſis. *Captus vt ſu-*

Digitized by Google

prædictum eſt Adhemarus ab Hugone ad caſtrum Bruccia deductus eſt, id Giraldus quidam partibus fauens Adhemarianis tenebat, excluſis factoribus Hugonis, qui partem eiuſdem caſtri ab Adhemaro ſibi præreptam, non mediocriter indignabatur, deinde eundem iuuenem quem captum habebat, è regione murorum, vnde à ſuis intueri poſſet, deduci præcipiens, interminatus eſt, ſe eius caput abſciſſurum, ni maturato ſibi munitionibus cederent, quæ res Giraldum & eos qui intus erant grauiter perterruit, maxime videntes Dominum ſuum, cum tot exercitatæ militiæ egregijs bellatoribus, ſubita rerum conuerſione deiectum, vnde non ſolum oppidum, ſed etiam ſe ſuaque omnia territi dedidere. Hugo potitus caſtro, turrim quæ iuris Adhemari fuiſſe videbatur, confeſtim diruit.

CAPVT IV.

Grimoardus Lemouicenſis Epiſcopus à VVidone Vicecomite captus & in cuſtodiam truſus, iudicium Pontificis de VVidone, Abbo Abbas Floriacenſis Monaſterium Regulæ ſuper Garumnam reformationis cauſa iterum, luſtrat Bernardus & Sancio filij VVillelmi Duces Vaſconiæ, Abbonis Martyrium apud Monaſteriũ Regulæ, de eius nece pœnas sũpſit Bernardus Dux Vaſconiæ Idem Abbo ſepultus cũ veſte cruẽta, vt de cæſis moris erat.

SVB annum MII. Grimoardus Lemouicenſis Epiſcopus à VVidone Lemouicenſi Vicecomite cap-

captus, & in cuſtodiam detruſus, quod de tradenda ei Brantoſmenſi Abbatia interpellatus, non aſſenſiſſet. Tandem ſolutus quibus Vidoni placuit conditionibus Romam profectus, de iniuria apud Syluestrum II. Pontificem conqueſtus eſt, VVidone in ius vocato, ipſo ſanctiſſimo die Paſchæ in reum præſentem & defenſum ſententia dicta, vt indomitorum equorum calcibus diſtraheretur, ac demum feris lacerandus exponeretur, damnatus ipſi Epiſcopo traditus cuſtodiæ cauſa, poſt diem tertium flagitij pœnam daturus, medio tempore Epiſcopus & Vicecomes inuicem ſe conciliarunt, vterque clam Româ ſeceſſit, & hoc pacto VVido imminenti pœnæ caput ſubripuit, Ademarus. *Proceſſu temporis VVido Vicecomes, capto Grimoardo Epiſcopo, pro Monaſterio Brantoſmenſe, quod ab eo in munere expoſcebat, tenuit eum in carcere in turre Lemouice, & dimiſſus iuxta conditionem VVidonis, Romam adijt Gerbertum Papam interpellauit, ibi VVido euocatus eſt ad iudicium coram Papa, & cum ipſo ſacratiſſimo die Paſchæ cauſa ventilata eſſet, & à Senatu prolatâ ſententiâ, iudicatum eſſet, vt omnis qui Epiſcopum capit, ad colla indomitorum equorum ligatus pedibus diſrumperetur, & demum à feris dilaceretur, traditus mox eſt Epiſcopo Grimoardo ad cuſtodiendum, poſt diem tertium tradendus ad pœnam, ſed biduo inter ſe concordantes, amici facti ſunt, & ante diem condictum clam Româ egreſſi, reuerſi ſunt ad propria.*

Hoc anno Abbo Abbas Floriacenſis Monaſterium olim Squirs nomine, poſterioribus Regulæ ad Garumnam ſitum, in finibus Vaſconiæ, Floriacenſi Monaſterio iam olim ſubiectum, religionis tuendæ cauſa luſtrauit, aditis Bernardo & Sanctione filiis Guillelmi, Ducibus

Digitized by Google

Vaſconiæ, quo eorum gratiam ſibi & ſuis conciliaret, Aimoinus Floriacenſis. *Igitur cum hic Deo amabilis, hominibuſque venerabilis Abbo, per ſexdecim annos continuos, in à Deo ſibi commiſſo paſtorali deſudaſſet officio, VVaſconiam proſiſciſcitur. Eſt in illis partibus Monaſterium quoddam Squirs vt fertur antiquitus nominatum, à modernis contrario nunc vocabulo Regula vocitatum, nulla quippe religionis norma, nulla aut rara bonæ conuerſationis ſaltem veſtigia, vſque adhæc in eodem loco apparuere tempora, id Guillelmus Sanctionis filius Burdegalenſium Comes, ac totius Guaſconiæ Dux, auditâ famâ religioſæ vitæ Domini Richardi Floriacenſium Abbatis, ipſi ſucceſſoribuſque eius, ad regendum dudum commiſerat, in quo loco tam ab ipſo venerabili Richardo, quamque à duobus eius ſucceſſoribus Amalberto, ac Oylboldo, diu multumque elaboratum eſt, quo verè is locus per habitatorum conuerſationem vocabulo vteretur ſuo, nec quicquam vtilitatis actum. Poſt quos dum hic vir Beatus Abbo, regiminis adeptus eſſet gradum, quibuſdam ſibi perſuadentibus, quatinus eo proficiſceretur, reſpondebat cum ioco, ſe illuc iturum quando eum ſatietas cepiſſet vitæ, & quamquam id ipſe ludens diceret; tamen ita ſe poſt rei habuit exitus. Ferebatur denique nulli prædeceſſorum eius, poſt iter Guaſconiæ, diu viuere licuiſſe. Tandem ipſe ad iam dictam pergit patriam, eius regionis adit Comites memorati filios Guillelmi, Bernardum & Sanctionem eundem locum non pro ſuo, ſed ipſorum diſponit libitu, & tunc quidem proſpere ad ſua rediit, quibuſdam ſuorum quaſi ob tutelam loci relictis &c.*

De vir. S. Abbon. c. 16.

Anno MIII. iterum Abbo Floriacenſis Abbas à ſuis euocatus, Regulæ Monaſterium reppetiit, quo labentem ſuo abſceſſu diſciplinam inibi reſtitueret, verum

hic à Monachis, tum genio ſoli, cum vitio ſeculi diſciplinæ impatientibus, conſpiratione inita trucidatus, miraculorũ famâ, martyrum in numerum cooptatus, Sigebertus. *Abbo Floriacenſis Abbas in VVaſconia martyriſatur.* Ad ãn. 1003 Diligentius rem narrat Glaber. *His ita geſtis contigit, vt venerabilis Abbo pater Monaſterii Sancti* Lib 3. c. 3. *Benedicti Floriacenſis cognominati, gratia propagãdæ religionis Monaſticæ, in prouinciam tranſiret meridianorum VVaſconum, cumque illuc deueniens in quodam moraretur Cœnobio, ibique more ſolito, ea quæ Dei ſunt ſedulo exerceret, nimio à cunctis venerabatur affectu. Accidit igitur die quadam, vt in atrio eiuſdem Cœnobii exardeſcentibus quorumdam litigioſorum irarum ſtimulis, nimium acer orietur tumultus. Dumque vir reuerendiſſimus prædictus ſcilicet Abbo comperiens ad eumdem tumultum ſedandum pugilares gerens in manibus tabellas, cum ſtylo proceſſiſſet, vnus è vulgo afflatus ſpiritu diabolico, irruens in eum eiuſque latus lanceâ perforans, Chriſti martyrem fecit.* Abbonis iter & martyrium fuſè deſcribit Aimoinus Floriacenſis, idem comes itineris & teſtis martyrii, & in itinere Guillelmum Ducem Aquitaniæ Pictauis ab eo conuentum narrat. *Tandem talibus impulſus allegationibus, inpendente iam vltimo vocationis ſuæ die, ſecundo* De vit. Abbonis c. 17. 18 19. & 20. *iter arripit, hos & Monachos itineris Comites aſſumens ſupranominatum Remigium, meque qui hæc ſcribo Aimoinum, cum Guillelmo ſuæ venerantiæ iuxta Abbatum morem tum Baiulo. Iamque in via cõſtitutus legatis qui pro ſe venerant, imperat ſe antecedere, Comites Aduocatumque certos de ſuo aduentu reddere, ne moram colloquii faciant dum ipſe ad eos venerit procurare. Ipſe in nullo negligens vtilitatis Cœnobii, quod regebat Pictauos pergit Guillelmum illius vrbis*

Digitized by Google

adiit Comitem, pro iuuamine poſſeſſionis Monaſterii ſui, quæ Salx dicitur, calumniis Aduocatorum valde oppreſſæ, cum rogaturus, â quo die dicta, in qua ſibi poſt ſuam regreſſionẽ, ab eodem Comite iuſta deferretur audientia, pro re alia, aliquantas perinibi moras nectit. & paulo poſt, *ipſe iter quod cœperat maturare contendit. Nos ergo quinta poſtquam ibi adueneramus die, celebrata omnium ſanctorum ſolemnitate, quintaquè feria inde progreſſi, per Carroſenſe Monaſterium, ad Nantoliacum deuenimus Cœnobiolum, in honore Sanctiſſimi Patris Benedicti fundatum, vnde digredientes Sabbathorum die Engoliſmam aduenimus, à quâ vrbe die dominica egreſſi, dum incerti pro aduenĩetis noctis hoſpitio, ac idcirco mœſti incederemus, oſtendit Dominus nobis, nequaquam ſe oblitum illum ſanctum habere virum, in cuius obſequio iter illud conficiebamus. Nam cum ad caſtrum cui Alba terræ nomen eſt tendere deliberaſſemus repente Dominus ipſius caſtri, nobilis vir nomine Giraldus poſt tergum noſtrum celerrimè aduenicns apparuit.* & poſt nonnulla. *Porro nos eadem die qua de Albâ terrâ promouimus tranſmeato Ella flumine, vna cum beato Abbone in villa quæ ad Francos dicitur hoſpitati ſumus. Suſcepit nos inibi genitrix mea, memorati militis Geraldi conſanguinea, vocabulo Annentrudis cum quanta potuit humanitatis exhibitione. Inde ad Dordonæ fluēta ventum, quò enauigato amné Guaſconiæ fines ingrediuntur. Tranſmeantibus Dornoniam, antequam ad præfatum veniatur Regulæ Cœnobium Aroth ſeu Codrot torrens occurit, quem dum tranſire eſſet neceſſe, vir Dei lintrem, quæ perexigua illo habetur in fluuiolo, dum aſcendit eâ introrſus à lutoſo littore relabēte, cingulo tenus penè in aquam decidit. Mirum dictû veſtigijs paululum madefactis: in reliquis veſtimentis vix tenuis apparuit humor.*

Digitized by Google

Tranſmeato ſane hoc peſſimi occurſus torrente, poſtero die ad Monaſterium Regulæ ventum. & poſt pauca. *Monaſterium Regulæ in honore principis Apoſtolorum Deo dicatum, in monte eſt poſitum, qui videlicet mons à tribus lateribus Orientali, Aquilonali & Occidentali, alijs cingitur montibus, à meridie Garonna vallatur flumine, periculoſaque vallis voragine, ab Oriente inter ipſum & alterum montem, vallis exiſtit perangusta per quam fons meat, quam incolæ Moſellam nuncupant. Simili modo ab Occidente, alterius fontis rapido alluitur curſu cui Moſa nomen eſt. Hæc nomina à Francis illis impoſita æſtimantur, qui à Magno Carolo ad tuitionem prouinciæ ibi relicti ſunt.* Et inferius. *Secunda igitur feria, qua Sancti Confeſſoris Bricij agebatur feſtiuitas, Monachum qui hos eſſe machinatus dicebatur dolos, Sanctus Pater noſter Abbo increpare cœpit, quod ſine eius licentia de Monaſterio egreſſus, foras manducare præſumpſiſſet. Hic Anezan nomine dicebatur proprio, gente barbarus ac vocabulo, qui dum ſancti viri increpationem ſe patienter ferre ſimulat, ſed circunſtantibus contumaciæ verba reſpondet, ſubito auditur clamor mulierum iuxta morem gentis illius, vbi ſeditio oritur, aut mors hominis interuenit conclamantium. Tum ille perfidus ſolo nomine Monachus ad eos qui ſe circumſtabant infit, nunc inquiens dicetur meo monitu hoc eſſe ortum ſcandalum. Interea vir Domini Abbo intra clauſtrum Monaſterii reſidens, & quaſdam Computi ratiunculas dictitans, tumultantium clamore exaudito, foras ab inferiori montis parte progreditur, ad reprimendos ſuos qui ſuperiora occupauerant loca feſtinans, ab vno aduerſæ partis ſatellité, lancea tam valide vulneratur, in læuo lacerto, vt interiora coſtarum adactum penetraret ferrum. Ipſe iam exanguis factus, inter manus diſcipulorum,*

Digitized by Google

famulorumque ſe ſuſtentantium, Idibus Nouembris ſpiritum reddidit. Nec omittendum quod idem author addit Abbonem ſepultum cum ipſa veſte cruenta, cum quâ cæſus erat, vti moris erat. *Matutino ſane tempore feriæ quartæ, cum ipſis quibus indutus erat veſtimentis, vti mos eſt ſepeliri interemptos inlotus etiã lapideo tumulatus ſarcophago, in interioribus cryptæ ante altare Sanctiſſimi Patris Benedicti.* Idem refertur in mẽbrana veteri Monaſterii Regulæ quã edidit Pitheus. Abbonis in Vaſconiam iter per Engoliſmam, ſignat & Ademarus, eique Baſilicam S. Eparchii ibi in metato fuiſſe, & vltore Bernardo Duce Vaſconum, interfectores sãctiſſimi Abbatis alios ſuſpẽdio, alios flãmis pœnas dediſſe ſubiungit. *Interea ſũmæ Philoſophiæ Abbas S. Benedicti Floriacenſis ſuper Ligerim loci nomine Abbo, Vaſconiam iter faciens per Engoliſmam tranſiens menſe Nouembri in Monaſterio Beati Eparchii hoſpitatus eſt, venienſque ad Sanctum Petrum Regulatenſis Eccleſiæ, quæ eſt poſſeſſio Sancti Benedicti Francorum Cœnobij, ibi tumultu VVaſconum occiſus eſt, ibi ſepultus miraculis clareſcere cœpit, virga eius paſtoralis remiſſa eſt Franciam. Bernardus VVaſconiæ Dux, necem tanti viri de interfectoribus eius puniens, alios ſuſpendio, alios flammis tradens & omnem illam poſſeſſionem Regulatenſem, quæ ante in lite inuadentium erat, ſine lite dehinc Monachis Francis S. Benedicti parauit vindicandam.* Eiuſdem martyrij Epocham ad annum MIII. refert & Aimoinus Floriacenſis alio loco. *Igitur Oyboldo Abbate in Chriſto quieſcente, Abbo Deo & hominibus vir amabilis à fratribus, Hugone annuente Rege electus, in gradum ſucceſſit Monaſtici regiminis, qui præcedente hunc quo hæc ſcribimus anno, qui fuit ab incarnatione Domini Milleſimus*

Li. 3. de Miracul. S. Ben.

quartus, in Vaſconiæ partibus à perfidis illius nationis hominibus, nobis præſentibus innocenter occiſus, Martyrij ſanguine laureatus ad regna eſt æterna à Chriſto vocatus.

CAPVT V.

Bernardus ex Abbate Solemniacenſi tum Bellilocenſi Epiſcopus Cadurcenſis. Gauzlenus filius naturalis Roberti Regis ex Abbate Floriacenſi Archiepiſcopus Bituricenſis ob labem natalium vix admiſſus à clero & plebe, Vindiciæ Apoſtolatus S. Martialis. Bernardus Dux Vaſconum, ei ſuccedit Sancius frater. Briſca ſecunda vxor VVillelmi Ducis ſoror Sancij ex qua ſuſceptus Odo Sepulchrum S. Eparchij Engoliſmenſis miraculis illuſtratur, VVillelmus Comes Engoliſmenſis vxorem duxit Gerbergam ſororem Fulconis Comitis Andegauenſis, ex qua ſuſcepti Hilduinus & Goffridus.

PER hæc tempora Cadurcenſem Epiſcopatum tenuit Bernardus patre Hugone haud infimo inter proceres Aquitanicos. Is ætate adhuc tenerior à patre oblatus Floriacẽſi Cœnobio litterarum & virtutis tyrocinia fœliciter emeruit Abbone Magiſtro, qui tũ ſumma cũ laude hic docebat, inde ad maiora raptus primum Solemniacenſis Abbas, mox Bellilocenſis fa-

ctus, haud multò poſt Cadurcenſem ad Epiſcopatum peruenit, verum cum eo nomine VVillelmus Comes Toloſanus,& Archiepiſcopus Bituricenſis, quorum in poteſtate res erat, non nihil pecuniæ ab eo exactitarent, fœda huius ſeculi corruptelâ, eo fortiùs eos repulit, quod ei præſto fuit conſilium Abbonis Abbatis, quem hac de re conſuluit per litteras. His initijs Bernardus Epiſcopatus moleſtias pertæſus, de profectione Hieroſolymitana conſilium inijt, motus & exemplo patris, qui primus pene Gallos inter, id itineris religionis cauſa ſuſceperat, ſed Abbonis ſuaſu Romanum iter pro Hieroſolymitano inſtituit, Aimoinus Floriacenſis. *Hunc ſane Bernardum Pater Hugo, haud infimo inter proceres Aquitanicos ortus loco, ex copioſa filiorum caterua Deo obtulerat ad ſeruiendum, ac ad Floriacenſe Sancti Patris Benedicti Cœnobium miſerat litteris imbuendum, quem hic totius bonitatis plenus Abbo, ex præcepto Abbatis ſui honorabilis Richardi ſuſceptum valde dilexit, & in quantum temporis opportunitas adriſit, liberalibus artibus erudiuit, ſed idem Bernardus non longo annorum interiecto ſpatio, à patre ſuo euocatus, Solemniacenſi Abbatia, quam ſanctus quondam conſtruxit Eligius eſt donatus. Ac non multò poſt Bellilocenſem locum, quem eius genitor iure belli, armiſque conquiſierat victricibus eſt adeptus, cui cum VVillelmus Comes Toloſanus Cathurcenſem præſulatum, quem nunc regit committere diſpoſuiſſet & ob hoc tam ipſe Comes, quam & Archiepiſcopus Bituricenſium ſub cuius Diæceſi eadem Eccleſia conſiſtit, non minimam pecuniæ ſummam ab eo exigerent, ad hunc alumnum ſuum Sanctum dirigit Abbonem, ad quem ille caritatiuam direxit epiſtolam*, & paulo poſt. *Verum Bernardus tandē aliquādo bono-*

De vit. S. Ab. bon. c. 10.

bonorum huius vitæ pertæſus, videns multorum frigeſcere charitatem, & ideo ſuperabundare iniquitatem, deliberauit animo relictis omnibus, quæ poſſidebat Hieroſolymam petere quod iter à patre eius pœnitentiæ voto, ante omnes ferè in hoc tempore Galliæ habitatores cœptum, ac percurſatum fuerat, nec tamen hoc abſque ſui ſententia didaſcali, aut conſilio perficere diſponens, ad Floriacum venit Monaſterium, ſecreta cordis ſui, huic ſuo totius bonitatis patefacturus Magiſtro, ille Hieroſolymitano interdicto itinere, ne omnino eius voluntati contraire videretur, Romam petere montem Garganum adire conceſſit &c.

Sub annum MVIII. Gauzlinus Roberti Regis filius naturalis, diſcipulus Abbonis & ſucceſſor, ex Abbate Floriacenſi factus Archiepiſcopus Bituricenſis indignante clero & plebe ſpurium & degenerem preæſſe Eccleſiæ totius Aquitaniæ primariæ, vix intra ciuitatem admiſſus poſt quintum annum, vrgente Rege, nec filij repulſam diutius ferente, Ademarus. *Rex autem Robertus pro defuncto ordinauit Abbatem Gauzlenum, licet repugnarent Monachi, nolentes ſibi præeſſe filium ſcorti, erat enim ipſe nobiliſsimi Francorum principis filius Manzer, à puero in Monaſterio Sancti Benedicti nutritus, quem etiam Rex ſupraſcriptus Archiepiſcopum Bituricenſem fecit poſtea, poſt mortem Dalberti Archiepiſcopi, ſed & ipſi quinquennio ſeditionem agentes, noluerunt in ciuitate recipere, dicentes viua voce, non decet dominari Eccleſiæ filium ſcorti, poſtmodum tamen Regis voluntas præualuit, & Dei nutu in ſede ſuſceptus eſt.* Iam ab ea ætate, vix in clerum, maximéque ad prælaturas admittebantur defecti natalibus, ídque nonniſi ex diſpenſatione pontificia, & vrgẽtibus meritis. Huius rei locuples teſtimonium eſt,

Digitized by Google

Can. Coenomanenſem. 56. diſt.

quod ſcriptum eſt ab Vrbano II. Bartolomeo Turonenſi Archiepiſcopo. *Coenomanenſem electum, pro eo quod filius ſacerdotis dicitur, ſi cæteræ virtutes in eum conueniunt, non reiicimus, ſed ſuffragantibus meritis patienter ſuſcipimus, non tamen vt hoc pro regula in poſterum aſſumatur, ſed ad tempus Eccleſiæ periculo conſulitur.* Gauzlinus gratiâ multum valuit apud Robertum Regem, eiuſque penitioribus conſilijs adhibitus, in quibus bene de principe, & Republica meruit. His gradibus ad ſummos honores peruenit primum ad Floriacenſem Abbatiam, tum ad Epiſcopatum Bituricenſem, quem principatum tenere totius Aquitaniæ, & eſſe honorem decuſque Franciæ tradit Glaber ſcriptor vitæ Roberti Regis, hoc parcens Gauzlini pudori quod de eius natalium labe omnino ſilet. *Huius certè temporibus cuius adiuuante Deo facta deſcribimus, fulſit in Monaſterio Floriacenſi loco celebri ſplendidus mundo Gauzlinus Abbas merito ſanctis Deo coniunctus operibus, pollens ſcientiâ ſpiritali ſimul & humana. Inerant eius cordi Abbonis Magiſtri prolati ſanctæ ſcripturæ flores boni, de quibus honeſtiſsimè imbutus, ita eructabat omnibus, vt poſſent delectari in cæleſtibus, in ſanctis eleemoſynis ita largiſsimus, vt ipſe poſitus in fortiſsimis frigoribus, à ſe veſtes pellium abijciens, pauperes Chriſti indueret, vt à remuneratore bonorum præmium perciperet. Hunc perfectus Rex ita ſuis affixit obtutibus vt eum præ cæteris diligens, ſuis eum ſpecialiter deuinceret conſilijs, quæ ab eo probè probata, ſemper ea habuit honeſta, numquam tamen iniuſta, in honoribus ſeculi eum honorans, attribuit illi honores non minimos, Abbatiam Sancti Benedicti, quæ eſt caput totius ordinis Monaſtici, & Epiſcopatum Bituricenſem Sancti Prothomartyris Stephani*

Digitized by Google

principatum tenentis totius Aquitaniæ, qui fuit & eſt honos & decus Franciæ. Hic vna cum Leotherico Senonenſi Archiepiſcopo interfuit concilio habito apud Airiacum oppidum in pago Altiſſiodorenſi præſente Roberto Rege, Auctor Chronici Altiſſiodorenſ. *Sub huius tempore* (loquitur de Hugone Altiſſiodorenſi E. *Robertus Francorum Rex conſtituit conſilium Epiſcoporum & Abbatum innumeræque multitudinis in Antiſsidiorenſipago, apud Villam Airiacum, in quo Leothericus Senonenſis, & Goſlinus Bituricenſis Archiepiſcopi, cum prædicto Rege Roberto, aliiſque Epiſcopis & Abbatibus affuerũt, vbi de ſingulis locis delata ſunt Sanctorum Martyrum, Cõfeſſorum & Virginũ pretioſa pignora in ſuis ſcriniis &c.* De eo memoratur quod coram Roberto Rege Apoſtolatum S. Martialis vindicarit, cum à quibuſdam in controuerſiam deduceretur, Geſta Conc. Lemouicenſis habiti anno MXXXIV. *Adhuc viuente Rege Roberto, cum anteceſſor meus Hugo in palatio ei ac Pariſiis aſsiſteret, cum multitudine nobilium, ac Doctorum, altercatio inter Francos & Lemouicenſes, de huiuſmodi Sancto coram Rege fieri cœpit, & ego ibi tunc præſens interfui, dicebant iſti vos Franci non rectè facitis, qui Martialem cum Apoſtolis pronunciatis, nos rectè agimus, quia eum inter Confeſſores recitamus. Vos vltimum Apoſtolorum dicitis, nos primum Confeſſorum in litaniis dicimus, quorum litigium Archiepiſcopus Bituricenſis prædictus Gaucelinus compeſcuit, dicens &c.* Ad eundem extant nonnullæ Fulberti Carnolenſis epiſtolæ. Ep. 39 & 40.

Sub annum MX. Bernardus Dux Vaſconum maleficis artibus quarundam veneficarum ſublatus, ſuccedente Sancio fratre. Et VVillelmus Dux defuncta

Digitized by Google

priori coniuge, aliam duxit Briſcam nomine ſororem Sancij, ex quâ ſuſceptus eſt Odo futurus Dux Aquitaniæ & Vaſconiæ, Ademarus. *At Bernardo inſidiis mulieribus maleficis artibus, corpore faceſcente vitæ priuato Sancius frater eius Dux Vaſconum extitit, & defuncta coniuge VVillelmi Ducis, ex qua ſuſceperat filium VVillelmum idem Dux ſororem Sancii Briſcam in vxorem copulauit ſibi, quæ ei Odonem genuit filium.*

His temporibus S. Eparchii Engoliſmenſis ſepulchrum frequentioribus miraculis clarere cœpit, & Fulcherius Abbas Caroſſenſis ex cœleſti monitu ſacrum lignum crucis, ſolemni cum ſuorum proceſſione & pompa ad S. Eparchii extulit, & quâ decebat benignitate exceptus, à Raginoldo Abbate Engoliſmenſi, adimpleto ſolemni officio domum rediit cum ſacro pignore, Ademarus. *Per idem tempus mortuo Goffrido Abbate Sancti Martialis, & ſuccedente pro eo Adalbado regularis meriti & VVidone & Alduino Epiſcopo fratre eius reuertentibus proſperè ab Hieroſolymis, ſepulchrum Sancti Eparchii clarere innumeris coepit miraculis plus ſolito, & viſio manifeſta patefacta eſt Fulcherio Abbati Sancti Carroſſi & Monachis, vt ſanctum lignum crucis ad tumulum deferrent Beati Eparchii, quod conuentu ſolemni peractum eſt, & Abbate Raginoldo Engoliſmenſi procurante exceptum eſt ſanctum lignum, in Baſilica Beati Eparchii, in die eius feſtinitatis die primo menſis Iulii, & adimpletis quæ diuina ordinauerat pietas, Monachi Sancti Carroſſi valedicentes fratribus Engoliſmenſibus, cum ſancto ligno glorioſe retineant.*

Per hæc tempora etiam VVillelmus Comes Engoliſmenſis vxorem duxit Gerbergam ſororem Fulconis

Comitis Andegauenſis ex qua editi ſunt Hilduinus & Goffridus, Ademarus. *Comes denique Engoliſmæ copulata ſibi in coniugio Gerberga ſorore Comitis Fulconis, filios ex ea ſuſcepit Hilduinum & Goffridum.* Idem Cronicon Engoliſmenſe.

CAPVT VI.

VVillelmi Ducis pietas, amici, & clientes. Idem litteras & litteratos amat imprimis Gaufridũ Monachum cognomine Platonem, & Fulbertum poſtea Carnotenſem Epiſcopum, quem donauit Theſauraria S. Hilarii Pictauienſis, VVillelmus Dux Fulbertum conſulit ſuper forma fidelitatis cliẽtelaris. Eiuſdem Ducis beneficia in varia Monaſteria, Monaſterium S. Cypriani Pictauienſis ſubiectum Cœnobio Cluniacenſi, Malleacenſe & Burgulienſe Monaſteria condita à VVillelmo Duce, vel Malleacenſe veriùs inſtauratum.

VVILLELMVS Dux conſilio & rebus bellicis clarus, pietatis ſtudijs clarior, largiori ſtipe pauperes ſubleuauit, Eccleſias & Monaſteria de nouo excitauit, veteres inſtaurauit, Eccleſiam Romanam maximè coluit, & reppetito ſingulis ferè annis itinere frequentauit, aut ſi quopiam nona abſtineret, vicariâ expeditione ad Diui Iacobi

Digitized by Google

Gallicięſis properabat, quacũque iter faceret, eo ſtipatu & cultu procedebat, vt Regiam potius, quam Ducalem pompam præferret, domi & foris potens inter amicos habuit, clariſſimos eâ ætate orbis chriſtiani principes Robertum Regem Francorum, Aldefonſum Regem Hiſpaniæ, Sancium Regem Nauarræ, Canutum Regem Anglorum, Henricum I. Imperatorem, ab his annuas fere legationes, & ſolemnia dona accepit mutuiſque ipſe muneribus eoſdem coluit, apud Romanos Pontifices ita gratioſus, vt quoties Romam accederet, pari fere obſequio ac Auguſtus ipſe exciperetur, & pater Senatus conclamaretur. Potẽtiores Galliarum principes eius vaſſalli & clientes dici non erubuére. Huic in fidem & cliẽtelam ſe commendauit Fulco Comes Andegauenſis, & beneficii nomine ab eo accepit Loſdunum caſtrũ pagi Pictauiẽſis, Santonas oppidum. Hæc omnia in hæc tempora colligit Ademarus. *Dux vero Aquitanorum Comes Pictauinus iam dictus VVillelmus glorioſiſſimus & potentiſſimus extitit, cunctis amabilis, conſilio magnus, prudentia conſpicuus, in dando liberaliſſimus, defenſor pauperum, pater Monachorum, ædificator & amator Eccleſiarum, præcipué amator Sanctæ Eccleſiæ Romanæ cui à iuuentute conſuetudo fuit, vt ſæpe omni anno ad limina Apoſtolorum Romam properaret, & eo quo Romam non properabat anno, ad Sanctum Iacobum Galliciæ recompenſaret iter deuotum, & quocumque iter ageret, vel Conuentum publicè exerceeret, potius Rex quam eſſe Dux putabatur, honeſtate & claritudine quâ affluebat honoris. Non ſolum vero omnem Aquitaniam ſuo ſubiecit imperio vt nemo contra eum leuare manum auderet, verum etiam Regem Francorum ſibi habuit complacitum, imo Hiſpaniæ*

Regem Adefonſum, Regemque Nauarræ Sancium, nec non & Regem Danamarchorum, & Anglorum nomine Canutum, ita ſibi ſummo fauore deuinxerat, vt ſingulis annis legationes eorum exciperet pretioſis cum muneribus, ipſeque pretioſiora eis remitteret, cum Imperatore Henrico ita amicitiis copulatus eſt, vt muneribus alterutrum ſe honorarent. Inter multiplicia denique munera Dux VVillelmus ingentem ex auro puriſſimo enſem direxit ei, in quo enſe litteræ ſignabantur legentes Henricus Imperator Cæſar Auguſtus. Romani Pontifices eum venientem Romam ſic reuerenter excipiebant, ac ſi eſſet eorum Auguſtus, omniſque Romanus Senatus patrem eum ſibi adclamabat. Cumque Comitem Andegauenſem Fulconem, in manibus ſuis commendatum haberet conceſſerat ei pro beneficio Loſdunum cum aliis nonnullis caſtris in Pictauorum ſolo, Santonas quoque cum quibuſdam caſtellis. Hinc VVillelmus Comitem Pictauienſem herum ſuum vocitat idem Fulco Comes Andegauenſis Epiſt. 5. in epiſt. ad Robertum Regem apud Fulbertum. *Guillelmus Pictauorum Comes herus meus, loquutus eſt mihi nuper dicens &c.*

Idem VVillelmus noſter, ne quid eius laudi deeſſet litteras & litteratos valde coluit, Raimundum Monachum cognomine Platonem ob ſapientiæ merita præpoſuit in abbatem Cœnobio Sancti Maxentii in Eremo, id iacet in ora maritima Pictonum, idem Fulbertum litteris & pietate celeberrimum ex Cancellario Roberti Regis Carnotenſem Epiſcopum, donauit Theſauraria Sancti Hilarii Pictauienſis, Ademarus. *Idem Dux ſi clericum ſapientia ornatum videret, ſumme eum excolebat, vnde Raymundum cognomento Platonem Monachum pro ſapientiæ ornatu præfecit Abbatem in Cœnobio*

Sancti Maxentii, ipſum quoque Carnotis Fulbertum ſapientia comptum, à Francia euocatum donauit Theſauraria Sancti Hilarii, *& penes ſe reuerendum exhibuit, aliquando eſſe vix inueniebatur ſine aliquo Epiſcoporum.* Et Fragment. Hiſtor. Aquitanicæ ex Pithoeo. *Fulberto quoque ſapientia valde ornato Epiſcopo Carnotenſi, pro reuerentia Philoſophiæ eius, à Franciâ ad ſe euocato, Theſaurariam Sancti Hilarii gratis tribuit, & ſummo honore eum excoluit.* Ante Epiſcopatum fortè Fulbertus huiuſmodi Theſaurariam nactus fuerit, poſt Epiſcopatum enim eam dimiſit, quod eius munia per ſe implere non poſſet ob Epiſcopatus curam. Teſtis ipſe
Epiſt. 103. in epiſt. ad VVillelmum Ducem. *Doleo vir optime quod nuper in Conuentu Regis, atque noſtro, loquendi tecum opportunitatem non habui, non de ſeculari negotio, ſed de loco Sancti Patris Hilarii, cuius rectores nos eſſe bonitas tua voluit, ſed huius temporis malicia non permittit. Mando itaque tibi & precor abſens, id quod tunc præſens intimare nolebam, videlicet vt ſecundum bene placitum cordis tui, conſtituas tibi alium Theſaurarium, & Capitiarium de bonis clericis, qui ſunt in tua vicinia, quos via longa & periculoſa non diſturbet ab officio, ſicut me & meos hactenus diſturbauit.* Eodem pertinet altera ab vno ex familiaribus Fulberti ſcripta epiſtola ad Decanum S. Hilarii. *Dice-*
Epiſt. 130. *tis ergo illi prudentiſſimo Duci, ex parte Domini mei Epiſcopi, vt tali Rectori committat locum Sancti Hilarii, quem nec difficultas itineris, nec imperitia Eccleſiaſtici ordinis, ab eius obſequio detineat.* Fulbertum de grauioribus conſuluit VVillelmus Dux, etiam de ipſa formula fidelitatis quam vaſſallus præſtat domino feudi, & ab ipſo eam formam accepit, quam Gratianus in decreto

exſcri-

Digitized by Google

excripſit ex epiſtola Fulberti, & poſt eum authores iuris feudorum. VVillelmum Ducem à puerô litteris inſtitutum, in ſacris ſcripturis non mediocriter verſatum, librorum copiam habuiſſe, & ſi fortè à rebus publicis vacaret, legendi ita ſtudioſum fuiſſe, vt in librorum lectione noctes elucubraret, exemplo Caroli M. & Ludouici P. vt ſubdit Ademarus. *Fuit Dux iſte à pueritia doctus litteris, & ſatis notitiam ſcripturarum habuit librorum copiam in palatio ſuo ſeruauit, & ſi fortè à tumultu vacaret, lectioni per ſe ipſum operam dabat, longioribus noctibus elucubrans in libris, donec ſomno vinceretur. Hoc Ludouicus Imperator, hoc pater eius Magnus Carolus aſſueſcebat.* Eundem litterarum peritiſſimum prædicant acta concilii Lemouicenſis celebrati anno MXXXIV. quòd volumen iam olim in concilio Pictauienſi dum eadem de re quæſtio eſſet, idem Dux VVillelmus litteris eruditus in teſtimonium antiquitatis Pontificibus oſtendit.

Idem Dux regularis diſciplinæ tuendæ ſtudioſus Monaſteria quamplura Aquitaniæ, ſubiecit Cœnobio Cluniacenſi, eademque meliori diſciplinâ reſtituit, operâ Odilonis Abbatis Cluniacenſis, Ademarus. *Monaſterio Lemouicẽſi Beati Martialis dedit Eccleſiam in Alnienſe, quam ei pater idem Monaſterio ante dederat, ſcilicet Aneſio quæ eſt in honore Sancti Petri, Cænobio Cluniacenſi, & Cænobio Sancti Michaëlis Cluſam in Italia, & multis aliis per Burgundiam, & Aquitaniam Monaſteriis dedit iuxta oram maritimam, plura in reditibus dona terrarum, ad copiam ſupplementi ſeruorum Chriſti delegauit, amplectebatur maximo affectu honoris regulares Monachos & Abbates, & eorum conſiliis nitebatur, in adminiſtratione*

Cœnobium S. Michaëlis de Cluſa Taurinenſis Diœceſis fũdatum. ab Hugone Aruerno, Bulla Innocent. IV. Cluzinam B. Michaelis Monaſterii quod ab illuſtri viro Hugone nomine Aruernenſis regionis indigena, in Taurinẽſi Parochia intuitu

deuotionis fũdatum & in mõte Picariano quẽ ipſo à Parduino marchione ſtatuto pretio comparauit cõſtructum eſt, & ab eodem Apoſtolorum principi B. Petro eſſe conſtat oblatum ſub eiuſdem Apoſtolorum principis & noſtra protectione ſuſcepimus &c.

Regni, vnde & Domnum Odilonem Cluniaci Abbatem, copioſis muneribus ſibi attraxit, contemplatus in eo templum ſpiritus Sancti, Cœnobiaque ſuæ ditionis nonnulla, eiuſdem magiſterio tradidit. Idem fragment. Hiſt. Aquitanic. Hac tempeſtate Monaſterium Sancti Cypriani pictauienſis, Monaſterio Cluniacenſi ſubiectum. Ideoque Giſleberto tum Abbate eiuſdem Monaſterii falſi criminis inſimulato, Abbo Abbas Floriacenſis pro eo litteras ſcripſit ad Odilonem eius præſidij depoſcendi cauſâ, Aimoinus Floriacenſis. *Fortè Abbas Monaſterii Sancti Cypriani, in ſuburbio Pictauorum ſiti, eidem Sancto conſanguinitate coniunctus, vocabulo Gillebertus, crimine falſo impetebatur, is eum humillima delinuit prece, vbi ſuæ cauſæ, quam in proximo ventilandam autumabat, intereſſe dignaretur, ſed cum improbus ſubſediſſet accuſator manifeſtuſque fieri vereretur, vir Domini Abbo qui cunctis iniuriam patientibus, quantum in ſe erat opem ferre cupiebat, litteras eidem propinquo ſuo ex ſua parte abbati Cluniacenſium Odiloni, cui idem Monaſterium ſubiectum erat perferendas tradit.* Verè hic Odilo lumen & decus Aquitaniæ, fuit inſtaurator totius ordinis Monaſtici, & pater Monachorum, vnde ob virtutis humanâ maioris faſtigium, dictus eſt Archangelus, ſic eũ appellat Fulbertus. *Sicut nemo fidelius excepto illo Sancto Monachorum Archangelo Odilone, cui me in nulla comparare præſumo.* & paulo poſt. *Sed hoc vnum tandem apud veſtram benignitatem deprecor, vt cum noſtrum Archangelum, vica noſtra ſalutaueritis, cum ſimplicitate Monaſtica hilaritatem angelicam, quæ vobis præſto eſt induatis.*

De vit S. Abbon. c. 17.

Epiſt. 66.

Sub idem tẽpus idẽ Dux, vt pia eius ſtudia perſequar Cœnobium Malleacenſe in agro Pictauienſi fundauit,

nec non Cœnobium Burguliēſe in agro Andegauenſi vna cum Emma piiſſima parente, & vtrique Cœnobio præfecit Sanctiſſimum Abbatem Theodelinum, Ademarus. *Fecit idem Dux à nouo Cœnobium nobile Malliacenſe in territorio Pictauienſi, itemque ingens Cœnobium Burgulienſe in ceſpite Andegauenſi, in fundo proprio vna cum matre ſua Emma ſorore Odonis Campanenſis, in quibus Cœnobijs regulares monachos aggregauit plures, qui die, noctuque Domino laudes perſoluerent, eiſque ordinauit feruentiſſimum in ſancto propoſito, & diſciplinæ cæleſtis fortiſſimam columnam Abbatem Theodelinum.* Idem in Fragment. Hiſt. Aquitanic. de Malliacenſi tamē Cœnobio pronius eſt, vt à VVillelmo Duce inſtauratum, potius quam conditum dicatur, multis enim ante ſeculis Malleacenſe Monaſterium, idque ſepulchro D. Solemnis inſigne memorauit Gregorius Turonenſ. *Vt licet de Turonica vrbe aliqua iam ſcripſerimus, tamen quoniam nuper Sancti Solemnis ſepulchrum aſpeximus, ſilere nequiuimus, quod apud Malliacenſe Monaſterium comperimus, quod in cacumine montis eſt conſtitutum, ab antiquis vallatum ædificiis iam erutis.* & paulo poſt. *Interea aduenerunt duo energumeni ex Baſilica S. Martini, qui colliſis in ſe palmis clamare cœperunt dicentes, hic requieſcit Solemnis beatiſſimus in crypta abdita, reſerate igitur ſepulchrum amici Dei.*

De glor. confeſſ. c. 21.

CAPVT VII.

Res armis geſtæ à VVillelmo Duce. VVillelmus Dux VVillelmi Comitis Engoliſmenſis conſi-

lio vſus, eundem ornat multis beneficiis. Honor pro feudo, Bellum inter Alduinum Lemouicenſem Epiſcopum, & Iordanum principem Cabanenſem Corpus S. Valerici Lemouicum deportatum, ac rurſus ſuo loco redditum, Excurſione facta à Danis in Aquitaniam ab his capta Emma Vicecomitiſſa Lemouicenſis. Boſonis II. Comitis Petrocoriorum & Marchiæ res uti diuiſæ inter Heliam eius filium, & Bernardum nepotem ex fratre Adelberto Comite. Varia prodigia viſa in Aquitania Iudæi pulſi vrbe ab Hilduino Lemouicenſi Epiſcopo.

REBVS bellicis quam ſtrenuus fuerit VVillelmus Dux, hoc loco ſilere haud par eſt, primores Aquitanicos, quotquot res nouas aduerſus eum moliri auſi ſunt, armis compeſcuit, cum Rocameltim oppidum Carroſſo proximum obſeſſum teneret, Boſo Comes Marchiæ cum magna militum manu in eum impetum fecit, quò ab obſidione eum remoueret, ſed eo victo fuſoque, repetitâ obſidione Dux vi caſtrum coepit, Ademarus. *Sane multoties qui ei rebellare conati ſunt, Aquitanici primores, omnes vel edomiti vel proſtrati ſunt, vnde cum obſideret Roccameltim vicinum Sancto Carroſſo, Comes Boſo, cum multitudine fortium, contra eum aciem ſtruxit, & commiſſo bello Dux victor extitit, & reppetita obſidione vi caſtrum coepit.* Boſonem in prœlio captum,

& cuſtodiæ cauſa Pictauim deductum, tum à Duce fide præſtita incolumem dimiſſum, & ita ſemper Ducem victoriâ vſum, vt victis hoſtibus ſalutem & libertatem facile condonaret, addit Fragment. Hiſtor. Aquitanic. *Multoties denique per Aquitaniam nonnulli primores recuſantes imperium eius, omnibus edomitis caſtellis eorum fortiter expugnando captis, vnde cum obſideret caſtrum Rocam Meltim, vicinum Sancto Carroffo, Comes Boſo cum multitudine pugnatorum fortiſsimorum & audacium contra eum acriter direxit, vbi commiſſo fortiter prælio, Dux VVillelmus victor extitit, Domino ei tribuente palmam victoriæ. Ibi captus eſt Comes Boſo & directus Pictauis vrbi, ſub cuſtodiâ. Iterum Dux reppetita obſidione, caſtrum in deditionem ſupradictum accepit, & victor reuerſus inimicum ſuum occidere noluit, ſed vſus pietate, illæſum cum ſacramentis abſoluit, & hac pietate ſemper vſus eſt, vt quos victor viuos capere potuit, non eos interimere permiſit, ſed ereptos à morte & à multatione membrorum incolumes abire præcepit.*

Idem Dux etſi rerum gerendarum peritiſſimus, vſus eſt conſilio VVillelmi Comitis Engoliſmenſis, quem inter ſuos maxime dilexit, cum forte Engoliſmenſis Blauiam caſtrum munitiſſimum obſideret, VVillelmus Dux ei præſto fuit, cum copijs ſuis, & eius ope caſtrum expugnatum eſt. Idem Comes meritorum in præmium à VVillelmo duce in beneficium accepit Vicecomitatum Mellenſem, Oenacenſem, & Rocacardenſem Honorem Cabanenſem, Confolentis, Roſiacum & plures alias ditiones, Ademarus. *Habebat ſecum magni conſilij virum Comitem Engoliſmæ VVillelmum, cuius maxime conſilio pendebat, qui ita ſe inuicem dilexerunt ſemper*

vt eſſet eis anima vna, Blauiam denique caſtrum cum expugnaret Comes Engoliſmenſis Ducem ipſum ſecum habuit, & magna fortitudine ipſum caſtrum accepit, & à Duce ipſo accepit in beneficio hæc, Vicecomitatum Mellenſem, Oenacenſem & Rocacardenſem, honoremque Cabanenſem, & Conſolentis, Roſincum quoque, & multa alia. Idem Chronic. Engoliſmenſ. iiſdem ferè verbis. Honorem Cabanenſem vocat, locum hodie principatus nomine inſignem. Honores ea ætas vocauit nobiliora, maioraque feuda, Nithardus. *Nam Bernardus Dux Septimaniæ, quamquam à loco prædicto proelij plus minus leuuas tres defuerit, neutri in hoc negotio ſupplementum fuit, victoriam autem vt Karoli eſſe didicit, filium ſuum VVillelmum ad illum direxit, & ſi honores quos idem in Burgundia habuit eidem donare vellet, vt ſe illi commendaret præcepit.* Comitatum Bituricenſem quo VVillelmus Comes Aruernorum & Dux Aquitaniæ potiebatur honores vocat Abbo Monachus.

Lib. 3.

Lib. 2. de obſid. Pariſiac.

Perdidit ergo ſuos illic VVillelmus honores,
Hugoni regnante datos, qui Bituricenſis
Princeps extiterat.

Honorem Credonenſem Goffridus Vindocinenſis. *Deus qui permiſit vos honorem Credonenſem habere,* Caput honoris Ambaſiam, Robertus Montenſis. *Caput autem ſui honoris ſcilicet Ambaſiam tenebat de Rege Henrico.*

Lib 5. Epiſt 27.

In ſupplem. Sigebert. ad ana. 1150.

His temporibus Alduinus Lemouicenſis Epiſcopus præſente, & rei operam dante VVillelmo Duce caſtrum cui nomen Bello-iocum extruxit, muniuitque iuxta Sancti Iuniani Monaſterium, aduerſum Iordanum principem Cabanenſem. Poſtquam Dux abſceſſiſſet perfecto opere, Iordanus collectâ militum manu im-

Digitized by Google

pigrè caſtrum oppugnauit. Huic Epiſcopus accito in opem Guidone Vicecomite Lemouicenſi germano ſuo, pugnaturus occurit, cruento proelio commiſſo hyemis tempore, Iordanus victor multis cæſis, multis nobilioribus captiuis abductis, domum rediit. Cum verò iam ab hoſte ſecurus abiret, ab ignoto milite à tergo percuſſus occubuit, cuius nece ſuis furore commotis, captiui quotquot tenebantur trucidati, & Aimericus alter frater Epiſcopi paulo poſt captus, à Iordane fratre naturali defuncti, in vinculis detentus eſt, donec caſtrum quod belli cauſa fuerat deſtrueretur, Ademarus. *His temporibus Alduinus Epiſcopus adducto ſecum Duce VVillelmo, extruxit caſtrũ Bello-iocum, ſecus Monaſterium Sancti Iuniani contra Iordanum principem Cabanenſem, reuerſóque Duce Iordanus præparatus cũ electis, vel ad caſtrum expugnandum, vel Epiſcopum debellandum. Epiſcopus adgregata armatorum immanitate, habito in auxilio fratre Vidone occurrit ei, & graue ortum eſt proelium tempore durioris hyemis, plurimus ſanguis effuſus, victor Iordanus, cum pluribus principibus captis reuertitur. Iamque ſecurus, caſu ab ignoto millite impetitus, à tergo percuſſus interiit, & qui à ſuis capti tenebantur, mox pro eo confoſſi telis, animas emiſerunt, pro quibus grauior luctus extitit, quam antea pro in bello proſtratis fuerat. Iordanus quoque Manzer frater defuncti poſt modicum captum fratrem Epiſcopi Aimericum tandiu vinculatum tenuit, quovſque caſtellum deſtrueretur ſupra memoratum.*

Iiſdem temporibus Goffridus Abbas Sancti Martialis euocato Boſone Comite Petrocorienſi, & Marchiæ, cum militari manu, corpus Sancti Valerici, ab Eccleſiâ, quæ iniuriâ quorumdam procerum

Sancto Martiali erepta erat, Lemouicum deportauit, & ibi præſidij cauſa ſepoſitum habuit, donec Eccleſia reſtitueretur Sancto Martiali. Hac demum receptâ corpus Diui ſuo loco redintegrauit,ac præſente VVillelmo Duce hic ordinata eſt regularis diſciplina, Ademarus. *Per hos dies Goffridus Abbas Sancti Martialis, ſucceſſor Adalbadi, accito Boſone Comite, cum militari magna manu, corpus Sancti Valerici ab Eccleſia, quæ iniuſtè Sancto Martiali abſtollebatur, à quibuſdam principibus, ſecum detulit Lemouicam, vbi tamdiu reliquias eiuſdem Cōfeſſoris tenuit, quô ad cognoſcerent & exhiberent principes malefactores rectitudinem Sancti Martialis, ſicque poſſeſſione recuperata reſtitutum eſt Sanctum corpus ſupradicto loco, & in præſentia VVillelmi Ducis, Monaſtica ibi eſt ordinata diſciplina.*

Ijſdem diebus Normanni ſeu Dani prædones crebris latrocinijs, Aquitanico littori infeſti, ad Sancti Michaëlis in eremo, id nomen loco in ora maritima Pictonum, cum claſſe appulére, noctu direpto Monaſterio, hic infœliciter à prædonibus capta eſt Emma Vicecomitiſſa Lemouicenſis, orationis cauſa huc profecta, & à barbaris abducta, triennio apud eos captiua exulauit, pro eius redemptione magna vis auri & argenti data, & pecuniæ curandæ cauſa conflata eſt imago aurea D. Michaëlis, cum alijs ſacris vaſis Sancti Martialis, ſed fallente barbaricâ fide, non prius à Vidone coniuge recepta eſt, quam à Richardo II. Comite Rothomagenſi eius liberatio per legatos impetrata eſt. Ademarus. *His diebus Vicecomitiſſa Lemouice Emma, circa feſtiuitatem Apoſtolorum & Sancti Martialis, oratum abijt ad Sanctum Michaelem Heremum, &*

noctu

noctu ibi à Normannis captiuatur, per tres annos exul trans mare eſt retenta, ex theſauro Sancti Martialis infinita auri & argenti pondera, pro redemtione eius data ſunt, ſimulque imago aurea Sancti Archangeli, & alia copioſa ornamenta, quæ omnia Normanni auferentes mentitâ fide mulierem non reddiderunt, donec poſt multos dies Richardus Comes Rotomagenſis, eam ingenioſe per legatos vltramarinos adquireret, & viro ſuo VVidoni liberam redderet.

Interim Boſone II. Comite Petrocoriorum & Marchiæ ab vxore veneno ſublato, & vrbe ipſâ à VVillelmo Duce occupatâ, idem Heliæ Boſonis filij, & Bernardi nepotis ex fratre Adelberto Comite, tutelam ſuſcepit, & arbitri familiæ erciſcundæ officio functus, Petrocoricenſem Comitatum Heliæ conceſſit, Bernardo Marchiæ Comitatum reſtituit, quô vſque Bernardus rerum gerendarum compos eſſet, tutelæ vicibus creditis Petro Abbati Scotoriẽſi, & Imberto Druto germanis, per quos optimè res Marchiæ adminiſtratæ ſunt, donec Imberto extincto Abbas ſolus tutelam obtinuit, qui cum per ſe non ſufficeret, vſus eſt conſilio ſapientiſſimi viri, Ainardi nomine, cuius ſe ex ſorore nepotem tradit Ademarus ſcriptor huius ſeculi, quo maximè vtimur. Ainardo fatis functo, Petrus Abbas ſuorum conſilio deſtitutus ſegnius ſe geſſit, & affectatæ tyrannidis ſuſpicione non caruit, quam ob cauſam per VVillelmum Ducem à tutelâ remotus eſt. Hic poſt reditum Hieroſolymitana ex peregrinatione, abiecta ſeculi militia Canonicus effectus eſt in Baſilica Sancti Stephani Lemouicenſis. Teſtis ipſe Ademarus *Boſone interea Comite veneficijs vxoris ſuæ necato & Petragoricæ ſepulto, & vrbe ipſâ à VVillelmo Duce captâ,*

tutor filiorum eius & nepotis fuit idem Dux, filio Boſonis Heliæ conceſſa vrbe Petrogorica, Bernardo filio Hildeberti reddidit Marcham, & donec viriles annos attingeret ætas Bernardi, iniunxit eam regendam fortiſſimis principibus duobus germanis, Petro Abbati Scotorienſium Canonicorum, & Vmberto Druto, quorum pater Abbo Drutus caſtrum Bellacum contra Regem Robertum fortiſsime defendit, à quibus duobus fortiſsimè Marcha defenſa eſt, quò vſque Vmbertus obiret. Petrus Abbas ſingularem principatum obtinens, habebat ſibi fideliſsimum profundiſsimi conſilij Ainardum Præpoſitum, habentem duos fratres Abbonem & Raimundum ſtrenuiſsimos Duces corpore robuſtos, animo bellicoſos quorum ſororem Aldeardem accepit in matrimonium Raimundus Cabannenſis abnepos Turpionis Epiſcopi frater Adalberti Decani incliti, & Præpoſiti in Monaſterio Sancti Martialis, genuitque ex ea filium Ademarum Engoliſmenſem Monachum qui hæc ſcripſit. Viuente enim ſupradicto Ainardo, optimè Abbas Petrus rem publicam adminiſtrauit, & inuidos ſuæ gloriæ compreſsit, nam eo Romæ mortuo, & Raimundo fratre eius Hieroſolimæ defuncto, & Abbone infirmitate grauato, inclytus Petrus neminem fidelem conſiliarium habens, dum ad ſuum temere facit arbitrium omnia, & inter ſuos terribilis vt leo videtur caſtrum proprium Mortemarenſe concremat, contradicente conſilio ſuorum, & huius rei occaſione propinquis eius, & à principibus Marchionibus, cum Bernardo Comite, & VVillelmo Duce, quaſi tyrannidem præſumeret in eum inſurgentibus paulatim ex poteſtate Marchionum eiectus eſt, qui à Hieroſolyma reuerſus in Baſilica Sancti Stephani Lemouicenſis, priſtinum honorem contemnens, Eccleſiarum & villarum multa poſſeſſione, ex paterna fruens hæreditate, & magnæ

Digitized by Google

cateruæ militum, qui eius beneficia habent imperans, á curis ſecularibus magna ex parte ereptus, & liberius Domino vacat, & maiori quam antè ſecuritate, & gloria pollet.

Eodem tempore multa ſigna viſa in cœlo, acceſſit frequens deliquium ſolis & lunæ, Vicenna amnis quâ Lemouicum fines perlabitur, per alterius milliaris ſpatium, per triduum exaruit, de nocte Chriſtus crucifixus ſanguine cruentus, largo lachrymarum flumine madens in cœlo viſus ab Auſtro, huius viſionis ſeſe teſtem affirmat Ademarus noſter, hos caſus ſecuta eſt grauiſſima peſtis, & fames, rem narrat ipſe Ademarus. *His temporibus ſigna in aſtris, ſiccitates noxiæ, nimiæ pluuiæ, nimiæ peſtes, & grauiſsimæ fames, defectiones multæ ſolis & lunæ apparuere, & Vicenna fluuius per tres noctes aruit Lemouice per duo millia, & ſupradictus Monachus qui tunc cum auunculo ſuo inclyto Roterio Lemouicis degebat in Monaſterio Sancti Martialis experrectus, intempeſtâ noctis, dum foris aſtra ſuſpiceret, vidit in Auſtrum in altitudine cœli magnum Crucifixum in ipſo cœlo & Domini pendentem figuram in cruce, multo flumine lachrimarum inlachrimantem, vidit vero tam ipſam crucem, quam figuram crucifixi colore igneo & nimis ſanguineo, totam per dimidiam noctis horam, quò vſque cœlo ſeſe clauderet.*

Eodem tempore Hilduinus Lemouicenſis Epiſcopus Iudæos baptiſmo luſtrari, aut vrbe cedere compulit, datis Doctoribus, qui eos chriſtianæ fidei ſacris erudirẽt, vix tres, aut quatuor è Iudæis baptizati ſunt, cæteri cum vxoribus & liberis nouas ſibi ſedes quæſiere, Ademarus. *Eo anno Hilduinus Epiſcopus Iudeos Lemouice ad baptiſmum cõpulit, lege prolata, vt aut Chriſtiani eſſent, aut de ciuitate recederent, & per vnum menſem*

doctores diuinos iuſsit diſputare cum Iudeis, vt eos ad fidem cogerent & tres vel quatuor Iudei Chriſtiani facti ſunt, cætera autem multitudo, per alias ciuitates diffugere cum vxoribus, & liberis feſtinauit.

CAPVT VIII.

Rodulfi Petrocoricenſis Epiſcopi obitus, ei ſuccedit Arnaldus, & ordinatur à Siguino Burdegalenſi Archiepiſcopo. Gaubertus dominus caſtri de Mala-morte poſt obitum miraculis clarus. VVillelmi Ducis peregrinatio ad limina Apoſtolorum, ſepulchrum S. Martialis miraculis illuſtratur, Alduinus Lemouicenſis Epiſcopus decedit, ei ſuccedit Geraldus ipſius nepos, eius ordinatio, & ſolemnis inſtallatio, Miſsio in poſſeſsionem per traditionem clauium, tactum ſerræ oſtij, vel funis campanæ Baſilica S. Martialis inſtauratur, & polluta reconciliatur Aquitania fœdata hæreſi Manicheorum, beneficia à VVillelmo Duce Aquitaniæ poſſeſſa in Burgundia.

SVB annum MXI. Rodulfus Petrocoricenſis Epiſcopus Hieroſolymis reuerſus (frequens erat eâ ætate Hieroſolymitana peregrinatio Gallis & Aquitanis) obijt apud Petrocorios, & ſucceſſorem accepit Arnaldum nomine, qui apud S. Benedictum

Nantolij ordinatus, à Siguino Burdegalẽſi Archiepiſcopo. Ademarus. *Eo anno Rodulfus Petrogoricẽſis Epiſcopus, ab Hieroſolymis rediens obijt Petragorice, & ſucceſsit pro eo Arnaldus, qui apud Sanctum Benedictum Nantolio cõſecratus eſt à Siguino Monacho, Burdegalæ Archiepiſcopo.*

Per id tẽpus Gautbertus princeps ſeu Dominus principalis caſtri de Mala-morte captus ab Eblo Vicecomite Cambornenſi apud Lemouices, & Mellenſi caſtro detruſus, à ſuis receptus caſtro expugnato Hieroſolymam iter inſtituit, in quo morte interceptus poſt fata miraculis claruit Ademarus. *Tunc Gautbertus princeps caſtri Mala-mortẽſis captus ab Eblo Vicecomite Combornis, retruſus in caſtro fortiſſimo Merulẽſi, Domino volente à ſuis ruſticis caſtro expugnato, & mox capto ereptus eſt, & caſtrum deſtructum eſt, & Hieroſolymam pergens defunctus eſt & miraculis poſt mortem clareſcere cœpit, erat enim valde Eccleſiaſticus, & honeſtè ſe agebat.*

Eodem anno VVillelmus Dux, ſolemni ex more Romam religionis cauſa profectus eſt, ſacræ expeditionis Comes ei fuit Alduinus Epiſcopus Lemouicenſis, in ſumptum itineris amotis pretioſioribus quibuſque ſacris vaſis & veſtibus, ſimul ac pecunijs S. Martialis, hic enim Abbatiam à VVidone Vicecomite pretio emptam in poteſtate habebat. Damno Eccleſiæ moeſtiores Monachos recreauit, quamplurium euentus miraculorum, quibus illuſtrari contigit ſepulchrum Sancti Martialis. His excitati nobiliores Franci, Aquitani & Itali, religionis cauſa D. Martialis ædem frequentarunt. Româ reuerſus Alduinus veterem Baſilicam Sancti Martialis depoſuit, ampliorem & ornatiorem inſtauraturus, ductis fundamentorum lineis, vix

decimum quintum diem ſuperſtes in ipſis operispri-mordijs morte extinctus eſt, & ſepultus in Eccleſia Sancti Martini. Ei ſucceſſit Geraldus, ipſius nepos, qui in æde Sancti Hilarij Pictauienſis cõſecratus à Siguino Burdegalenſi Archiepiſcopo. Necdum enim Gauzlenus à Bituricenſibus admiſſus erat ob labem natalium. Ne tamen res eo prorſus omiſſo geſta videretur ordinationi affuere ipſius miſſi, ij erant Monachi Floriacenſes nonnulli. Ordinationi interfuere, & Giſlebertus Pictauienſis Epiſcopus, Arnaldus Petrocoricenſis, Iſlo Santonenſis, Grimoardus Engoliſmenſis. Pòſt ordinationem is Lemouicas deductus à Grimoaldo & Arnaldo Epiſcopis, ac primum ſolemniter receptus à Monachis in æde Sancti Martialis, inde proceſſit ad Caironenſem Eccleſiam, vbi in cathedra deſedit, ac demum humeris plebis ſubuectus, ſolemni pompa perductus ad fores Baſilicæ Sancti Stephani quæ eſt ſedes Epiſcopalis, dextrâ continuè benedicens plebi, & inthronizatus in ſede Sancti Martialis traditis à Grimoardo portis Eccleſiæ, ideſt vt intelligi par eſt clauibus portarum Eccleſiæ, traditis vero ab Arnaldo funibus ſignorum ſeu campanarum, Ademarus. *Circa hoc tempus Alduinus Epiſcopus acceptis precioſioribus S. Martialis ornamentis & veſtimentis, & multa affluentia argenti, quia in manu ſua Abbatiam habebat emptam à VVidone, properauit ante quadrageſimam cum VVillelmo Duce Romam, & in triſticia Monachos Sancti Martialis reliquit. Mox eo recedente ad ſepulchrum Beati Martialis, plurima cæperunt coruſcare miracula, quæ læticiam Monachis & cunctæ Aquitaniæ plenam ingeſſere, nam nobiliſſimi Aquitanorum & Francorum principum, atque Italorum, eò*

anno Lemouice Paſcha, cum frequentia Sancti Martialis glorioſe celebrauerunt. Reuerſus Epiſcopus Baſilicam ſedis Sancti Stephani, quam Sanctus Martialis dedicauerat, deſtruendam & amplificandam poſuit, & lineas ad fundamenta iecit, vt poſt dies quindecim inſiſteret operi, abiens inde ad Eccleſiam argento ſupradictam ſibi emptam, ibi ſpiritum exhalauit. Delatum eſt corpus eius Lemouicam, apud ſedem vigilijs obſeruatum, apud Sanctum Martinum ſepultum. Succeſſit pro eo reuerendiſſimus Geraldus nepos eius, conſecratus Pictauis apud Sanctum Hilarium, à Siguino Archiepiſcopo, *non enim potuit eſſe Gauzlenus Bituricenſis Archiepiſcopus, quia nondum receptus erat in ſede Biturica, habuit tamen ibi miſſos ſuos ex Sancti Benedicti Monachis. Simul interfuere Epiſcopi Giſlebertus Pictauiẽſis, Arnaldus Petragoricenſis, Iſlo Santonenſis, Grimoardus Engoliſmenſis. Poſt benedictionem comitati ſunt eum vſque Lemouicam Arnaldus, & Grimoardus Epiſcopi, primum ad Sanctum Martialem venerũt, ſimul & recepti ſunt à Monachis. Inde Monachi eos duxerunt, cum Antiphonis, vſque ad Eccleſiam Cairoenſem, ibi in cathedra ſedit & humeris populi vectus, Canonicis Antiphonas concinentibus, textum Euangeliorum à Grimoardo Epiſcopo legendum ſumpſit, & ita benedicens dexterâ aſſiduè, ad oſtium Baſilicæ Sancti Stephani, cum gloria deductus eſt. Grimoardus tradidit ei portas Eccleſiæ, Arnaldus cordas ſignorum, & ambo in ſedem Sancti Martialis inthronizauerunt eum, & clara voce te Deum laudamus Arnaldus Epiſcopus intonuit. Epiſcopum ſedentem oſculati ſunt omnes, deinde miſſam celebrauerunt, de Martyrio S. Theodori cuius feſtiuitas ipſo die agebatur. Per dies ſeptem indutus proceſſit ſtolâ ſanctificatâ, cum indumentis & cappâ Romanâ abſque caſulâ, & per eoſdem*

Digitized by Google

continuos dies miſſam celebrauit. Traditione clauium, & funis campanæ Geraldus Epiſcopus in poſſeſſionem miſſus celebratur. Solemnia enim miſſionis in poſſeſſionem ſymbola fuere, traditio clauium, Leo oſtienſis. *Cum ergo Capuanus princeps Conſtãtinopolitano Imperatori Baſilio clam faueret, claues aureas ad illum miſit, ſe & vrbem Capuanam, imo totum principatum eius, per hæc imperio tradens.* Vel prehenſio ſerræ oſtij. Innocent. III. *Cumque poſtmodum regreſſus Aquilegiam, vellet adminiſtrationem cellarij vindicare, quaſi poſſeſſionem eius per ſeram, quia clauſum erat cellarium aprehendit*, & in ſacris ædibus prehenſio funis campanæ, Baldricus Nouiomenſis. *Nam cum dignitatis tanto munere ſuſcepto rediret, adeo quippe æſtu torrente fatigatus* (VVibodus Cameracenſis E.) *vt cum ad Eccleſiam vſque peruenerit vix campanam, cuius tintinnabulo Epiſcopij dignitatem vindicandam ſibi indicare deberet, vix inquam præ moleſtia ægritudinis mouere potuerit.* Et Innocent. III. alio loco. *Exinde ad Eccleſiam pariter accedentibus, Epiſcopus in ſede Abbatis illum conſtituens, per funem campanæ ſicut moris eſt inueſtiuit.*

Li. 2. Chronic. Caſſin. cap. 39.

Lib. 2. Epiſt. 103.

Li. 1. Chronic. Camerac. c. 90.

Lib. 1. Epiſt. 335.

Eodem tempore Goffridus Abbas Sancti Martialis Lemouicenſis Baſilicam diui magno ſumptu inſtaurauit. Media quadrageſima ſub noctem dum plebs in templo excubandi cauſa, ad limen Baſilicæ magnâ cum turbâ cogeretur, plures quam quinquaginta vtriuſque ſexus turbâ oppreſſi, in ipſâ Eccleſiâ expirarunt, quo caſu pollutam Eccleſiam luſtrali aquâ expurgauit Arnaldus Petragoricenſis Epiſcopus, ob abſentiam Geraldi Epiſcopi, qui tum Romam abierat. Ademarus. *Tunc Abbas Goffridus Baſilicam regalem maiori opere*

cœp it

Digitized by Google

renouare, quadrageſimâ vero mediâ, dum nocturnis vigilijs multitudo maxima in eandem aulam ad tumulum Beati Martialis properanter intrarent, viri cum mulieribus plus quinquaginta inuicem conculcati ſunt, intra Eccleſiam expirauerunt, & die craſtinâ ſepulti ſunt, ipſe Geraldus Romam abierat, ideo per Arnaldum miſſum eſt Epiſcopum, qui cum aquâ Epiſcopali Eccleſiam reconciliauit. Non abs re aquam Epiſcopalem vocitauit Ademarus, quâ polluta reconciliatur Eccleſia, quia Epiſcopi proprium eſt pollutam Eccleſiam reconciliare, vt docet Pontifex. In cap. aquâ de conſecr. Eccleſ. vel altar.

Per idem tempus in Aquitania ſuborti ſunt Manichæi, qui multos è plebe ſuis coinquinarunt erroribus ij baptiſmum, & crucis ſignum reiiciebant, eſum carnium damnabant, ita vt in ſpeciem viderentur Monachi, nuptias etiam vetabant, caſtitatem ſimulantes, ſed reuerà omni ſpurcitiæ genere inter ſe fœdabantur, Ademarus. *Paulo poſt exorti ſunt per Aquitaniam Manichei, ſeducentes plebem, negabant baptiſmum & crucem, & quicquid ſanæ doctrinæ eſt, abſtinentes à cibis quaſi Monachi apparebant, & caſtitatem ſimulabant, ſed inter ſeipſos omnem luxuriã exercebãt, & nuncij Antichriſti erant, multoſque à fide exorbitare fecerunt.* Idem narratur in Fragm. Pitheano Hiſtor. Aquitanic. Nec nouum fuit auſterioris vitæ imaginem adũbrari ab hæreticis. Iam olim pallore vultus, & ſquallore veſtis internoſcebãtur Priſcillianiſtæ, Seuerus Sulpitius. *Etenim tum ſolis oculis indicabatur, cum quis pallore potius, aut veſte, quam fide hæreticus æſtimarêtur.* Simulationem continentiæ & abſtinentiæ in Manichæo notauit Hieronymus. *Hereticos qui laborant continentia & ieiunijs, xerophagiis cameuniis, è quibus Tatianus eſt, & Manichæus.*

De jiſdem Glaber Lib. 3. c. 8.

Dialog. 1. cap. 15.

In lib. 1. Amos c. 3.

Digitized by Google

Anno MXVI. Rodulfus Rex Burgundionum liberorum expers, peruicacis ſubditorum contemptus pertæſus, ſuaſu vxoris Henrico II. Imperatori regno ceſsit, Auguſtus Rodulfi priuignis vt gratificaretur, cis in beneficium dedit, quæ VVillelmus Comes Pictauienſis à Rodulfo in Burgundiâ tenebat, Ditmarus.
Lib. 7. *Fuit quoque ibidem Rudolfi Regis inclyta coniux, quæ familiaritatis huius adiutrix, filios ſuimet duos, ſenioris autem ſui priuignos Cæſari commendauit, & dilectis ſibi militibus hoc totum dedit in beneficium, quod ſibi ab auunculo ſuimet tum conceſſum, & quod VVillelmus Pictauienſis hactenus habuit, regio munere præſtitum.*

Goſtrido Abbate S. Martialis per id tempus emortuo, ei ſucceſſit Hugo, qui valde infenſum habuit Geraldum Lemouicenſem Epiſcopum, & ab eo vix poſt biennium benedictionem tulit, liuore ſcilicet æſtuante ipſo, quod Abbatiæ ſpes ſibi adempta eſſet, Adematus. *Defuncto Goffrido Abbate* Hugo *ei ſucceſſit, ſed Epiſcopus Geraldus aduerſus ei extitit, prohibens ei dare conſecrationem, cauſa zeli, quia non poterat vindicare ſibi Abbatiam, ideo per biennium ſeditio non minima fuit ciuilis, donec ratione erubeſcens Epiſcopus Domno Hugoni aſſenſit.*

Digitized by Google

CAPVT XI.

Odo comes Dolenſis capit Argentomum caſtrum, idem commendatur de ſide erga VVillelmum Ducem. Eccleſia Engoliſmenſis dedicata, Gilberto Pictauienſi Epiſcopo ſuccedit Iſembertus, de quo Fulberti teſtimonium. Iudæus quot annis in die Paſchæ in Baſilica S. Stephani alapâ feritur ex ritu ſolemni, quâ de cauſâ? Sarracenorum irruptio in oram Narbonenſem, Normannorum prædonum irruptio in Aquitaniam, S. Ioannis Baptiſtæ caput Angeriaci inuentum, & ſolemniter oſtenſum. Concilium Angeriacenſe pro vindicijs reliquiarum eiuſdem Sancti.

PER hæc tempora Odo Comes Dolenſis dolo & aſtu coepit caſtrum Argentomum, pulſo VVidone Vicecomite. idem Odo Comes caſtrum poſuit iuxta Maſciacum Monaſterium, quod à Roberto Rege, non ſine pudore, incaſſum oppugnatum, Ademarus. *Per hos annos Odo princeps Dolenſis vi & ingenio coepit caſtrum Argentomum, & ab eo Vicecomitem VVidonem expulit. Idem Odo iuxta Maſciacum Monaſterium caſtrum ædificauit, quod Rex Robertus expugnans capere nequiuit, & ſic fruſtratus receſſit.* Commendatur hic Odo Dolenſis, tanquam vir apien-

tiſſimus, & vnus è fidelioribus vaſſis VVillelmi Comitis Pictauienſis in epiſt. ad Fulbertum ſcriptâ, quæ ex-
Epiſt. 123. tat inter eas quæ ſunt ipſius Fulberti. *Si tranſieritis Bituricas, cum Odone de Dolis amicè loquimini, inueni illum in Romano itinere prudentem virum, & ſpero vobis obſequentiſſimum fore, ſi quid obſequii vultis ab eo, eſt etiam Comiti noſtro G. ſatelles fideliſſimus, & familiariſſimus.*

Eodem tempore Eccleſia Sancti Petri Engoliſmenſis ſolemni ritu dedicata eſt à Siguino ex Monacho Burdegalenſi Archiepiſcopo, Grimoardo Engoliſmenſi, Iſlone Santonenſi eius germano, & Eccleſia ſanctæ reſurrectionis ante Baſilicam Sancti Eparchij terræ motu euerſa, Ademarus. *His etiam temporibus Eccleſia Sancti Petri ſedis Engoliſmenſis dedicata eſt, à tribus Epiſcopis, à Siguino Monacho Burdegalenſi, à Grimoardo, & Iſlone fratre eius, quibus temporibus Eccleſia Sancta reſurrectionis, ante Baſilicam Beati Eparchij, terra motu ſubuerſa eſt & ibidem clocarium inceptum eſt.*

Sub idem tempus Giſleberto Pictauienſi Epiſcopo vitâ migrante, & in Malleacenſi Monaſterio condito in eius locum ſuffectus Iſembertus, Ademarus. *Giſleberto quoque Pictauino Epiſcopo reuerentiſſimo diem claudente & Malliacenſi Monaſterio humato, ſuccedit Iſembertus Epiſcopus.* Hunc effuſè commendat Fulbert. in
Epiſt. 130. epiſt. ad decanum S. Hilarij. *Similiter autem Dominum meum Iſambertum Epiſc. ſalutate obſecro, cuius in me benignitatis ac hilaritatis, quanta fuerit gratia, nullatenus dicere eſt, nec quanta eius probitatis ſit magnitudo.*

Eodem etiam tempore Hugo cappellanus Aimerici Vicecomitis Rocacardenſis cum ipſo Domino Toloſæ adfuit per diem Paſchæ, & Iudeo ex ritu ſolemni

Digitized by Google

colaphum impegit, quo cerebro cũ oculis à capite effuſo, Iudæus ſtatim exanimis in terram ruit, & à ſuis elatus de Baſilica Sancti Stephani, Ademarus. *Quo tempore Hugo Capellanus Aimerici Vicecomitis Rocacardenſis, cum eodem ſeniore ſuo Toloſæ in Paſcha adſuit, & colaphum Iudeo, ſicut illic omni Paſchâ ſemper moris eſt impoſuit, cerebrum illico & oculos ex capite perfido ad terram effudit, & ſtatim mortuus, à Synagoga Iudeorum, de Baſilica Sancti Stephani elatus ſepulturæ datus eſt.* Vndenàm manarit hic ritus? nimirùm hâc pœnâ damnati Iudæi ob nefandum ſcelus, odio Chriſtiani nominis patratum, accitis olim Sarracenis in Galliam, vt fertur in vitâ Theodardi apud Bernard. Guidonem.

Sub hoc tempus Cordubenſes cum claſſe ad littus Narbonenſe appulſi, ſummo diluculo in terram expoſitis copijs, Narbonam circà ſe effuderunt, oppido ſe potituros facilè confiſi hariolorum vaticiniis creduli. Illico oppidani ſacro pabulo roborati eruptione factà, vniuerſos ferè hoſtes cecidere, aut captos in ſeruitutem redegére, ex his viginti corpore ſuprà humanum modum præſtantes Diuo Martiali, voti cauſa oblati, è quibus duo à Goffrido Abbate ſeruati, cæteri peregrinis principibus qui tùm fortè religionis cauſa Lemouicum conuenerant dono dati, Ademarus. *Quo tempore Cordubenſes Mauri per mare Gallicum ſubitò cum multa claſſe, Narbone per noctem appulerunt, & ſummo diluculo, cum armis in circuitu ciuitatis ſeſe effuderunt, & ſicut ipſi nobis retulerunt, ſortilegium eorum eis promiſerat proſpere acturos, & Narbonam capturos, at Chriſtiani quantocyus corpus & ſanguinem Domini à Sacerdotibus accipientes communicauerunt, & præparantes*

ſe ad mortem bello, inuaſerunt Sarracenos, & victoriâ potiti ſunt, omneſque aut morte aut captiuitate cum nauibus aut multis ſpoliis eorum retinuerunt, & captiuos aut vendiderunt, aut ſeruire fecerunt, & S. Martiali Lemouice XX. Mauros corpore enormes tranſmiſerunt, dono muneris, ex quibus Abbas Goffridus duos retinuit, in ſeruitute, cæteros diuiſit per principes peregrinos, qui de partibus diuerſis Lemouica conuenerant.

Sub annum MXX. Normanni rurſus cum claſſe appulſi portum Aquitanicum, intellige fanum Sancti Michaëlis in eremo, id nomen oppido quod iacet in orâ maritimâ Pictonum, exinde Aquitaniam latè vaſtaturi. Rè acceptâ VVillelmus Dux indicto iuſticio, numinis ſibi, & Reip. conciliandi cauſâ, cum lectâ militum manu, ad bellum ſe comparauit. Barbari hoſtem imminere ſentientes, per noctem ſuffoſſis circùm ſcrobibus ceſpite opertis, caſtra communierunt. Diluculo VVillelmus inter primores in acie ſtans, facto impetu in hoſtem, incautus lapſus in ſcrobes, & armorum onere grauatus, equo præceps ruit, ac ferè fuit vt à Barbaris caperetur, ſed præſente Dei auxilio, è caſu reſurgens fugâ ſe eripuit ab hoſtibus. Hac arte multi è primoribus capti, dolo cognito, cæteri equis deſiliére, hac de cauſâ ſignum receptui datum, vt captis conſuleretur, proximâ nocte æſtu maris redeunte, barbari cum captiuis, & prædâ naues repetiere, & in altum ſe ſubduxerunt, nec amplius Aquitaniæ fines attigére. VVillelmus immenſo pretio per legatos, captiuos ab hoſtibus redemit, Ademarus. *Eo tempore infinita multitudo Normannorum ex Dannamarca & Treſca regione, cum claſſe innumerâ appulerunt portum Aquitanicum, & ſicut parentes*

Digitized by Google

egerant, conati ſunt omnem Aquitaniam deſertare, & captiuare. Itaque Dux fortiſſimus Guillelmus mādat vbique per Epiſcopos, vt ſuaderēt plebem, Domini auxiliū cum ieiuniјs & letaniis implorare, ipſe vero congregatâ manu validâ electorum menſe Auguſto, imminente iam nocte circa littus maris ſecus eos caſtra diſpoſuit. Pagani videntes tantam multitudinem, terrore compulſi totâ nocte minutas ſcrobes per circuitum foderunt, & ceſpitibus operuerunt, vt ignorantes equites ibi ruerent. Itaque manè primo incautus exercitus cum Duce primâ fronte aciei, præcurrente equo, ſuper paganos fræna laxās, mox per ſcrobes dilabitur, & ruentibus equis cum ſeſſoribus armorum pondere grauatis, pagani multos capiunt, & nouiſsimi exercitus tardè cauentes dolum, ex equis diſsiliunt. Ipſe Dux equo ſcrobem offendens in præceps venit, & armis oneratus, iam deciderat in manus aduerſariorum, niſi Deo qui eum ſemper cuſtodit, robur & mentem ei adminiſtrante, magno impetu ſaltum daret, & velociſsimo curſu ſeſe redderet ſuis. Mox intermiſſum eſt bellum cauſâ captorum, nè interimerentur, erant enim ex nobilioribus, cum eo die ab vtriſque nutaretur, ſequenti nocte plenitudine maris inuitante, cum captis concitè pagani nauibus inſiliunt, & auxilio pelagi liberantur, nec amplius fines illorum inquietauerunt. Dux autem pro captis infinita pondera argenti miſit, & vnumquemque penſans argento redemit hominem. Idem narratur in Fragment. Pitheano Hiſtor. Aquitanicæ.

His diebus ſacrum caput Ioannis Baptiſtæ, vt credebatur ab Alduino Abbate Angeriacenſi in baſilicâ ſua, in thecâ marmorea, in modum pyramidis aſſurgente inuentum, multis inclaruit miraculis. VVillelmus Dux Româ redux, rei nuncio valde lætatus, ſanctiſſi-

Digitized by Google

mum caput plebis oculis ſolemniter exponi decreuit. Rei fama exciti Aquitani, Galli, Itali, Hiſpani certatim eò aduolarunt, Robertus Rex pijſſimus cum Conſtantiâ coniuge, Sancius rex nauarræ, Sancius Dux Vaſconum, Odo Comes Campaniæ, & alij innumeri propemodùm optimates, Epiſcopi & Abbates eò confluxére, & varijs muneribus ſacram ædem ditarunt. Robertus Rex à VVillelmo Duce quo par erat cultu ſuſceptus, oblatâ conchâ ex auro puriſſimo pondo librarum XXX. & pretioſis veſtibus, cæteros facilè principes, effuſæ pietatis officijs ſuperauit. Hùc ſolenniter delatæ SS. Martialis & Stephani reliquiæ, quæ Lemouicis coluntur, diuiſis obſequijs à Geraldo Lemouicenſi Epiſcopo, & Ioffrido Abbate Sancti Martialis, ſtatione diſpoſitâ apud Caroffum. Hinc Aquitania quæ diuturnis imbribus laborabat, ſereniore cœlo vſa eſt, Ademarus. *Per hos dies dignatus eſt Dominus clarificare tempora ſereniſsimi Ducis VVillelmi in diebus ſuis, namque caput Sancti Ioannis in Baſilicâ Angeriacenſi in thecà ſaxeà turrità inſtar piramidis inuentum eſt à Balduino clariſsimo Abbate, quod ſanctum caput dicunt eſſe proprium Baptiſtæ Ioannis. Tunc VVillelmus Dux poſt Paſchales dies Roma regreſſus hoc audito repletus eſt gaudio, & ſãctum caput populis oſtẽdendum decreuit. Et eſt reconditum ſanctum caput in thuribulo argenteo, vbi litteræ leguntur, Hic requieſcit caput præcurſoris Domini, à quo tamen, vel quo tempore, vel vndè hùc delatum eſt, vel ſi Precurſoris Domini ſit, haud quaquam fideliter patet, in geſtis enim Pipini Regis, cum de minoribus legatur rebus, ex hac quæ ex maximis eſt, cauſa reticetur, & ſcriptura ex eo facta, nèquaquam non futilis ab eruditis diiudicatur, non enim*

Pipi-

Digitized by Google

Pipinus in diebus Theophili, nec tempore Vandalorum extitit, nec caput præcurſoris Domini Alexandriæ habitum eſt. Itaque dum inuentum oſtenderetur caput Sancti Ioannis, omnis Aquitania & Gallia, Italia & Hiſpania ad famam commota ibi occurrére. Certatim feſtinat Rex quoque Robertus, ac Regina, Rex Nauarræ, Dux VVaſconiæ Sancius Odo Campanienſis, Comites & principes cum Epiſcopis & Abbatibus, omneſque dignitates terrarum eò confluxerunt, vbi omnes offerebant precioſa munera diuerſi generis, vbi ſupradictus Rex Francorum oblatâ conchâ ex auro puriſſimo penſante libras XXX. & veſtibus precioſis ad ornatum Eccleſiæ, à VVillelmo Duce reuerenter ſuſceptus, Franciam reuerſus eſt. Vltra omnem fælicitatem & gloriam videbatur concurſus pſallentium, cum reliquijs Sanctorum Canonicorum, Monachorum, vndecumque ad memoriam Sancti Præcurſoris feſtinantium, inter quos reliquiæ principis ſummi, qui pater eſt Aquitanorum, & primus Galliarum ſpermologus, videlicet Beati Confeſſoris Martialis, ſimul cum reliquiis Sancti Stephani Lemouicæ ſedis illuc deferebantur. Protractis itaque Sancti Martialis in vectorio ex auro & gemmis pigneribus, foris Baſilicam propriam, mox omnis Aquitania, quæ iam diu nimis pluuiis laborauerat, aduentu patris ſui lætificatur ſerenitati reddita. Cum eiſdem pigneribus Abbas Ioffredus, atque Epiſcopus Giraldus, cum principibus numeroſis, & omni innumerabili populo diuerterunt in Baſilicam Sancti Saluatoris Carroffi, exieruntque eis obuiam Monachi cum omni plebe populari milliario vno, & cum apparatu honorifico Antiphonas excelſa voce intonantes deduxerunt, vſque ad altare Saluatoris, & miſſâ celebratâ ſimili modo proſecuti ſunt eos. Cumque in Baſilicam Sancti Saluatoris intraſſent, celebrauit ibi miſſam

Digitized by Google

Epiſcopus Giraldus de natiuitate Sancti Baptiſtæ, cum eſſet menſis October Canonici Sancti Stephani, cum Monachis Sancti Martialis alternatim tropos ac laudes cecinerunt, & poſt miſſam Epiſcopus cum capite Sancti Ioannis benedixit populum, & ſic de miraculis Sancti Martialis, quæ per viam contigerant, valdè lætantes quinto die ante feſtiuitatem omnium Sanctorum reuerſi ſunt. Idem refertur in Fragment. Hiſt Aquitanicæ. An id eſſet Ioannis Baptiſtæ caput? dubitatum, & hac de re concilium Epiſcoporum apud Angeriacum initum auctore VVillelmo Duce, multiſque rem patuiſſe miraculis, & Leonardi reliquias cum alijs quampluribus hùc perlatas tradit
Nouemb. 6. Anonymus ſcriptor vitæ Leonardi apud Surium. *Cum adhuc in viuis eſſet VVillelmus magnus Aquitaniæ Dux, dubitatum eſt à multis, num beatiſſimi Ioannis Baptiſtæ caput apud Angericum haberetur, iuſſit ergo princeps VVillelmus magnam Epiſcoporum conuocari Synodum, vt eorum conſenſu tantus theſaurus inquireretur, & ſacratis illorum manibus hæſitanti populo viſendus exhiberetur, quæſitum & inuentum eſt caput ſacratiſſimum, altarique impoſitum, cunctis illud ita vt par erat venerantibus, multæ tum eâ cauſâ illuc allatæ erant ſanctorum reliquiæ, multaque edita ſunt miracula per merita illorum, in ijſque Sanctus Leonardus, bonus inprimis male habentium medicus non pauca virtutum ſigna declarauit.* Male Baronius hæc geſta refert ad annum Chriſti MXXIV.

Digitized by Google

Capvt X.

Leonardus apud Lemouices, & S. Antoninus apud Cadurcos miraculis clari. Angeriacenſe Monaſterium reformatur ab Odilone Abbate Cluniacenſi. Rixa inter Angeriacenſes Monachos, & VVillelmi Ducis familiares, Pictauis oppidi incendium, Geraldi Lemouicenſis Epiſcopi obitus apud Carroffum, Iordanus in eius locum eligitur & inueſtiturâ per baculum acceptâ á VVillelmo Duce conſecratur, interdicto miſſo à Gauzleno Archiepiſcopo Bituricenſi, quod abſque eo conſecratus eſſet, eidem reconciliatur, Carroffenſe Monaſterium reformatur operâ & ſtudio VVillelmi Ducis.

EADEM tempeſtate Leonardus apud Lemouices & Antoninus Martyr apud Cadurcos multo populorum cõfluxu & miraculis claruere, Ademarus. *Eâ tempeſtate Sanctus Leonardus in Lemouicino, & Sanctus Antoninus Martyr in Cadurcino miraculis coruſcabãt, & vndique populi eò confluebant.* Eò aduentaſſe Robertum Regem dum celebriores Sanctorum Galliæ ſedes luſtraret inſinuat Helgaudus. *Proficiſcente eo quâdam quadrageſimâ ad ſanctos, Dei ſeruitio ſibi coniunctos, adit, orat, honorat, aures eorum precibus humillimis, & ſalutari-* In vit. Robert. R.

bus pulſat, vt cum ipſis & Sanctis omnibus inueniri poſſet in Dei laudibus dignus. Intrans fines Bituricum ſuſcipit eum Sanctus Protho-Martyr Stephanus, cum Sãcto Maiolo meritis præcipuo, Sancta Maria cum celebri Iuliano Martyre ſummo, iterum ipſa pijſſima virginum Virgo Maria cum Sancto Egidio Confeſſore magno, inclytus vero Saturninus cũ forti Vincentio, dignus Antoninus cũ Fidi Martyre &c. Apud Apamias in Galliâ Narbonenſi paſſus eſt Antoninus Martyr. Poſt eius vero exceſſum caput Beati Martyris diuinitus tranſlatum in locum cui nomen erat Vallis nobilis, hodie villa Sancti Antonini in finibus Cadurcorum vt legitur in ipſius vita M.S. Hic Beati Martyris gratiâ ſurrexit Monaſterium Canonicorum Regularium, quod nouiſſimo ſeculo, furore hæreticorum qui locum occuparunt, deſtructum iacet, in hunc diem. Hic locus Authori vitæ Antonini, & Ademaro dicitur eſſe in finibus Cadurcorum, tamen eſt in Diœceſi Rutenenſi, malè in territorio Albigenſi locat Petrus Vallis-Sarnenſis. *Nomina autem caſtrorum nobilium, quæ tunc temporis ſunt amiſſa, ſunt hæc in Albienſi Diœceſi: Rabaſten Monſacutus, Galliacum de Graua, Cabuſacum, Marcellus, Gueſpia. S. Antoninus.*

Hiſt. Albigens c. 58.

Vindicatis Ioannis Baptiſtæ pignoribus, VVillelmus Dux per omnia de cultu, & obſequio Dei ſollicitus, accito Odilone Abbate Cluniacẽſi, regularem diſciplinam iam ferè collapſam inſtaurauit in Monaſterio Angeriacenſi, & fortè defuncto Abbate Alduino, Rainaldus ei per Odilonem ſucceſſor impoſitus, ac mox extincto Rainaldo Aimericus ſuffectus, Ademarus. *Et glorioſus Dux recogitans Dei honorem, accito Odilone Sanctiſsimo Cluniacenſi Abbate in, Sancti Ioannis Mona-*

ſterio regularem renouauit diſtrictionem, vbi Odilo Rainaldum diſpoſuit defuncto Abbate Alduino, & Rainaldo ſpiritum reddente, Aimericum pro eo Domnus Odilo patrem præpoſuit. Ab eo tempore Angeriacenſe Monaſterium viſitari cœpit per Abbatem Cluniacenſem vt patet ex vita Hugonis Abbatis Cluniacenſis. *Suſceptus idem Dei famulus in Monaſterio Angeriacenſi, ſepultis pauliſper ſenſibus carnis, puriore mentis intuitu, vidit quoddam fulgur de ſublimi veniens Monaſterij Cluniacenſis, auditorium irrumpere.*

Dum Eparchij Engoliſmenſis reliquiæ, ſolemni cum proceſſu deferrentur ad D. Ioannis Angeriacenſis, vnâ delatus eſt baculus paſtoralis, Diui Confeſſoris apice incuruus, cui perſimilis per noctem in cœlo viſus eſt igneus baculus ad ſolis ortum vſque, & vectoribus ſacri corporis Eparchij, cum iter eſſet per medium amnem, veſtes penitus aquâ non maduere, Ademarus. *Dum reliquiæ Sancti Eparchij procederent ad ſanctum Præcurſorem, delatus eſt pariter baculus eiuſdem Confeſſoris. Eſt ipſe baculus paſtoralis in ſummitate curuatus, ad cuius ſimilitudinem ſuper reliquias eiuſdem Sancti, horis nocturnis vſque ſole Oriente reſplenduit in cœlo igneus baculus, quò ad ventum ad caput Sancti Ioannis, & miraculis à Sancto Eparchio ſuper infirmos ſanatos peractis cum lætitia regreſſum eſt. Canonicis etiam Sancti Petri ſedis Engoliſmenſis, procedētibus cum reliquijs, cum ſubuectores Carum induti ſacris tunicis, per profundum fluuium pertranſiſſent, non ſenſerūt aquam, ſed ac ſi per aridam ambulaſſent, nullum ſignum aquæ ſuper eos, nec ſuper veſtimenta, vel calciamenta eorum apparuit.*

Per hoc tempus grauis apud Angeriacum ortus eſt

Digitized by Google

tumultus inter Monachos & VVillelmi Ducis familiares, eò ventum eſt vt Ducis ædes exarſæ ſint, & ipſius Præpoſitus lethali vulnere percuſſus. Hac ęquidem iniuriâ Dux valde commotus, non defuere qui ſuadérent inprimis Fulco Nerra Comes Andegauenſis, qui obſequij cauſâ apud eum erat, Monaſterium de medio tolli, Monachos pelli, & Canonicos ſubmitti debere, ſed Dux acerbius conſilium non audijt, fractoque irarum ſpiritu, monachis inultum facinus remiſit, Ademarus. *Contigit homines Sancti Ioannis, & VVillelmi Ducis in Angeriaco vico tumultuari, & vulneratus eſt Præpoſitus Ducis ad mortem, & aula eius ibi diruta, tunc à primatibus maliuolis, præcipuè à Fulcone Comite, qui tunc in ſeruitio Ducis, Pictauis erat tempore quadrageſimæ, ſuadebatur ei deſtruere locum Sancti Ioannis, Monachos eiicere, Canonicos immittere, & licet ſereniſſimus princeps furore graui commotus eſſet, pro iniuria ſua, tamen ſuam iram, & impiorum conſilia vicit, & imperiali more, cum ratione prudenti, cauſam pacificauit ſemperque fuit ſeruorum Dei defenſor, & Dominus ei in omnibus adiutor.* Idem refertur in Fragm. Pitheano. Hiſt. Aquitanicæ.

Eodem tempore Pictauis oppidum fortuito incendio conflagrauit, & VVillelmus Dux Baſilicam Sancti Petri aliaſque Eccleſias, ſimul & ædes ſuas magno ſumptu reſtituit, Ademarus. *Tunc caſu ciuitas Pictauis combuſta eſt, & Dux ſedem Sancti Petri, cæteraſque Eccleſias, ſuumque palatium maiori decore ampliauit.*

Sub idem tempus Geraldus Lemouicenſis Epiſcopus, cum Pictauum pergeret, idem enim erat Theſaurarius Sancti Hilarij, in itinere graui morbo decubuit apud Carroffum, ex quo diem obijt extremum

ibidemque ſepultus eſt, Ademarus. *Et Epiſcopus quia Theſaurarius Sancti Hilarii erat, dum ante feſtiuitatem omnium Sanctorum Pictauis iret, in Sancto Carroffo ægrotans, intra XV. dies obiit, & ibi ſepultus eſt, Ad caput eius tabula plumbea poſita eſt ita ſcripta, Hic requieſcit Giraldus Epiſcopus Lemouicenſis, obiit IV. id. Nouembr. præfuit eidem ſedi octo. annis.*

Poſt Geraldi deceſſum, de Lemouicenſi Epiſcopatu fœdè certatum, multis ad apicem Pontificij nitentibus per ſymoniam, & ambitum. Hac de cauſâ à Lemouicenſi clero & plebe ſolemnes indictæ letaniæ, & à VVillelmo Duce concilium initum in Monaſterio Sancti Iuniani de eligendo Epiſcopo. Huic adfuère VVillelmus Comes Engoliſmenſis primarius conſiliorum Ducis arbiter, VVido Vicecomes Lemouicenſis, & vniuerſi proceres Lemouicenſes. Hoc in conſeſſu Deo auctore in Epiſcopum Lemouicenſem electus Iordanus Sancti Leonardi Præpoſitus, vir nobilitate generis, ſimplicitate morum laudabilis, ac die poſtera ab ipſo VVillelmo Duce, vnà cum duobus Epiſcopis Iſſone, & Iſemberto, & turbâ procerum Lemouicas deductus. Huic plebs vniuerſa, obuia ſeſe effudit, ac primum Dux ſolemniter receptus à Monachis in æde Sancti Martialis, obuijs ſacris Euangeliorum tabulis, & multo thuris ſuffitu, vt moris erat. Inde craſtinâ luce electus detonſus, id eſt in presbyterum ordinatus, & in Sancti Stephani Baſilicam deductus ibi à Duce Epiſcopalem inueſtituram per baculum paſtoralem accepit, idque gratuito, quod eâ ætate valde inſolens erat. Et peracto ſolemni officio Dux Pictauum redijt. Idem poſt VVillelmi Ducis profectionem ad

limina Apoſtolorum, Angeriaci conſecratus ab Iſlone, Rohone, Arnaldo & Iſemberto Epiſcopis, curante VVillelmo filio Ducis ex mandato patris, & ab ipſo VVillelmo Comite ſimul cum Arnaldo Petragoricenſi Lemouicas deductus, & ſolemniter collocatus in ſede Sancti Martialis. Hac de re Gauzlenus Bituricenſis Archiepiſcopus, nimium indignatus, quod ſuffraganeus ſine eius nutu ordinatus foret, Lemouicino pago ſacris interdixit, excepto loco Sancti Martialis, cum his quæ erant ditionis ſuæ, ipſumque Epiſcopum paſtorali officio abſtinuit. Iordanus in Metropolitanum demiſſior, nudis pedibus diuiſo clericorum, & Monachorum cum agmine Bituricas ſupplex adijt, comperto eius aduentu Gauzlenus, cum vniuerſo clero ei obuius occurrit & cum honore ſacris & officio reſtitutum dimiſit, rem narrat Ademarus. *Poſt mortem denique ſupradicti Epiſcopi Geraldi, decertabant principes Lemouicenſes pro Epiſcopatu, cum Symoniacâ hæreſi Pontificatum vindicare conati. Tunc populus vrbis letanias cum Monachis & Canonicis propter hoc peregit, & Dux prudētiſſimus cum conſiliario ſuo VVillelmo Comite Engoliſmenſi, apud S. Iunianum placitum habuit. Ex hac cauſa adfuit ibi VVido Vicecomes & omnes principes Lemouicenorum, ibi Dei nutu elegit in Eſpiſcopatus honore Iordanum Præpoſitum Eccleſiæ Sancti Leonardi, magnæ nobilitatis & ſimplicitatis virum. Surgens manè Dux à Monaſterio Sancti Iuniani cum duobus Epiſcopis Iſlone, & Iſemberto, & multitudine principum, deuenit ad vrbem circa horam ſextam, cui obuiam proceſſit omnis ciuitas gaudens & mox properat ad Baſilicam regularem, receptus à Monachis, cum textu Sanctorum Euangeliorum, & thymiamaterio, ſicut ſemper*

ab eis

ab eis Dux ſolet excipi, inde ad tumulum Sancti Martialis miſſam audiuit, & iuxta Monaſterium eo die regulariter hoſpitatus eſt, chraſtino barbam electo benedici iubet, & detondi, & ſic ad ſedem Sancti Martialis in aula Sancti Stephani Iordanum deduxit, & cum baculo paſtorali ibi eum gratis honore Pontificali veſtiuit, eratque finis Ianuarij menſis, & reuerſus eſt Pictauis. Quadrageſima ſuperuenien-te Dux Romam abiens filio ſuo prudentiſſimo adoleſcenti VVillelmo imperauit, vt reuertens ordinatum reperiret Epiſcopum, quod ille adimplere curauit, & mediâ quadrageſimâ Angeriaco ante caput Sancti Ioannis conſecratus eſt Epiſcopus, ab Iſlone Epiſcopo, & Rohone, atque Arnaldo nec non & Iſemberto Epiſcopis, & à clariſsima indolis VVillelmo Comite & Arnaldo Petragoricenſi Epiſcopus Lemouicam deductus inthronizatus eſt in ſedem S. Martialis. Archiepiſcopus vero Bituricenſis Gauzlenus, ad cuius Diæceſim Lemouica pertinet, quod ſine ſua authoritate conſecratus eſt Epiſcopus, totum Lemouicinum excommunicauit, præter locum Sancti Martialis, & quæ propriè ad eum pertinebant, ipſumque prohibuit ab officio ſuo Epiſcopum, qui ſatisfaciens nudis pedibus cum centum Clericis, & Monachis, omnibus ſimiliter pedibus nudis, Bituricam ſedem adiit, vbi Archiepiſcopus cum Clero eis proceſſit obuiam & cum honore eos deducens quod ligauerat abſoluit. Idem refert Bernard. Guidonis in Geſt. Epiſcoporum Lemouicẽſium, & Iordani Epiſcopatus initia refert ad annum MXX. *Hic Iordanus inquit præſulabatur anno Dom.* MXX. Litem quæ fuit inter Iordanum, & Archiepiſcopum Bituricenſem compoſitam fuiſſe ſuffragio & opera Fulberti Carnotenſis Epiſcopi inſinuat Hildegarius Decanus S. Hilarij Pictauienſis, in ea quæ ex-

Epiſt. 127. tat inter Epiſtolas Fulberti. *Iordanus etiam Lemouicenſis Epiſc. cui olim ſuffragium præſtitiſti, apud Archiepiſcopum Bituricenſem, plurima te ſalute impertiens rogat ſuppliciter, vt mittas ei vitam Sancti Leonardi, in Epiſcopatu ſuo requieſcentis vt aiunt.*

Anno circiter M X X I. Carroffum caſu combuſtum eſt, cum Baſilica Saluatoris, quam VVillelmum Ducem ſuo ſumptu reædificaſſe argumento eſt, quod idem regularem diſciplinam ibidem inſtaurauit, pulſo Petro Abbate, qui per ſimoniam dignitati ſe obtruſerat, & in eius locum ordinato Gumbaldo Abbate Sancti Sauini, Ademarus. *Caroſum caſu flammâ combuſtum eſt, cum Baſilica Saluatoris, &c.* & mox, *Dux quoque VVillelmus ſemper cogitans Dei voluntatem, regularem diſciplinam reſtaurauit, in ſancto Carroſo, eiecto Petro Abbate potentiſſimo, qui per ſimoniacam hæreſim prælationem obtinuerat, & ſeculariter locum adminiſtrabat, & ſubrogato Gunbaldo regulari, & Dei ſeruo Abbate Sancti Sauini.* Quam ſtudioſus fuerit VVilelmus Dux huiuſce Monaſterij emendandi, docet ipſius Epiſtola ad Aribertum Abbatem quæ extat inter Fulberti Epiſtolas, quâ decem Monachos è ſuo Monaſterio enixis precibus, ac tertiùm petit, in huius Monaſterij reformationem. *Caritatem veſtram iam ſecundo interpellaui, vt mitteretis ad Carioficum Monaſterium, quoſdam ex Monachis veſtris qui eſſent feruentes, in obſeruanda regula ſancti Benedicti quorum ſancta conuerſatio fratribus ipſius leci, bonum præberet exemplum, & eorum Abbatem faſce regiminis leuaret quoniam vero petitioni meæ nondum acquieuiſtis, nunc quoque tertio ad oſtium veſtræ caritatis pulſo, inſtar illius Euangelici petitoris, amicum obnixè rogantis, vt ſi non pro-*

(margin, beside "batem quæ extat": Epiſt. 117.)

pter amicitiam, ſaltem propter improbitatem meam, accomodetis mihi, quotquot habeo neceſſarios. Obſecro igitur vos in nomine Sanctæ Trinitatis, quæ Deus vnus eſt, vt decem fratres ex Collegio veſtri Angelici ordinis mihi tranſmittatis, &c. Idem de ſe teſtatur & ipſe Fulbertus in Epiſt. ad Hebertum, *ſcio te fili meum deſiderare aduentum, ſed retardant templi reſtauratio, mandata Regis, prædonum inſtantia, meſſiuæ feriæ, Lemouicenſis Epiſcopi cauſæ pacandæ difficultas, via ſcrupuloſa.* Epiſt. 18.

Capvt XI.

Aymerici Ranconenſis perfidia aduerſus VVillelmum Comitem Engoliſmenſem, lis inter VVillelmum Vice-comitem Martiliacenſem & Fratres de caſtro Roſſiaco. Mortuâ Sanciâ VVillelmus Dux tertiam ducit vxorem Agnetem nomine filiam Othonis VVillelmi Ducis Burgundiæ, ex qua ſuſcepti gemini liberi, Petrus cognomine Acerrimus, & Gaufredus cognomine VVido. Hugoni Abbati S. Martialis ſuccedit Odolricus, fabuloſa Sancij Regis Arragonum expeditio in Vaſconia, VVidonis Vicecomitis Lemouicenſis obitus ſucceſſore Ademaro filio. Hebertus Comes Cenomanenſis dolo captus à Fulcone Comite Andegauenſi.

Digitized by Google

ANNO MXXII. Dum VVillelmus Comes Engoliſmenſis abeſſet, religionis cauſâ Romam profectus: Aimericus princeps Ranconenſis ſuper ſacris B. Eparchij calceis iuramento depactæ fidei immemor, aduerſum Seniorem ſuum caſtrum poſuit, in Sanctonum finibus, nomine Fracta-botum, fortè Botauillam, ſed non diu impunè tulit, paucis enim poſt diebus incidit in manus Ioffredi filij Comitis, à quo ferro confoſſus illico expirauit. VVillelmus vero Comes Româ regreſſus, cum Alduino filio, poſt diutinam obſidionem caſtrum expugnauit, ſolóque euertit, ac multo poſt tempore iterum à fundamentis reædificauit, & præſidij cauſâ Ioffredo filio id commendauit, Ademarus: *Quo tempore Aymericus Princeps Ranconenſis, contra Seniorem ſuum VVillelmum Comitem Engoliſmæ, dum ipſe VVillelmus Romæ eſſet caſtrum Fracta-Botum in Santonico extruxit. Per dies Reſurrectionis, promiſerat ei fidelitatem ſuper reliquias ſanctorum calciamentorum ſancti Eparchij, & quia periurus contra ipſum fuit, poſt paucos dies à Ioffredo filio Comitis ſupradicti obuiante ferro confoſſus, animam ſine morâ reliquit. Comes vero VVillelmus cum Alduino filio caſtrum diù obſedit, & fortiter expugnatum capiens deſtruxit, & per multum tempus iterum reædificauit, & filio ſuo Ioffredo commendauit.*

Per hoc tempus ortum eſt graue bellum inter VVillelmum Vicecomitem Martiliacenſem, & Odolricum, & Alduinum fratres de Caſtro Roſſiaco, ſed lis compoſita à VVillelmo Comite Engoliſmenſi, pacto iureiurando ſancito, ſuper ſacris B. Eparchij reliquiis,

ſed irrita vtrinque fide, haud impunè, Alduinus enim cum dolo à fratribus vocatus eſſet ad epulas, dormiens è lecto abrepto lingua præſciſa, oculi effoſſi, & hoc pacto Roſiacum caſtrum per nefarium ſcelus receptum. VVillelmus Comes Engoliſmenſis inultum facinus non ferendum ratus, accito in opem VVillelmo Duce, Martiliacum obſedit, & captum igni concremauit, in reos diri ſceleris non ſæuiit vſque ad necem, ſed eos omni honore id eſt feudis quotquot à ſe tenebant multauit, Alduino in cæcitatis ſolatium Roſiacum caſtrũ reſtituit. Aliquot poſt annis Alduinus filius VVillelmi Comitis Engoliſmenſis iuſſu patris Martiliacum reædificauit, & in rem ſuam retinuit, idemque iubente patre Montiniacum caſtrum à fundamentis extruxit, Ademarus. *VVillelmus verò Vicecomes Martiliacenſis, & Frater eius Odolricus graui diſcordiâ decertabant, cum Alduino fratre eorum, propter caſtrum Roſiacum multo tempore. Vnde factum eſt vt à Vuillelmo Comite inter ſe pacificarentur & pacem ipſam, pactumque conditionis, ſuper corpus S. Eparchij eidem curarent, quod inter ſe mentiti; & periurio rei, alter excæcatus eſt, alij duo honore omni priuati ſunt. Nam VVillelmus & Odolricus dolo ad ſe euocatum Aloluinum primâ ebdomadâ Paſchæ in traditione poſtquam cum eis cœnauerat, & in eorum hoſpitio dormierat, antequam à lecto ſurgeret capiunt, & linguam ei amputant, & oculos effodiunt, & ita Roſiacum recuperant. Regreſſus itaque Româ VVillelmus Comes tantam impietatem vindicare decreuit, & accito Duce VVillelmo Martiliacum obſedit, deſolauit igne comburens, & traditoribus vitam & membra conceſſit, ſed eos omni honore priuauit, & Alduino cæcitate multato*

Roſiacum conceſſit, & poſt aliquot annos iubente eodem Comite Alduinus filius eius Martiliacum reædificauit, & ad ſuum opus retinuit, idem quoque Alduinus iubente patre Montiniacum caſtrum à nouo extruxit.

Anno MXXIII. defunctâ Sanciâ coniuge VVillelmus Dux tertiam nomine Agnetem duxit vxorem, ex quâ geminos ſuſcepit liberos Petrum cognomine Acerrimum, & Gaufredum qui Vidonis cognomen ſortitus eſt, Chron. Malleacenſe MS. *Inter ea defunctâ Santia coniuge Guillelmi Ducis, duxit tertiam nomine Agnetem, ex qua iterum ſuſcepit geminos filios Petrum cognomine Acerrimum, & Gaufredum qui & VVido vocatus eſt.* Eam fuiſſe Othonis VVillelmi Ducis Burgundiæ filiam indicat Glaber. *Nec non etiam VVillermus Henrici Ducis priuignus, ac Alberti Longobardorum Ducis filius, eidem Regi aliquando rebellis extitit, fauente ei Landrico Niuernis Comite, qui eius filiam vxorem duxerat, & Brunone Lingonenſi Epiſcopo, cuius habebat in matrimonio ſororem, ex qua ſuſcepit filios, & filias de quibus prius natam Landricus, reliquas vterque VVillermus ſc. Pictauenſis, & Arelatenſis duxere vxores.* Lib.5.ca.

An. MXXV. diem obiere, Rogerius Cantor, & Hildebertus Monachi ſancti Martialis ſanctitatis laude conſpicui, diuinitus prius de tranſitu admoniti, nec non Hugo Abbas Sancti Martialis, huic ſucceſſit Odolricus Abbas, cui benedictionis munus impertiit Iordanus Epiſcopus, Ademarus. *Quo tempore duo Monachi ſancti Martialis ex primoribus valde religione, conſpicui, ſanctitate præclari, ſapientia fulgidi qui ſe inuicem præ omnibus diligebant, & omne Monaſterium duæ columnæ ſuſtinebant, & velut duo candelabra irradiabant,*

& iuxta ſe ad menſam ſedebant Rotgerius Cantor, & Hildebertus Amarius in die ſancto Paſchæ, ambo per viſum viderunt ſe vocari à Chriſto, & ipſâ ebdomadâ laudabiliter finem vitæ acceperunt: ************ *Monachus ſanctitate probabilis, & mox Abbas Hugo dilectione Dei fortiſſimus, eos ad cæleſtia ſubſecutus eſt, & ſuccedit Odolricus Abbas prudentiſſimus, quem conſecrauit Iordanus Epiſcopus.*

Eodem anno Conrado certante de imperio cum Conone tanti culminis æmulo, Longobardi Germanorum Imperij pertæſi, Robertum Regem conuenere per legatos, & ab eo Hugonem filium natu maiorem in Regem expetiere, de quo non tacuit Glaber. *Huiuſmodi enim famâ, vbique prouinciarum percitus peroptabatur à multis, præcipuè ab Italicis, vt ſibi imperaret in imperium ſublimari, nam & ex cognomento proaui magnus Hugo dicebatur à cunctis.* Verum hi à Rege repulſam paſſi, vota conuertere in VVillelmum Ducem, aut eius filium. Occaſionem regni apiſcendi Dux non omittendam ratus, cum VVillelmo Comite Engoliſmenſi conſiliorum omnium participe, rei tentandæ cauſa tranſiit in Italiam, ſed longiores poſt tractatus, cum principibus Italiæ, ſe deluſum ſentiens, abiecto conſilio domum remeauit. Ademarus *Longobardi vero ſine Imperatoris gauiſi deſtruunt Palatium imperiale, quod erat Papiæ, & iugum Imperatorium à ſe excutere volentes, venerunt multi nobiliores eorum Pictauium vrbem ad VVillelmum Ducem Aquitanorum, & eum ſuper ſe Regem conſtituere cupiebant, qui prudenter cauens cum VVillelmo Comite Engoliſmæ, Longobardorum fines penetrauit, & diu placitum tenens cum Ducibus Italiæ, nec in eis fi-* Lib.3.cap.9

dem reperiens, tandem & honorem eorum pro nihilo duxit. Inter ea VVillelmus Dux quò ſibi Roberti Regis inuidiam demeret, eius gratiam, & authoritatem ſibi conciliare ſtuduit, cum humillimis precibus, etiam propoſitis muneribus per Fulconem Comitem Andegauenſem, cuius hac de re ad nos peruenerunt litteræ
Epiſt. 15. ad Robertum perſcriptæ, inter eas quæ ſunt Fulberti Carnotenſis. *Guillelmus Pictauorum Comes herus meus, loquutus eſt mihi nuper dicens, quod poſtquam Itali diſceſſerunt, à vobis diffiſi, quod vos Regem habere petierit filium ſuum ad Regem, quibus ille inuitus coactuſque reſpondit, tandem acquieſcere voluntati eorum, ſi conſentirent illis cuncti Marchiones Italiæ, & Epiſcopi ac cæteri meliores, illi promiſerunt quod recta fide facerent illos conſentire ſi poſſent. Nunc ergo mandat vobis poſtulans ſuppliciter gratiam veſtram, vt detineatis homines de Lotharingia, & Fredericum Ducem, atque alios quos poteritis, ne concordent cum Rege Cono. inflectendo eos quantum quiueritis ad auxilium eius, dabit vobis pro hoc negotio mille libras den. & centum pallias, & Dominæ Reginæ Conſtantiæ quingentas libras nummorum.* De profectione VVillelmi Ducis in Italiam Fulbertum Carnotenſem certum fecit Hebertus per Epiſtolam, quæ extat inter eas quæ ſunt eiuſdem Fulberti. *Dux noſter G. nobis amiciſſimus*
Epiſt. 123. *profecturus eſt in Italiam die Iouis proxime venturo, ſciſcitari de cauſa filii ſui, ſi cum honore & incolumitate ſua fieri queat. Itali enim elegerunt eum ſibi ad Regem, facientes ei ſacramentum, & Italiæ regnum concedendi & Romanum Imperium acquirendi, per rectam fidem quantum poſſunt, hac de cauſa præceſſurus eſt prudens pater filium quem ſupradixi cum ipſis deliberaturus.* Huiuſce factionis

Signiferos

Signiferos fuiſſe Archiepiſcopum Mediolanenſem Leonem Vercellenſem Epiſcopum liquet ex ipſius Vercellenſis epiſtola, & VVillelmi Ducis reſponſione quæ vnà ſuperſtites manſerunt inter Fulberti Carnotenſis epiſtolas. Conradus rebus in Germania compoſitis Longobardos facilè ad obſequium redegit, & Epiſcopos qui fuerant partium VVillelmi Ducis, in vincula coniecit, male pro VVillelmo Odonem ſubiecit Baldricus Nouiomenſis. *Italiam Chonradus Imperator abiit, vt ad votum de regno ageret, & arma ferentes impugnaret. Cumque inibi degeret, quoſdam Longobardorum Epiſcopos partibus Odonis fauentes, irreuerens factus in vincla coniecit, Mediolanenſium autem Archiepiſcopus, re pro alia pari modo captus fuga ſibi conſuluit.*

Ep. 125. 126.

Chron. Camerac. lib. 3 cap. 55. v. Otho Friſingens. lib. 6. Chr. cap. 31. Sigibert. an. 1034. 1035.

Re infecta VVillelmus Dux domum regreſſus nuncium accepit de morte VVidonis Vicecomitis Lemouicenſis, & intercedente VVillelmo Comite Engoliſmenſi ſucceſſorem ei dedit filium nomine Ademarum, Ademarus. *In reuertendo ſanè nunciatur ei VVidonem Vicecomitem obiiſſe, & intercedente VVillelmo Comite Engoliſmenſi præfecit Lemouicæ Comitem Ademarum in loco defuncti patris ſui.*

Anno MXXVI. Sancius Rex Arragonum ab Hiſpanicis ſcriptoribus memoratur ſuperato Pyreneo magnam Vaſconiæ partem armis ſubegiſſe, eamque pacto pretio VVillelmo Comiti Pictauienſi addixiſſe. Zurita, *Sanctius Pyreneum tranſgreſſus, vti quidam auctores prodidere, magnam Vaſconiæ partem imperio ſubiicit, quam Pictonum Comiti precio vti ferunt addixit.* Itidem Sancium hac tempeſtate in vtraque Vaſconia regnaſſe ex veteris chartæ fide affirmat Hieronym.

In Indic. Rer. Arrag.

Digitized by Google

In Comm. Rer. Arrag. p. 95.

Blanca. Sed hæc vana & fabuloſa eſſe facile arguitur, tum eò, quod quæ belli cauſa fuerit non proditur, nec vlla belli occaſio extitiſſe apparet, & poſt hunc annum Sancium Vaſconiæ præfuiſſe ſcimus ex Ademaro, & in geſtis Conc. poſterioris Lemouicenſis celebrati anno Chriſti MXXXIV. actum eſt de milite pœnitente, *qui iubente Duce Vaſconum Sancio* (ſic reponendum pro Sancto) *ſeniorem ſuum decollauit.* Cum etiam ex eo quod Sancium ipſum Ducem Vaſconiæ hoc ipſo tempore Sancio Regi amiciſſimum fuiſſe, & antè annum, hoc eſt anno MXXV. vnà cum Berengario Comite Barcinonenſi ſubſcripſiſſe donationi à Rege factæ teſtem habemus ipſum Zuritam. *Vetuſta enim monumenta & priuilegia extare video, à Sanctio Rege hoc ipſo anno irrogata, quibus Simenæ Reginæ eius matris, & Maioris Reginæ vxoris, Garciæ, Ramiri, Gonzalui, & Ferdinandi filiorum fit mentio, & Sanctius Guillielmus Vaſconiæ, & Berengarius Barcinonenſis Comites, qui ſcribendo adfuere commemorantur, donationeſque à Rege factas auctoritate ſanxere*, & certe Blanca quo iure Sancius in Vaſconia Aquitanica regnaſſe dicatur, valde laborat, & nimis ſupinum eſt quod fingit eum iure hæreditario ab Innico Ariſta deducto Vaſconiam repetiiſſe, non auſus ſcilicet diffiteri cis Pyrenæum haud geſtum à Sancio bellum. Et verè quod Hiſpanicorum ſcriptorum fidem in primis eleuat, quo pacto ſuaderi poteſt, bellum à Sancio tentatum aduerſus Vaſcones, ſuis ſummo rerum diſcrimine laborantibus, & diuturno aduerſus Sarracenos bello exhauſtis? immò hac ætate Hiſpani Vaſconũ & Aquitanorum armis fœliciter defenſi, nedùm ipſi bel-

Digitized by Google

ſum paſſi ab Hiſpanis, vt proximè oſtendetur.

Sub idem tempus Hebertus Comes Cenomannenſis à Fulcone Comite Andegauenſi dolo accitus in Capitolium id eſt arcem Santonicæ vrbis, ſpe ipſius obtinendæ, quaſi in beneficium, id eſt ſubfeudum. Incautus nihil tale metuens in cuſtodiam detruſus, ibique biennio detentus, donec Deo adiuuante è cuſtodia euaſit, inſidias cauit vxor Heberti, quodam ſceleris conſilium prodente. Ademarus. *Tunc temporis Comes Andegauenſis Fulco cum manifeſtè ſuperare nequiret Hebertum Cenomannis Comitem, dolo acciit eum in Capitolium Sanctonicæ vrbis, quaſi in beneficio vrbem ipſam ei concederet, & incautum, & nihil mali ſuſpicantem, incluſum Capitolio, nefanda eum cepit traditione, primæ ebdomadæ quadrageſimæ ſecundo die, vxor vero eius vxorem Heberti dolo temptauit capere ipſo die, antequam virum captum audiret, ſed ad eam quidam anticipauit prodere cautelam. Ideo Fulco vxorem Heberti & principes timens, non eſt auſus eum interficere, ſed biennio carceratum diligentiſſime cuſtodiuit, & à manibus eius Dominus innocentem eripuit.* Idem narratur in fragm. Pitheano hiſt. Epiſt. 7.
Aquitan. Hunc Hebertum Comitem Antichriſti præcurſorem vocat Fulbertus Carnotenſis quod Auiſgando Epiſcopo Cenomannenſi Epiſcopo nimis infeſtus eſſet.

Capvt XII.

Roberti & Conſtantiæ vota diuiſa de ſucceſſore regni Vuillelmus Dux curia abſtinet inuidiæ amoliendæ cauſa VVillelmi Comitis Engoliſmenſis peregrinatio Hieroſolymitana, Odo Comes Dolenſis & alij peregrinationis ſocij in Aquitania triduo pluit ſanguine VVillelmus Comes maleficis artibus perit, eiuſdem pia dona in Eccleſiam.

EOdem ann. Hugone Rege iam deſignato vitâ functo, diuiſis votis Roberti Regis, & Conſtantiæ vxoris, in electione regni ſucceſſoris, Roberto ex lege Francorum, & naturæ ſuffragio, Henricum natu maiorem optante, Conſtantiâ vero muliebri ingenio in Robertum natu minorem propenſiore; VVillelmus Dux conſultò curiâ abſtinuit, nè alterutrius in ſe inuidiam prouocaret. Hac in re tamen ſe à ſententiâ Odonis Comitis Campanienſis non diſceſſurum palam obteſtatus in epiſtola ad Fulbertum Carnotenſem E. *O ſi veniſſes, proximis præteritis Rogationibus, quantam nobis & Epiſcopis noſtris lætitiam feciſſes, tempeſtiuè ſi velles Carnotum ad diem feſtum reuerſurus Pentecoſtem, vel ſi te ſubducere velles, ne ires ad curiam Domini Regis, ſatis honeſtam cauſam habiturus, quem in præſenti adire dimitto, minores inimicitias, me*

Epiſt. 118.

ſuſcepturum putans, ob meam abſentiam, quam ſi eſſem cum Domino Rege, vel Reginâ, non conſenſurus in ordinando Rege, abſquè meo Fratre Odone Comite, quem enim ipſe Regem fieri voluerit, ipſum & me velle pro certo noueritis.

Eodem etiam anno VVillelmus Comes Engoliſmenſis per Baioariam Hieroſolymam iter inſtituit, itineris Comites fuere Odo Bituricenſis Comes Princeps Dolenſis, Richardus Abbas Dolenſis, Richardus Abbas S. Eparchij Engoliſmenſis, Giraldus Faueſinus, Amalfredus Monachus poſtea & ipſe Abbas ſancti Eparchij, & alij multi viri nobiles. Inde iter fuit per Hungariam, vbi à Stephano Rege perhumaniter excepti, variiſque muniis ornati, ac demum hi peruenere Hieroſolymam menſe Martio, id eſt ineunte annō MXXVII. & perluſtratis locis ſacris Chriſti veſtigiis conſecratis rediere in Galliam. In ipſo reditu VVillelmus Comes Lemouicas diuertit, vbi ſolemniter ſuſceptus à Monachis Sancti Martialis. Inde Engoliſmam accedenti effuſis agminibus ei obuiam occurrére, non modo Engoliſmenſes, ſed & Petrocorij & Santones. Certatim & ſolemni cum proceſſu ei occurſarunt Monachi Sancti Eparchij vt moris erat quoties Comes peregrè rediret. Richardo Abbate iam in itinere vitâ defecto, ei ſuffectus Amalfredus Monachus, & à Rohone Engoliſmenſi Epiſcopo benedictionis munere donatus, aſtãtibus VVillelmo Comite Engoliſmenſi, & Odolrico Abbate S. Martialis.

Ademarus. *Eo tempore VVillelmus Engoliſmenſis Comes Baioariam iter egit ad ſepulchrum Domini, comitati ſunt eum Odo Bituricus Princeps Dolenſis, Richardus Abbas*

Digitized by Google

re contabuit, non ſine ſuſpicione maleficij. Fortè deprehenſa eſt quædam mulier malefica, quæ malis artibus noxam immiſiſſe ferebatur, ſed eâ ſcelus prorſus inficiante, Monomachiæ iudicio rem committi placuit. Vulneribus confectus defenſor maleficæ, è certamine vix ſpirans elatus eſt, nec dum tamen malefica quicquam confeſſa eſt, etſi conuicta trium mulierculatum teſtimonio, quæ ſceleris conſcias, & maleficij cum ipſa artifices ſe fatebantur. Comes tamen mulieri lubens ignouit, nec paſſus eſt eam meritas pœnas luere, idemque rebus inter liberos diſpoſitis ſacro viatico, & vltimo Chriſmate præmunitus, diem obiit magno cum luctu ſuorum, & in baſilica ſancti Eparchij ſepultus. VIII. Idib. Aprilis. Anno MXXVIII. Ademarus. *Eodem vero anno correptus eſt languore corporis idem Comes, vſque ad mortem quo anno Santonas vrbs, ab impiis Chriſtianis concremata eſt, cum ipſa baſilica ſancti Petri ſedis Epiſcopalis, & diu permanſit deſertus ipſe locus, à diuino cultu, & hanc iniuriam Dei Comes ſupradictus vindicare volens, paulatim cepit viribus corporis deſtitui, & in vrbe Engoliſma ſecus Eccleſiam ſancti Andreæ propter officium Diuinum iubet ſibi domum præparari, in qua ægrotans decumbere cœpit, vbi inceſſanter è diuerſis partibus cuncti principes & nobiles eum viſitabant. Cumque dicerent nonnulli, maleficis artibus eum ægrotare, ſolebat enim robuſto & ſano corpore vigere, tunc vero nec more ſenum, nec more iuuenum corpore fatiſceret, detecta eſt quædam malefica mulier, artes maleficas contra eum exercuiſſe; quæ cum non confiteretur iudicio Dei commiſſum eſt, vt quod verum latebat euentu victoriæ, inter duos Campiones probaretur,*

factis

Digitized by Google

factis ergo ſacramentis decertauerunt inter ſe, diu multumque miſſus Comitis Stephanus, & defenſor malefica VVillelmus Stephanus victor ſine damno ſui corporis fuit, alter capite quaſi ſacco ſanguine coopertus, ab hora tertia vſque nonam in pedibus ſtans, victuſque ſemiuiuus in manibus deportatus longo tempore lecto decubuit, nec ſic malefica confeſſa eſt, à tribus tamen mulieribus, quæ his maleficiis cum ea interfuerunt teſtimoniis conuicta eſt, & paulo poſt. *Comes ergo pepercit maleficæ mulieri, nec ſiuit eam tormentari. Ab Epiſcopis vero, & Abbatibus pœnitentiam accipiens idem VVillelmus Comes, omniaque ſua diſponens, & inter filios ſuos, & coniugem ſuam nominatam pro vt viſum ſibi eſt, honorem ſuum ordinans reconciliatus & abſolutus eſt. Toto quadrageſimæ tempore miſſas, & cultum Dei frequentauit, quò vſque primâ Ebdomadâ maiori, ante paſcha oleo ſancto, & viatico muniretur, & ligno crucis adorato, & deoſculato in manibus Epiſcopi Rohonis, & Sacerdotum ſpiritum laudabili fine & memoria Deo redderet. Et biduum obſeruatam eſt corpus eius à Clericis & Monachis in baſilica ſedis Petri Apoſtoli, planctu tota ciuitas repleta eſt, dominica ſancta Oſanna, cum ramis & floribus delatum eſt corpus ad baſilicam Beati Eparchij, & ſepultum ibi ante altare Beati Dyoniſij. Sepelierunt eum duo Epiſcopi* Robo *Engoliſmenſis, & Arnaldus* Petragoricenſis, *ad caput eius iuſſit filius eius Alduinus poni tabulam plumbeam, ita ſcriptam,* Hic iacet Domnus *& amabilis VVillelmus Comes Engoliſmæ qui ipſo anno quo venit de Hieruſalem obiit in pace* VIII. *Id. Aprilis vigilia Oſanna* MXXVIII. *anno ab incarnatione, & tota progenies iacet in loco Sancti Eparchij. Itaque poſt ſepulturam eius proceſſerunt Epiſcopi*

Digitized by Google

cum clero & populo ad ſanctam proceſſionem Dominicam, & ſtationem peregerunt. Idem traditur in chronic. M S. Engoliſmenſ. & in Fragm. Pitheano Hiſtor. Aquitanicæ.

Tot operibus teſtata VVillelmi Comitis pietas ſupremis eius cumulatur. Hic ſcilicet pro ſepultura ſua varia pretioſiora dona ex auro & argento obtulit B. Eparchio. Eidem ſyluam cui nomen Vaſnacum donationis cauſa gurpiuit, id eſt tradidit, dedit & crucem quæ ſolemnibus in litis præferretur, auro & gemmis diſtinctam, nec non duo candelabra argentea pondo trecẽtos ſolidos. Ademarus *Obtulit ſupradictus VVillelmus pro ſepultura ſua ſancto Eparchio, diuerſa & preciosa munera auro & argento multo, & gurpiuit Vaſnacum boſcum, & laxauit duo candelabra argentea penſantia trecentos ſolidos, & laxauit vnam crucem auream cum gemmis proceſſionalem.* Idem in Chronic. Engoliſmenſi.

Capvt XI.

VVillelmo Comiti Engoliſmenſi ſuccedit Alduinus è liberis natu maximus. Diſcrimen inter Alduinum & Ioffredum fratres de Blauiâ caſtro. Alduini Comitis beneficia in Abbatem S. Martialis. Iſenberti E. Pictauienſis Iordani Lemouicenſis iter Hieroſolymitanum Conc. Pictauienſe pro vindiciis Apoſtolatus ſancti Martialis, Synodus Caroſ-

ſenſis. Gauſlenus Bituricenſis A. interfuit dedicationi baſilicæ S. Aniani Aurelianenſis Siguino Burdegalenſi Archiepiſcopo ſuccedit Acius, paulo poſt Acio Gothefredus, Synodus Lemouicenſis propter dedicationem, Baſilicæ S. Saluatoris, VVillelmi Ducis obitus eius uxor & liberi, Fabella de Meluſinâ exploditur.

VVILLELMO Comiti Engoliſmenſi laudatiſſimo ſucceſſit Alduinus è liberis natu maior, eius principatus initiis, ſolutus eſt luctus publicus, conceptus è patris funere, & mœror conuerſus in gaudium. Ademar. *Succeſſit pro VVillelmo Hilduinus filius eius in principatu Engoliſmæ, & præclarum lætitiæ ſignum in initio principatus eius oſtenſum eſt, cum de dolore ſepulturæ tranſiit populus ad lætitiam, obuiam Domino exclamans Oſanna in excelſis, benedictum regnum patris veſtri Domini præferens manibus victoriæ palmas, ramos ſecuritatis & flores ſuauitatis.* Idem exſcriptum eſt in chronic. Engoliſmenſi. Hic Comes Alduinus fuit vir præſtans armis & litteris, his dotibus commendatur in fragm. toties laudato hiſt. Aquitanicæ. *Et mox poſt eum principatum Engoliſmæ obtinuit filius eius, litteris & armis doctus, nobiliſſimus & glorioſiſſimus Dominus Alduinus anno* MXXVIII. *ab incarnatione Domini, cuius eſt gloria in ſecula ſeculorum.*

Poſt funus patris Blauiam caſtrum dolo occupauit Iofredus frater Alduini, quod ab Alduino paulo poſt

manu militari receptum, ac præſidio munitum. Alduino recedente, nouum caſtrum excitauit Ioffredus aduerſus Blauiam. Alduinus germani peruicacitatem coërciturus, caſtrum cum lectâ militum manu obſedit, & octidui operâ expugnauit. Rebus aduerſis fractus Iofredus ſupplex ad fratrem acceſſit, & cum eo in gratiam rediit, & ab eo beneficij nomine tres Blauiæ partes obtinuit, quartam ſibi excipiente Alduino. Ademarus. *Craſtinâ vero die poſt ſepulturam eius Blauia caſtrum dolo ſubractum eſt, Comiti Alduino à Ioffredo fratre eius, Mox Comes Ilduinus cum virtute militari illuc tendit, & cito ipſum caſtrum capiens in deditionem accepit, & miſſa illic cuſtodia militum Engoliſmam regreditur ad celebrandum Paſcha. Quo regreſſo frater eius Ioffredus per dies feriatiſsimos Paraſceue, & ſepulturæ, & Paſchæ contra Blauiam extruxit aliud nouum caſtellum. Hoc comperto Alduinus nequaquam prætermiſit opus Dei, ſed cum magna gloria & lætitia ſanctum Paſcha celebrauit, & poſt diem tertium feſtiuitatis commoto electo exercitu ad bellum committendum exiit. Audierat enim fratrem ſuum velle cum eo confligi & exercitum adgregari. Itaque caſtrum nouiter munitum obſedit, & prælium praſtolatur feroci corde, ſed nequaquam frater eius præſumpſit eum laceſcere ad pugnam, videns robuſtam eum habere manum. Et poſt dies octo expugnato & capto caſtro ſupplex venit ad eum, cui protinus Comes Alduinus ignouit, & pacem conſenſit, & facti ſunt amici, & tunc in beneficio tres partes Blauiæ Comes conceſsit fratri ſuo Iofredo, quartam ſibi retinuit, & conditionibus congruis pacificati ſunt, amore præcipuo.* Idem refertur in Chron. Engoliſmenſi.

Eodem tempore Odolrico Abbate Sanɛti Martialis honoris cauſa adeunte Alduinum Comitem, is dedit B. Martiali Eccleſiam S. Mariæ diœceſis Burdegalenſis, cum inſulâ magnâ Dornoniæ, quæ haud procul caſtro Fronciaco iacet, fuitque prædium hæreditarium Alayriæ vxoris, Ademarus. *Quâ tempeſtate Odolricus ſanɛti Martialis Abbas vigilantiſsimæ boneſtatis Engoliſmam venit ad Ilduinum Comitem, ipſe vero tunc donauit Sanɛto Martiali Eccleſiam Sanɛtæ Mariæ in territorio Burdegalenſi, cum inſulâ magnâ Dornoniæ, in quâ eſt ſita, & eſt ipſa inſula, vel Eccleſia vno plus miliario à caſtro Fronciaco, quod erat in dominio proprietatis ſupradicti Comitis, cum omnibus in circuitum terris, & caſtellis, quam poſſeſsionem retinebat ex iure bæreditario vxoris ſuæ nobiliſsimæ Comitiſſæ Alairiæ.*

Sub idem tempus exemplo VVillelmi Comitis Engoliſmenſis Iſenbertus Epiſcopus Pictauienſis, Iordanus Lemouicenſis, & Fulco Comes Andegauenſis, aliique plures nobiles Aquitani religionis cauſa Hieroſolymam iter inierunt, Ademarus. *Pater vero eius VVillelmus reuerſus ab Hieroſolymis, multis principibus bonum fuit exemplum, confeſtim enim Iſembertus Epiſcopus Pictauinus, & Iordanus Epiſcopus Lemouicinus, & Comes Fulco plureſque primatum, Hieroſolymam tendunt,* Idem in chronic. Engoliſmen.

Eodem tempore initum eſt Conc. Pictauienſe I. cuius canones deſiderantur, iniuriâ temporis erepti. Huic præfuit Archiepiſcopus Burdegalenſis, cui nomen erat Siguinus, in hoc Concilio actum eſt de Apoſtolatu ſancti Martialis, præſente VVillelmo Duce qui coram patribus in medium protulit codicem lit-

teris aureis perſcriptum, Canuti Anglorum Regis munus, in quo effictæ erant Sanctorum imagines, & has inter Martialis in Apoſtolorum ſtemmate cenſebatur, Huius Concilij reliquiæ extant in geſtis poſterioris Conc. Lemouicenſis habiti anno MXXXIV. *Illud quoque memorandum eſt, quod ante hos ſeptem annos Rex Anglorum Cnuto, hic erat cognomento magnus Duci Aquitaniæ VVillelmo regalia munera miſit, ſimulque codicem litteris aureis ſcriptum, in quo nomina Sanctorum diſtincta, cum imaginibus continebantur, quod volumen iam olim in Concilio Pictauienſi, dum hac eadem de re quæſtio eſſet, idem Dux VVillelmus litteris eruditus, in teſtimonium antiquitatis Pontificibus oſtendit. Erat enim ibi Martialis in aliorum Apoſtolorum catalogo poſitus, qui peritiſsimus Princeps dicebat Archiepiſcopo Burdegalenſi, & aliis qui ibi aderant Epiſcopis, coniicere poſſumus quam egregiæ auctoritatis ſit Beatus Aquitanorum Patronus de quo Gregorius in illa ſui laboris gente, hanc legem tradidit obſeruandam.*

Eodem tempore inſtituta eſt ſynodus apud Caroſſum in Pictonum finibus, curante VVillelmo Duce, in quâ actum eſt de expugnandâ hæreſi Manichæorum, cuius virus latius per Aquitaniam ſpargebatur, nec non de pace Eccleſiæ tuẽdâ. Et pactum pacis ab Aquitanicis proceribus qui aderant, iubente VVillelmo Duce ſacramento firmatum, Ademarus. *His diebus Concilium adgregauit Epiſcoporum, & Abbatum Dux VVillelmus, apud ſanctum Carroſum, propter extinguendas hæreſes, quæ vulgo à Manichæis diſſeminabantur, ibi adfuerunt omnes Aquitaniæ Principes, quibus præcepit pacem firmare, & Eccleſiam Dei Catholicam venerari.*

Anno MXXIX. Gauzlenus Bituricenſis Archiepiſcopus, & Floriacenſis Abbas cum multis aliis Galliarum Epiſcopis, interfuit ſolemni conſecrationi baſilicæ Sancti Aniani Aurelianenſis, à Roberto Rege magno ſumptu de nouo inſtauratæ, & tranſlationi reliquiarum huiuſce Diui, Helgaudus. *Poſt quæ omnia cupidus ſanctæ benedictionis Rex Robertus glorioſus, ſuæ ordinationis, benedictionis, & aſſumptionis in Regem anno triceſimo ſexto, iuſsione imperatoria euocauit Archipræſules Gauzlinum Bituricenſem, & Abbatem Floriacenſem, Leothericum Senonenſem, nec non & Arnulphum Turonenſem. Quorum præſentiam ſubſequuntur Præſules, Odolricus Aurelianenſis, Theodericus Carnotenſis, Bernerius Meldenſis, Guarinus Beluacenſis, & Rodulphus Syluanectenſis. Non defuit etiam præſentia Domni & venerabilis Odilonis Cluniacenſium Abbatis, & aliorum bonorum virorum non minimi meriti, cum quibus ſemper deſiderabat colloqui. Ab his pro certo & aliis Dei Miniſtris leuatur illud nobile corpus amici Dei Aniani ſanctiſsimi de ſepulchro, cum corporibus Sanctorum Euſpicij, Monitoris, & Floſculi Confeſſorum, Baudelij & Scubilij Martyrum & Agiæ matris S. Lupi Confeſſoris, & ab ipſo glorioſo Rege, & aliis quos iam prænotauit littera, qui pro tali negotio aduenerant cuſtoditur, laudatur, & decantatur in Hymnis & laudibus in Eccleſia S. Martini, quo ad vſque præparentur vtilia, & neceſſaria ſanctæ benedictioni. Præparatis ergo omnibus ab ipſis Sanctis Sacerdotibus locum ipſum benedici, & conſecrari ſolemniter fecit anno Dominicæ Incarnationis milleſimo viceſimo nono Indictione duodecima.*

Eodem anno Siguino Burdegalenſi Archiepiſcopo

Digitized by Google

diem functo Acius ei ſuffectus eſt, quo paucis diebus ſuperſtite, in ſynodo collecta apud Blauiam à VVillelmo Duce Aquitaniæ, & Sancio Duce Vaſconiæ in eius locum ſublectus eſt Gothefredus patriâ Francus honeſtis moribus præditus, & ibidem conſecratus à Prouincialibus Epiſcopis, Ademarus. *Siguino vero Burdegalenſi defuncto Archiepiſcopo, & Acio poſt eum ordinato, & non longè poſt vita priuato, Dux Aquitaniæ VVillelmus, & Dux VVaſconiæ Sancius adgregato Conuentu apud Blauiam conſtituerunt Archiepiſcopum Gotefridum natione Francum, moribus honeſtum, qui ibidem conſecratus eſt à ſuffraganeis Epiſcopis.*

Eodem anno Sancius Rex Nauarræ Sarracenos multis prœliis debellauit, non ſine ſuppetiis Vaſconum, qui egregiam in hoc bello operam nauaſſe memorantur, Ademarus. *Rex quoque Nauarræ Sancius, adhibitis ſecum VVaſconibus ſuper Sarracenos exercitum duxit, & deuaſtatâ Hiſpaniâ cum multis ſpoliis, & magno triumpho remeauit.* Quo vno teſtimonio facilè exploduntur nugæ Hiſpanicorum ſcriptorum, qui hac ætate Vaſcones à Sancio domitos comminiſcuntur.

Eodem anno conſecrata eſt Baſilica regia S. Saluatoris Lemouicenſis, eo nomine congregata eſt prior ſynodus Lemouicenſis, in qua de Apoſtolatu S. Martialis actum eſt. Huic interfuere Gothefredus Archiepiſcopus Burdegalenſis, Iordanus Lemouicenſis, Iſenbertus Pictauienſis, Roho Engoliſmenſis, Arnaldus Petragoricenſis, Petrus Gerundenſis, Deodatus Cadurcenſis, Æmilius Albienſis, Arnaldus Rutenenſis. Fulco Carcaſſonenſis, Elias Santonenſis. Imperitè ad annum MXXVIII. id refert Chronic. MS. Gauffredi

Monachi

Monachi S. Martialis. *Anno Dom.* MXXVIII. *conſecrata eſt baſilica regalis Saluatoris Lemouicæ* XV. *Kal. Dec. idque ab Epiſcopis vndecim quorum nomina hæc pagina continet, Iordanus Lemouicenſis, Iſembertus Pictauienſis, Roho Engoliſmenſis, Arnaldus Petragoricenſis, Petrus Gerundenſis, Deodatus Cadurcenſis, Æmilius Albienſis, Arnaldus Rotenenſis, Fulco Carcaſſonenſis, Elus Santonenſis, Gotefredus Archiepiſcopus Burdegalenſis.* Huiuſce ſynodi meminere Acta ſecundæ ſynodi Lemouicenſis, anni MXXXIV.

Eodem anno è viuis exceſſit VVillelmus, ſuperſtitè Agnete coniuge, ex quâ reliquit duos filios maſculos VVillelmum & Guidonem, qui æquè futuri ſunt ſuis temporibus Duces Aquitanorum, & filiam cognomine Agnetem, quæ nuptura eſt Henrico III. Imperatori.

VVillelmo IV. ne quid vel fabulas omittamus, Haius ſororem aſtruit Mariam cognomine Meluſinam, quæ nupſit Raimundino Comiti, cognomen nacta à duobus caſtris Mello, & Liziniano, quæ ei in ſortem obtigiſſe dicuntur. Hanc variis præſtigiis decantatam, & octauo quoque die pube tenus, in anguem demutari ſolitam circumfertur, quod variis artibus polléret, quod rudi ſeculo monſtro ſimile erat. Fabulæ auctoritatem præſtat, quod plures clariores familiæ in Galliâ, & Germaniâ ab eâ originem reppetunt, vt Liziniana, & Luceburgica, & in galeato ſtemmatum apice præferunt imaginem mulieris in anguem deſinentis, in concha balneari conſidentis, de quo præter vernaculum ſcriptorem iocularem Conrad. Veccrius. in Henrico VII. Luceburgenſi. *Quamquam non me præ-*

Digitized by Google

re contabuit, non ſine ſuſpicione maleficij. Fortè deprehenſa eſt quædam mulier malefica, quæ malis artibus noxam immiſiſſe ferebatur, ſed eâ ſcelus prorſus inficiante, Monomachiæ iudicio rem committi placuit. Vulneribus confectus defenſor maleficæ, è certamine vix ſpirans elatus eſt, nec dum tamen malefica quicquam confeſſa eſt, etſi conuicta trium muliercularum teſtimonio, quæ ſceleris conſcias, & maleficij cum ipſa artifices ſe fatebantur. Comes tamen mulieri lubens ignouit, nec paſſus eſt eam meritas pœnas luere, idemque rebus inter liberos diſpoſitis ſacro viatico, & vltimo Chriſmate præmunitus, diem obiit magno cum luctu ſuorum, & in baſilica ſancti Eparchij ſepultus. VIII. Idib. Aprilis. Anno MXXVIII. Ademarus. *Eodem vero anno correptus eſt languore corporis idem Comes, vſque ad mortem quo anno Santonas vrbs, ab impiis Chriſtianis concremata eſt, cum ipſa baſilica ſancti Petri ſedis Epiſcopalis, & diu permanſit deſertus ipſe locus, à diuino cultu, & hanc iniuriam Dei Comes ſupradictus vindicare volens, paulatim cepit viribus corporis deſtitui, & in vrbe Engoliſma ſecus Eccleſiam ſancti Andreæ propter officium Diuinum iubet ſibi domum præparari, in qua ægrotans decumbere cœpit, vbi inceſſanter è diuerſis partibus cuncti principes & nobiles eum viſitabant. Cumque dicerent nonnulli, maleficis artibus eum ægrotare, ſolebat enim robuſto & ſano corpore vigere, tunc vero nec more ſenum, nec more iuuenum corpore fatiſceret, detecta eſt quædam malefica mulier, artes maleficas contra eum exercuiſſe, quæ cum non confiteretur iudicio Dei commiſſum eſt, vt quod verum latebat euentu victoriæ, inter duos Campiones probaretur,*

factis

factis ergo ſacramentis decertauerunt inter ſe, diu multumque miſſus Comitis Stephanus, & defenſor malefica VVillelmus Stephanus victor ſine damno ſui corporis fuit, alter capite quaſi ſacco ſanguine coopertus, ab hora tertia vſque nonam in pedibus ſtans, victuſque ſemiuiuus in manibus deportatus longo tempore lecto decubuit, nec ſic malefica confeſſa eſt, à tribus tamen mulieribus, quæ his maleficiis cum ea interfuerunt teſtimoniis conuicta eſt, &paulo poſt. *Comes ergo pepercit maleficæ mulieri, nec ſiuit eam tormentari. Ab Epiſcopis vero, & Abbatibus pœnitentiam accipiens idem VVuillelmus Comes, omniaque ſua diſponens, & inter filios ſuos, & coniugem ſuam nominatam pro vt viſum ſibi eſt, honorem ſuum ordinans reconciliatus & abſolutus eſt. Toto quadrageſimæ tempore miſſas, & cultum Dei frequentauit, quò vſque primâ Ebdomadâ maiori, ante paſcha oleo ſancto, & viatico muniretur, & ligno crucis adorato, & deoſculato in manibus Epiſcopi Rohonis, & Sacerdotum ſpiritum laudabili fine & memoria Deo redderet. Et biduum obſeruatam eſt corpus eius à Clericis & Monachis in baſilica ſedis Petri Apoſtoli, planctu tota ciuitas repleta eſt, dominica ſancta Oſanna, cum ramis & floribus delatum eſt corpus ad baſilicam Beati Eparchij, & ſepultum ibi ante altare Beati Dyoniſij. Sepelierunt eum duo Epiſcopi Roho Engoliſmenſis, & Arnaldus Petragoricenſis, ad caput eius iuſſit filius eius Alduinus poni tabulam plumbeam, ita ſcriptam,* Hic iacet Domnus *& amabilis VVillelmus Comes Engoliſmæ qui ipſo anno quo venit de* Hieruſalem *obiit in pace* VIII. *Id. Aprilis vigilia Oſanna* MXXVIII. *anno ab incarnatione, & tota progenies iacet in loco Sancti Eparchij. Itaque poſt ſepulturam eius proceſſerunt Epiſcopi*

Digitized by Google

cum clero & populo ad ſanctam proceſſionem Dominicam, & ſtationem peregerunt. Idem traditur in chronic. M S. Engoliſmenſ. & in Fragm. Pitheano Hiſtor. Aquitanicæ.

Tot operibus teſtata VVillelmi Comitis pietas ſupremis eius cumulatur. Hic ſcilicet pro ſepultura ſua varia pretioſiora dona ex auro & argento obtulit B. Eparchio. Eidem ſyluam cui nomen Vaſnacum donationis cauſa gurpiuit, id eſt tradidit, dedit & crucem quæ ſolemnibus in litis præferretur, auro & gemmis diſtinctam, nec non duo candelabra argentea pondo trecētos ſolidos. Ademarus *Obtulit ſupradictus VVillelmus pro ſepultura ſua ſancto Eparchio, diuerſa & preciosa munera auro & argento multo, & gurpiuit Vaſnacum boſcum, & laxauit duo candelabra argentea penſantia trecentos ſolidos, & laxauit vnam crucem auream cum gemmis proceſſionalem.* Idem in Chronic. Engoliſmenſi.

CAPVT XI.

VVillelmo Comiti Engoliſmenſi ſuccedit Alduinus è liberis natu maximus. Diſcrimen inter Alduinum & Ioffredum fratres de Blauiâ caſtro. Alduini Comitis beneficia in Abbatem S. Martialis. Iſenberti E. Pictauienſis Iordani Lemouicenſis iter Hieroſolymitanum Conc. Pictauienſe pro vindiciis Apoſtolatus ſancti Martialis, Synodus Caroſ-

Digitized by Google

ſenſis. Gauſlenus Bituricenſis A. interfuit dedicationi baſilicæ S. Aniani Aurelianenſis Siguino Burdegalenſi Archiepiſcopo ſuccedit Acius, paulo poſt Acio Gothefredus, Synodus Lemouicenſis propter dedicationem, Baſilicæ S. Saluatoris, VVillelmi Ducis obitus eius uxor & liberi, Fabella de Meluſinâ exploditur.

VVILLELMO Comiti Engoliſmenſi laudatiſſimo ſucceſſit Alduinus è liberis natu maior, eius principatus initiis, ſolutus eſt luctus publicus, conceptus è patris funere, & mœror conuerſus in gaudium. Ademar. *Succeſſit pro VVillelmo Hilduinus filius eius in principatu Engoliſmæ, & præclarum lætitiæ ſignum in initio principatus eius oſtenſum eſt, cum de dolore ſepulturæ tranſiit populus ad lætitiam, obuiam Domino exclamans Oſanna in excelſis, benedictum regnum patris veſtri Domini præferens manibus victoriæ palmas, ramos ſecuritatis & flores ſuauitatis.* Idem exſcriptum eſt in chronic. Engoliſmenſi. Hic Comes Alduinus fuit vir præſtans armis & litteris, his dotibus commendatur in fragm. toties laudato hiſt. Aquitanicæ. *Et mox poſt eum principatum Engoliſmæ obtinuit filius eius, litteris & armis doctus, nobiliſſimus & glorioſiſſimus Dominus Alduinus anno* MXXVIII. *ab incarnatione Domini, cuius eſt gloria in ſecula ſeculorum.*

Poſt funus patris Blauiam caſtrum dolo occupauit Ioſredus frater Alduini, quod ab Alduino paulo poſt,

Digitized by Google

manu militari receptum, ac præſidio munitum. Alduino recedente, nouum caſtrum excitauit Ioffredus aduerſus Blauiam. Alduinus germani peruicacitatem coërciturus, caſtrum cum lectâ militum manu obſedit, & octidui operâ expugnauit. Rebus aduerſis fractus Iofredus ſupplex ad fratrem acceſſit, & cum eo in gratiam rediit, & ab eo beneficij nomine tres Blauiæ partes obtinuit, quartam ſibi excipiente Alduino. Ademarus. *Craſtinâ vero die poſt ſepulturam eius Blauia caſtrum dolo ſubractum eſt, Comiti Alduino à Ioffredo fratre eius, Mox Comes Ilduinus cum virtute militari illuc tendit, & cito ipſum caſtrum capiens in deditionem accepit, & miſſa illic cuſtodia militum Engoliſmam regreditur ad celebrandum Paſcha. Quo regreſſo frater eius Ioffredus per dies feriatiſsimos Paraſceue, & ſepulturæ, & Paſchæ contra Blauiam extruxit aliud nouum caſtellum. Hoc comperto Alduinus nequaquam prætermiſit opus Dei, ſed cum magna gloria & lætitia ſanctum Paſcha celebrauit, & poſt diem tertium feſtiuitatis commoto electo exercitu ad bellum committendum exiit. Audierat enim fratrem ſuum velle cum eo confligi & exercitum adgregari. Itaque caſtrum nouiter munitum obſedit, & prælium præſtolatur feroci corde, ſed nequaquam frater eius præſumpſit eum laceſcere ad pugnam, videns robuſtam eum habere manum. Et poſt dies octo expugnato & capto caſtro ſupplex venit ad eum, cui protinus Comes Alduinus ignouit, & pacem conſenſit, & facti ſunt amici, & tunc in beneficio tres partes Blauiæ Comes conceſsit fratri ſuo Iofredo, quartam ſibi retinuit, & conditionibus congruis pacificati ſunt, amore præcipuo.* Idem refertur in Chron. Engoliſmenſi.

Digitized by Google

Eodem tempore Odolrico Abbate Sanɑi Martialis honoris cauſa adeunte Alduinum Comitem,is dedit B. Martiali Eccleſiam S. Mariæ diœceſis Burdegalenſis, cum inſulâ magnâ Dornoniæ, quæ haud procul caſtro Fronciaco iacet,fuitque prædium hæreditarium Alayriæ vxoris, Ademarus. *Quâ tempeſtate Odolricus ſancti Martialis Abbas vigilantiſsimæ boneſtatis Engoliſmam venit ad Ilduinum Comitem, ipſe vero tunc donauit Sancto Martiali Eccleſiam Sanctæ Mariæ in territorio Burdegalenſi, cum inſulâ magnâ Dornoniæ, in quâ eſt ſita, & eſt ipſa inſula, vel Eccleſia vno plus miliario à caſtro Fronciaco, quod erat in dominio proprietatis ſupradicti Comitis, cum omnibus in circuitum terris, & caſtellis, quam poſſeſsionem retinebat ex iure hæreditario vxoris ſuæ nobiliſsimæ Comitiſſæ Alairiæ.*

Sub idem tempus exemplo VVillelmi Comitis Engoliſmenſis Iſenbertus Epiſcopus Pictauienſis, Iordanus Lemouicenſis, & Fulco Comes Andegauenſis, aliique plures nobiles Aquitani religionis cauſa Hieroſolymam iter inierunt, Ademarus. *Pater vero eius VVillelmus reuerſus ab Hieroſolymis, multis principibus bonum fuit exemplum, confeſtim enim Iſembertus Epiſcopus Pictauinus, & Iordanus Epiſcopus Lemouicinus, & Comes Fulco pluresque primatum, Hieroſolymam tendunt,* Idem in chronic. Engoliſmen.

Eodem tempore initum eſt Conc. Pictauienſe I. cuius canones deſiderantur, iniuriâ temporis erepti. Huic præfuit Archiepiſcopus Burdegalenſis, cui nomen erat Siguinus, in hoc Concilio actum eſt de Apoſtolatu ſancti Martialis, præſente VVillelmo Duce qui coram patribus in medium protulit codicem lit-

Digitized by Google

teris aureis perſcriptum, Canuti Anglorum Regis munus, in quo effictæ erant Sanctorum imagines, & has inter Martialis in Apoſtolorum ſtemmate cenſebatur, Huius Concilij reliquiæ extant in geſtis poſterioris Conc. Lemouicenſis habiti anno MXXXIV. *Illud quoque memorandum eſt, quod ante hos ſeptem annos Rex Anglorum Cnuto, hic erat cognomento magnus Duci Aquitaniæ VVillelmo regalia munera miſit, ſimulque codicem litteris aureis ſcriptum, in quo nomina Sanctorum diſtincta, cum imaginibus continebantur, quod volumen iam olim in Concilio Pictauienſi, dum hac eadem de re quaſtio eſſet, idem Dux VVillelmus litteris eruditus, in teſtimonium antiquitatis Pontificibus oſtendit. Erat enim ibi Martialis in aliorum Apoſtolorum catalogo poſitus, qui peritiſsimus Princeps dicebat Archiepiſcopo Burdegalenſi, & aliis qui ibi aderant Epiſcopis, coniicere poſſumus quam egregiæ auctoritatis ſit Beatus Aquitanorum Patronus de quo Gregorius in illa ſui laboris gente, hanc legem tradidit obſeruandam.*

Eodem tempore inſtituta eſt ſynodus apud Caroſſum in Pictonum finibus, curante VVillelmo Duce, in quâ actum eſt de expugnandâ hæreſi Manichæorum, cuius virus latius per Aquitaniam ſpargebatur, nec non de pace Eccleſiæ tuēdâ. Et pactum pacis ab Aquitanicis proceribus qui aderant, iubente VVillelmo Duce ſacramento firmatum, Ademarus. *His diebus Concilium adgregauit Epiſcoporum, & Abbatum Dux VVillelmus, apud ſanctum Carroſum, propter extinguendas hæreſes, quæ vulgo à Manichæis diſſeminabantur, ibi adfuerunt omnes Aquitaniæ Principes, quibus præcepit pacem firmare, & Eccleſiam Dei Catholicam venerari.*

Digitized by Google

Anno MXXIX. Gauzlenus Bituricenſis Archiepiſcopus, & Floriacenſis Abbas cum multis aliis Galliarum Epiſcopis, interfuit ſolemni conſecrationi baſilicæ Sancti Aniani Aurelianenſis, à Roberto Rege magno ſumptu de nouo inſtauratæ, & tranſlationi reliquiarum huiuſce Diui, Helgaudus. *Poſt quæ omnia cupidus ſanctæ benedictionis Rex Robertus glorioſus, ſuæ ordinationis, benedictionis, & aſſumptionis in Regem anno triceſimo ſexto, iuſsione imperatoria euocauit Archipræſules Gauzlinum Bituricenſem, & Abbatem Floriacenſem, Leothericum Senonenſem, nec non & Arnulphum Turonenſem. Quorum præſentiam ſubſequuntur Præſules, Odolricus Aurelianenſis, Theodericus Carnotenſis, Bernerius Meldenſis, Guarinus Beluacenſis, & Rodulphus Syluanectenſis. Non defuit etiam præſentia Domni & venerabilis Odilonis Cluniacenſium Abbatis, & aliorum bonorum virorum non minimi meriti, cum quibus ſemper deſiderabat colloqui. Ab his pro certo & aliis Dei Miniſtris leuatur illud nobile corpus amici Dei Aniani ſanctiſsimi de ſepulchro, cum corporibus Sanctorum Euſpicij, Monitoris, & Floſculi Confeſſorum, Baudelij & Scubilij Martyrum & Agiæ matris S. Lupi Confeſſoris, & ab ipſo glorioſo Rege, & aliis quos iam prænotauit littera, qui pro tali negotio aduenerant cuſtoditur, laudatur, & decantatur in Hymnis & laudibus in Eccleſia S. Martini, quo ad vſque præparentur vtilia, & neceſſaria ſanctæ benedictioni. Præparatis ergo omnibus ab ipſis Sanctis Sacerdotibus locum ipſum benedici, & conſecrari ſolemniter fecit anno Dominicæ Incarnationis milleſimo viceſimo nono Indictione duodecima.*

Eodem anno Siguino Burdegalenſi Archiepiſcopo

Digitized by Google

diem functo Acius ei ſuffectus eſt, quo paucis diebus ſuperſtite, in ſynodo collecta apud Blauiam à VVillelmo Duce Aquitaniæ, & Sancio Duce Vaſconiæ in eius locum ſublectus eſt Gothefredus patriâ Francus honeſtis moribus præditus, & ibidem conſecratus à Prouincialibus Epiſcopis, Ademarus. *Siguino vero Burdegalenſi defuncto Archiepiſcopo, & Acio poſt eum ordinato, & non longè poſt vita priuato, Dux Aquitaniæ VVillelmus, & Dux VVaſconiæ Sancius adgregato Conuentu apud Blauiam conſtituerunt Archiepiſcopum Gotefridum natione Francum, moribus honeſtum, qui ibidem conſecratus eſt à ſuffraganeis Epiſcopis.*

Eodem anno Sancius Rex Nauarræ Sarracenos multis prœliis debellauit, non ſine ſuppetiis Vaſconum, qui egregiam in hoc bello operam nauaſſe memorantur, Ademarus. *Rex quoque Nauarræ Sancius, adhibitis ſecum VVaſconibus ſuper Sarracenos exercitum duxit, & deuaſtatâ Hiſpaniâ cum multis ſpoliis, & magno triumpho remeauit.* Quo vno teſtimonio facilè exploduntur nugæ Hiſpanicorum ſcriptorum, qui hac ætate Vaſcones à Sancio domitos comminiſcuntur.

Eodem anno conſecrata eſt Baſilica regia S. Saluatoris Lemouicenſis, eo nomine congregata eſt prior ſynodus Lemouicenſis, in qua de Apoſtolatu S. Martialis actum eſt. Huic interfuere Gothefredus Archiepiſcopus Burdegalenſis, Iordanus Lemouicenſis, Iſenbertus Pictauienſis, Roho Engoliſmenſis, Arnaldus Petragoricenſis, Petrus Gerundenſis, Deodatus Cadurcenſis, Æmilius Albienſis, Arnaldus Rutenenſis. Fulco Carcaſſonenſis, Elias Santonenſis. Imperitè ad annum MXXVIII. id refert Chronico MS. Gauffredi

Monachi

Monachi S. Martialis. *Anno Dom.* MXXVIII. *conſecrata eſt baſilica regalis Saluatoris Lemouicæ* XV. *Kal. Dec. idque ab Epiſcopis vndecim quorum nomina hæc pagina continet, Iordanus Lemouicenſis, Iſembertus Pictauienſis, Roho Engoliſmenſis, Arnaldus Petragoricenſis, Petrus Gerundenſis, Deodatus Cadurcenſis, Æmilius Albienſis, Arnaldus Rotenenſis, Fulco Carcaſſonenſis, Elus Santonenſis, Gotefredus Archiepiſcopus Burdegalenſis.* Huiuſce ſynodi meminere Acta ſecundæ ſynodi Lemouicenſis, anni MXXXIV.

Eodem anno è viuis exceſſit VVillelmus, ſuperſtitè Agnete coniuge, ex quâ reliquit duos filios maſculos VVillelmum & Guidonem, qui æquè futuri ſunt ſuis temporibus Duces Aquitanorum, & filiam cognomine Agnetem, quæ nuptura eſt Henrico III. Imperatori.

VVillelmo IV. ne quid vel fabulas omittamus, Haius ſororem aſtruit Mariam cognomine Meluſinam, quæ nupſit Raimundino Comiti, cognomen nacta à duobus caſtris Mello, & Liziniano, quæ ei in ſortem obtigiſſe dicuntur. Hanc variis præſtigiis decantatam, & octauo quoque die pube tenus, in anguem demutari ſolitam circumfertur, quod variis artibus polléret, quod rudi ſeculo monſtro ſimile erat. Fabulæ auctoritatem præſtat, quod plures clariores familiæ in Galliâ, & Germaniâ ab eâ originem reppetunt, vt Liziniana, & Luceburgica, & in galeato ſtemmatum apice præferunt imaginem mulieris in anguem deſinentis, in concha balneari conſidentis, de quo præter vernaculum ſcriptorem iocularem Conrad. Veccrius. in Henrico VII. Luceburgenſi. *Quamquam non me præ-*

Digitized by Google

terit, circumferri iam pridem libellum vernaculâ linguâ conſcriptum de fœmina Melyſſinæ præſtigiis, octauo quoque die, pube tenus in anguem commutari ſolitæ, quam inter maiores ſeptimi noſtri connumerare nituntur, & paulo poſt, *Certè prænobiles tum in Galliis, tum apud inferiores Germanos ſcio familias, & patriæ noſtræ deferentes prænomen, & in galeato imaginum apice, cuius ſtemmatis diligentiſſima, ac minime perfunctoria cura fuit veteribus, id monſtrum cuppæ balneatoriæ inſidens.* Falſi idoneum argumentum eſt, quod Ademarus nobilis Monachus, qui hac ætate, diligentiſſimè perſecutus eſt res Aquitanicas, de Meluſina prorſus ſilet, quam haud dubie non præteriiſſet, ſi eâ ætate eius nomen notum fuiſſet. Et rudi ſeculo aſtrologiæ periti, magicæ artis famam non effugére.

CAPVT XIV.

VVillelmus V. Dux Aquitaniæ Pontius Comes Aruernenſis excommunicatus à Stephano Aruernenſi Epiſcopo ob dimiſſam vxorem, & ſuperductam pellicem Controuerſia de apoſtolatu S. Martialis, Pontij Comitis abſolutio ſubreptitia ſynodus Lemouicenſis II. & Bituricenſis vtraque collecta pro vindiciis apoſtolatus S. Martialis & pace tuenda Agnes VVillelmi IV. Ducis vidua enubit Gaufrido Martello Comiti Andegauenſi in-

Digitized by Google

de ortum bellum inter VVillelmum V. Ducem, & Gaufredum, VVillelmi Ducis captiuitas & obitus, Ramirus Rex Arragonum vxorem ducit Bernardi Rogerij Bigeronum Comitis filiam, nomine Gisbergam primum, poſtea Ermeſendem.

EODEM anno morte VVillelmi IV. VVillelmus id nominis V. è liberis defuncti natu maximus, ex Adelmode priori coniuge, in principatu Aquitanico ſimul & Pictauienſi, primogeniorum iure ſucceſſit, & haud diu poſt vxorem duxit nobilem puellam Euſtachiam nomine, cuius tamen genus ferè incertum eſt.

Sub idem tempus Pontius Comes Aruernenſis excommunicationis diris inuſtus, à Stephano Aruernenſi Epiſcopo, quod abiectâ legitimâ coniuge, aliam ſuperduxiſſet. Geſta Conc. Lemouicenſis MXXXIV. *Stephanus Aruernenſis præſul ante hos annos Pontium Comitem Aruernenſem excommunicatione obſtrinxit, pro vxore legitima, quam dimiſerat, & aliam duxerat.*

Anno MXXXII. incaleſcente controuerſia de Apoſtolatu Sancti Martialis, hac de re conſultus Ioannes XX. Pontifex, apoſtolatus apicem D. Martiali non denegandum pronunciauit, per epiſtolam directam ad Galliarum Epiſcopos, quæ equidem non extat, ſed cuius ſententia habetur in geſtis dicti Conc. Lemouicenſis, quamue epiſtolam, in eadem ſynodo perlectam, & à Patribus conſentiente calculo approbatam, teſtan-

Digitized by Google

tur geſta eiuſdem Concilij. *Ad hæc venerandus Iordanus Lemouicenſis Epiſcopus ait, multa chariſſimi ante hos annos, hac de re facta eſt inquiſitio, quò vſque hæc altercatio ad aures Apoſtolicæ ſanctæ Romanæ ſedis perueniret, ſuper quo Dominus Ioannes Papa, exemplar epiſtolæ nobis eſt dignatus deſtinare, magnoperè teſtificans Apoſtolatus eius gloriam, & redarguens omnes qui eum contradicant eſſe Apoſtolum, quæ epiſtola ſacra conſeruata in promptu habetur, in quo facile claret teſtimonium verum Romanæ ſedis, cui Bituricenſis Archiepiſcopus Æmo reſpondens dixit, textum epiſtolæ Papæ Ioannis, omnibus Galliarum Epiſcopis directæ, ante hos quindecim dies in Concilio Bituricenſi, vbi plures epiſcopi congregati eramus, coram nobis recitari fecimus,* &c.

Anno MXXXIII. Pontius Comes à ſuo Epiſcopo iure riteque excommunicatus, adito Benedicto IX. Pontifice abſolutionis gratiam ab eo ſubripuit, ſed conquerente Stephano Epiſcopo, Pontifex abſolutionem reſcidit, poſteriori reſcripto, quod ab Engelrico Cancellario Anicienſis Eccleſiæ in præfato Concil. Lemouicenſi lectum memoratur, quò huiuſmodi Epiſcopalis diſtrictionis effugij in poſterum via intercluderetur.

Anno MXXXIV. Celebrata eſt ſynodus Lemouicenſis II. huic interfuere Aemo Bituricenſis Archiepiſcopus, Iordanus Lemouicenſis, Stephanus Anicienſis Rorico Aruernenſis, Ragamundus Mimatenſis, Æmibus Albienſis, Deus-dedit ſiue Deodatus Cadurcenſis, Iſembertus Pictauienſis, Arnaldus Petragoricenſis Roho Engoliſmenſis. Geſta huiuſce Concilij. *Ex auctoritate Dei Patris omnipotentis, & Filij, & Spiritus*

ſancti, & Sanctæ Dei genitricis Mariæ, ſancti Petri Apoſtolorum Principis, & Beati Martialis & aliorum Apoſtolorum, atque omnium Sanctorum Dei, nos Epiſcopi in nomine Dei ſpecialiter congregati, Aemo Archiepiſcopus Bituricenſis, Iordanus Antiſtes Lemouicenſis, Stephanus Anicienſis, Rorico Aruernenſis, Ragamundus Mimatenſis, Æmilius Albienſis, Deus-dedit Caturcenſis, Eſimbertus Pictauienſis, Arnaldus Petragoricenſis, Roho Engoliſmenſis excommunicamus illos milites de iſto Epiſcopatu Lemouicenſi qui pacem & iuſtitiam Epiſcopo ſuo firmare, ſicut ipſe exigit nolunt, aut noluerunt, In hac Synodo effractores pacis anathemate damnati, & Apoſtolatus honor decretus B. Martiali ex veterum Letaniarum & Martyrologij fide. Iiſdem de cauſis paulo ante collectum eſt Conc. Bituricenſe præſide Æmone Bituricenſi Archiepiſcopo, vt conſtat ex geſtis Conc. Lemouicenſis loco modo laudato. Eoque ſpectat haud dubiè, quod plura concilia hoc tempore pacis tuendæ causâ primum in Aquitania, ac deinde in aliis Galliarum partibus congregata eſſe teſtatur Glaber. *Contigit* Lib. 5. cap. 1 *vero ipſo in tempore inſpirante diuina gratia primitus in partibus Aquitanicis, deinde paulatim per vniuerſum Galliarum territorium firmari pactum, propter timorem Dei pariter & amorem, taliter vt nemo mortalium à feriæ quartæ veſpere, vſque ad ſecundam feriam incipiente luce, auſu temerario præſumeret, quippiam alicui hominum per vim auferre, neque vltionis vindictam à quocumque inimico exigere, nec etiam à fideiuſſore vadimonium ſumere, quod ſi ab aliquo fieri contigiſſet, contra hoc decretum publicum, aut de vita componeret, aut à Chriſtianorum conſortio expulſus patria pelleretur. Hoc inſuper placuit*

vniuerſis, veluti vulgò dicitur vt Treuga Domini vocaretur, &c.

Iam ab anno MXXXIII. Agnes vidua VVillelmi IV. enupſit Gaufrido Martello Comiti Andegauenſi, impares nuptias ſortita, quod Santonici Comitatus nomine Gaufridus Aquitaniæ Ducis beneficiarius eſſet. His nuptiis offenſus VVillelmus Dux, ipſius priuignus inito delectu Gaufridum bello petiit, per annum tractum eſt bellum. Anno MXXXV. graue initum eſt prœlium iuxta S. Iouini Monaſterium in finibus Pictonum, diu acriter æquo marte certatum, tandem inclinante acie Aquitanica, VVillelmus ipſe infeliciter vulneratus, captuſque, per triēnium ab hoſte duriſſimâ cuſtodiâ detentus, donec tædio captiuitatis ad fœdas conditiones pacis coactus eſt Fragment. Pithean. Hiſt. Aquitanicæ. *Factum eſt autem vt Guillelmus Dux Aquitaniæ, & Gaufredus Comes Andegauenſium graui perduellione, ſe ſuoſque per annum armis peſſumdarent, donec Guillelmus ſui captura finem rixæ imponeret, multis mortalibus ante interfectis.* Et Guillielmus Pictauienſis. *Brachium leuabat in nos quo non leuiter ſeſe vulnerabat Gaufredus Martellus, huic enim calliditate bellandi egregie inſtructo, vnde triumphum non pollicitarentur Andegaui, Turoni, Pictones, Burdigala, multæ regiones, ciuitates plurimæ, quæ ſignis eius parebant. Is namque dominum ſuum Comitem Pictonum & Burdegalæ vi bellica cepit, neque ante poſt liminio conceſſit reuerti, mancipatum indigniſſimæ cuſtodiæ, quam argenti & auri pondus grauiſſimum, atque prædia ditiſſima extorſit cum ſacramento depactis.* Pactis conditionibus VVillelmum Gaufrido ceſſiſſe ditione Burdegalæ, ac de cæteris

De Geſt. Guillelmi Duc. Norman. p. 182.

ſeſe vectigalem feciſſe refert VVillelmus Malmesburienſ. *Eo tempore erat Comes Andegauorum Gaufridus cognomento Martellus, quod ipſe ſibi vſurpauerat, quia videbatur ſibi felicitate quadam omnes obſiſtentes contundere. Denique dominum ſuum Comitem Pictauenſem aperto marte cepit, ferreiſque vinculis innodatum, ad ignobiles pacis conditiones adduxit, Burdegala & confinibus vrbibus cederet, de cæteris annuum vectigal penſitaret.* Sed quo iure VVillelmus Burdegala ceſſerit non conſtat, cum iure materno eam obtineret Odo frater, ſine liberis defuncto Sancio Duce Vaſconiæ, & Comite Burdegalenſi auunculo ſuo. Tædio cuſtodiæ, & pudore diſcriminis enectus VVillelmus, quarto poſt ſolutam captiuitatem die fatis conceſſit, & quaſi victoriæ præmium Agnetem nouercam Gaufridus matrimonio ſibi coniunxit, & ſpecie tutelæ, defuncti fratres in poteſtatem redegit, ſi fides VVillelmo Malmesbur. loco laudato. *Sed ille vt creditur pro ferri iniuria, & ciborum inedia, beneficio opportunæ mortis, poſt triduum perpetuæ ignominiæ exemptus eſt, tum Martellus ne quid deeſſet impudentiæ, nouercam defuncti matrimonio ſibi copulauit, fratres in tutelam recipiens, quo ad poſſent principatui regendo ſufficere.* Et Guillelmo Pictauienſi. *Porro ipſius defuncti poſt redemptionem die quarto & nouercam præcipuæ nobilitatis thoro ſuo ſociauit, & fratres in tutelam ſuam accepit, & theſauros cum tota bonorum, ac potentiæ amplitudine quaſi ditioni ſuæ vindicauit.* Sed nuptias præceſſiſſe, ac belli quod interceſſit inter VVillelmum & Gaufridum cauſam fuiſſe longe veriſimilius eſt. VVillelmus Dux deceſſit anno circiter MXXXVIII. quo & anno contigit obitus Conradi

Lib. 3. de Geſt. Reg. Anglor. & poſt eũ Antoninus Florent. part. 2. tit. 16. c. 6. §. 3.

Digitized by Google

Lib. 4. c. 9. Imperatoris. Glaber. *Eodem nihilominus anno Conradus cuius ſuperius mentionem fecimus, apud Saxoniam Romanorum obiit Imperator, cuius filius Henricus nomine quem ipſe viuens pro ſe Regem conſtituerat imperauit. VVillelmus etiam Pictauorum Comes multis pecuniis liber à captione, quâ filius Fulconis Gotfredus cognomento Martellus illum in prœlio capiens, ſpatio trium annorum tenuerat, ad propria remeans ipſo in anno finem vitæ habuit.*

Anno MXXXVI. Ramirus I. Rex Arragonum vxorem duxit Bernardi Rogerij Bigeronum Comitis filiam, nomine Gisbergam ab initio, ſed poſtea notam Ermeſendæ nomine. Nuptiarum regiarum authores fuere Ricardus Epiſcopus Bigeronenſis, Garcias & Guillelmus, vterque cognomine Forto, proceres Labadani, tractus Aquitanici, Zurita. *Richardus Epiſcopus*

In indicib. rer. Arrag. *Bigeronenſis, Garcias Forto, & Guillelmus itidem Forto ex proceribus Labadanæ regionis Aquitaniæ, Auguſto menſe Ramiro Regi, Gisbergam tradunt Bernardi Rogerij Bigeronum Comitis filiam, & Garſendæ eius vxoris, eam Rex in matrimonium ducit. Vetus rerum Aragonenſium ſcriptor Gisbergæ nomen ſacri fontis baptiſmate ſortitam fuiſſe perhibet, & vocitatam Ermeſendam, nomine tamen Ermeſendæ vſam vetuſta monumenta teſtantur.*

Digitized by Google

RERVM AQVITANICARVM. LIBER X.

Capvt I.

Odo I. germanus VVillelmi V. Dux Aquitaniæ eius infelix caſus. Authoris iudicium de Bochetio. Petrus VVillelmus VI. cognomine acer Dux Aquitaniæ Vindocinenſe Monaſterium fnndatum à Gaufrido Martello Comite Andegauenſi & Agnete eius coniuge, primum nuptâ VVillelmo IV. Duci Aquitaniæ, Hocce Monaſterium exemptum vnde dicitur Alodium S. Petri. Henrici III. Imp. nuptiæ cum Agnete natâ VVillelmi IV. Ducis Aquitaniæ. Gaufridus Martellus Theobaldum Comitem Bleſenſem vrbe Turonum incluſum vnà cum vrbe capit, Gaufredo Comiti Engoliſmenſi ſuccedit Fulco eius filius, eiuſdem geſta in Pictones, ab eodem

caſtrum Mauritaniæ apud Santones obſidione liberatur. Galterius Abbas Stirpenſis ſanctitate clarus, Robertus fundator & primus Abbas Monaſterij Caſæ Dei in Aruernis.

SINE liberis deficiente Guillelmo V. Odo I. eius frater patre Guillelmo IV. è Briſca Sancia ſecunda coniuge prouectus in ducem Aquitaniæ, & Comitem Pictonum, æquè Gaufridum Martellum Comitem Andegauenſem, qui Agnetem viduam parentis vxorem duxerat, & ex ea ſuſceptos liberos ſpecie tutelæ in poteſtate habebat, nimis infenſum expertus eſt. Hic caſtrum munitiſſimum cui nomen Germundum ab Andegauenſi ſibi oppoſitum Guillelmo Partheniacenſi, præſidij cauſâ rectore impoſito, oppugnauit in caſſum: inde ſubmotis copiis Mauriacum caſtrum obſidione tentauit, ſed nihilo fratre felicior, ibi vitam amiſit, & vnà cùm parente & fratre in Monaſterio Malleacenſi conditus, Chronic. MS. Malleacenſe. *Anno* MXXXVII. *VVillelmo Comite mortuo Pictauenſes in magno angore & anxietate poſiti, ac morte principis ſui ſicut oues ſine Paſtore relicti Odonem Comitem germanum eius ex patre ſupradicto, ab Gaſconia conuocauerunt. Eodem tempore Gaſtinenſes Germundum caſtrum conſtruentes auxilio Andegauorum, Guillelmo Partiniacenſium in eodem caſtro Principe. Interea Odo Comes veniens à Gaſconia voluit capere Germundum caſtrum, ſed non potuit capere. Inde reuerſus Mauſiacum,*

quem pari modo reperit repugnãtem, expugnare cœpit. Vbi hinniando, cum cepiſſet attendere, occiſus eſt. Cuius corpus ſepultum eſt Malliaco, vbi pater & frater erant humati. Huius non meminit Bochetius, qui etſi in multis ſomnolentior ſit, ſuâ tamen laude non caret, de his enim prioribus ſuæ gentis hiſtoriæ indagatoribus idem ferè ſentiendum, quod de his qui primi nouum orbem terrarum aperuere, qui etſi interiora non penetrarint, maximam laudem meruere, quod vlterius progrediendi poſteris copiam fecére.

Cruenta nece erepto Odone Petrus idemque Guillelmus VI. cognomine Acer, vnus è liberis VVillelmi IV. ex Agnete tertia vxore, Aquitaniæ ſimul & Vaſconum Pictonumque principatum adeptus eſt, anno circiter MXL.

Eodem anno dedicatum eſt Monaſterium Vindocinenſe titulo ſanctæ Trinitatis, quod communi ſumptu fundarunt Goffridus Martellus Comes Andegauenſis, & Agnes eius vxor quæ primum nupſerat Guillelmo IV. Duci Aquitaniæ, Chronic. MS. S. Albini Andegauenſis. *Pridie Kalend. Iunij apud Vindocinum caſtrum Monaſterium S. Trinitatis dedicatum eſt, anno ab incarnat. Dom.* MXL. Id ipſum teſtantur tabulæ Theodorici Carnotenſis Epiſcopi pro Monaſterio Vindocinenſi ipſo dedicationis eius die ſcriptæ, quas edidit Iac. Sirmundus in calce operum Goffridi Vindocinenſis. *Ego Theodoricus Dei gratia Carnotenſis Epiſcopus vniuerſis ſanctæ Eccleſiæ fidelibus notum facio, quod Gaufridus inclytus Comes, & vxor eius venerabilis Agnes Comitiſſa Monaſterium ſanctæ & indiuiduæ Trinitati dicatum in caſtello ſuo quod Vindocinum dicitur, ex noſtro*

conſilio propriis ſumptibus conſtruxerunt noſtroque & Clericorum noſtrorum aſſenſu, & conceſſione, B. Petro & eius Romanæ Eccleſiæ in patrimoniū & Alodium obtulerūt. Hinc ipſe Gofridus non vnâ in epiſt. ad Guillelmum Ducem Aquitaniæ, eius deceſſores Monaſterij ſui fundatores agnoſcit. Nimirum quia eius proauia fuit, Agnes fundatrix. Lege fundationis Monaſteriam dicitur oblatum B. Petro in Alodium, quia ab initio fundationis fuit exemptum, & immediatè ſubditum Eccleſiæ Romanæ, & quaſi prædium proprium ſedis Apoſtolicæ, vnde Vindocinenſe Monaſterium Alodium B. Petri, & ſe Alodiarium B. Petri profitetur ipſemet Abbas Vindocinenſis, perperam huiuſce Monaſterij initia in annum M L X V I. reiecit Ioannes Tillius.

Lib. 5. epiſt. 20. 21.

Lib. 2. ep. 2. & 3. & lib. 2. ep. 11.

In chronic.

Anno MXLIII. Henricus III. Imperator Francos nuptiali fœdere ſibi conciliaturus, Agnetem Guillelmi IV. Ducis Aquitaniæ filiam vxorem duxit, Veſontione pactis ſponſalibus, Ingelheim ſecutis nuptiis, de quibus hoc ſingulare memoratur, quod cum hiſtriones plurimi ad nuptias ſpe regiæ mercedis conueniſſent, à principe omnino vacui dimiſſi, eâ cui inhiabant pecuniâ in pauperes erogatâ. Hermannus Contractus. *Henricus Rex deinde Agnetem VVillelmi Pictauienſis Principis filiam, Reginam apud Moguntiam vrbem vngi faciens, regalibus ſibi nuptiis eam apud Ingelheim villam regalem copulauit, vnde infinitam hiſtrionum & ioculatorum multitudinem, ad laudis ſuæ cumulum, vacuam & inanem ſine cibo, de muneribus mœrentem abire permiſit.* Idem Lambertus Schafnaburg. Otho Friſingenſis, Abbas Vrſpergenſis, Albertus Stadenſis. Eo

ad an. 1043.

De reb. geſt. Germ. ad ann. 1043.

diſcrepat Hermannus Contractus, quod nuptias refert in annum MXLIV. eaſdem in annum MXLV. remouet Glaber qui & locum ſponſalium ſignat. *Eodem vero anno, id eſt quinto poſt quadrageſimum, atque milleſimum Dominicæ incarnationis annum, ante dictus Henricus F. Conradi Rex Saxonum iam in re, Romannorum vero Imperator in ſpe, duxit vxorem filiam VVillelmi Pictauorum Ducis nomine Agnetem, quam etiam deſponſauit in ciuitate Chryſopolitana, quæ vulgo Veſuntio vocatur, illuc denique ob amoris ac beneuolentiæ gratiam, vtriuſque conuenit maxima nobilium multitudo, Epiſcoporum vero numero* XXVIII. Imperitè Agnetis Patrem Narbonenſis Prouinciæ præfectum ſibi fingit Auentinus. Fœdior multo lapſus Georgij Fabricij, ſcriptoris Germanici, qui Agnetem iſtam Regis Pictauienſis in minori Armeniâ filiam credidit, cum omnibus notum ſit Pictauienſes non ignobiles eſſe Aquitaniæ populos.

Lib. 6. chr. cap. 32. In Henrico. ad an. 1043. Lib. 5. Annal Boior.

Anno MXLIV. Gaufridus Martellus Comes Andegauenſis rerum geſtarum ſucceſſu tumens Theobaldum Comitem Bleſenſem bello petiit, & incluſum vrbe Turonum vnà cum vrbe, vi armorum eum cepit, & pro redemptionis pretio vrbem iam partam tulit Chron. MS. Thuanum. *Per idem tempus Gaufridus Martellus Comes floruit. Hic deuicit Comitem Pictauenſem, & Theobaldum Bleſenſem, & accepit pro redemptione vrbem Turonicam.* VVillelmus Malmesbur. *Gaufridus Martellus Comes, mox Theobaldi Comitis Bleſenſis ingreſſus limites vrbem Turonicam obſedit, ipſum ciuibus ſuis auxilium ferre volentem conſortio ærumnæ implicuit, ſiquidem captus, & in ergaſtulo recluſus, vrbem ſibi, omnibuſque ſuis hæredibus in perpe-*

De Geſt. Reg. Angl. lib. 3. in VVillelm. I.

Digitized by Google

tuum abiurauit. Pudendam miſeriam hominis quis dixerit, vt pro ambitione quantulæcunque vitæ, tantæ vrbis dominio ſucceſſores ſuos perpetuo fraudaret.

Anno MXLVIII. diem obiit Gaufredus Comes Engoliſmenſis, ei ſucceſſit Fulco eius filius natu maior, vir magnæ fortitudinis & militia ſtrenuus. Hic Pictauenſes finibus ſuis hoſtili irruptione infeſtos, viriliter repulit Coniacum vſquè, & caſtrum Mauritaniæ pagi Santonenſis à Duce Aquitaniæ obſeſſum, & vltimas ad anguſtias ferè redactum obſidione liberauit Chronicon Engoliſmenſe MS. *Obiit autem Gaufredus Comes* MXLVIII. *anno ab incarnatione Domini ſucceſſit vero illi in Comitatum, ſicut ipſe in vitâ ſua diſpoſuerat, Fulco filius eius primogenitus ſicut ab antiquis accepimus, vir magnæ fortitudinis & audaciæ, & in militia ſtrenuiſſimus, qui inter cætera quæ viriliter egit, Pictauenſes de terra in quâ ad deuaſtandum irruerant audacter inuadendo repulit, & vſque Coniacum fortiter inuadendo, inſtando, & pugnando fugauit, & multos ex eis cepit. Inſuper in Santonenſi pago caſtrum Mauritaniæ ab obſidione, quâ Dux Aquitaniæ illud clauſerat, & iam ferè ad captionem conſtrixerat, cum magno ſuo exercitu illuc perueniens, ad magnam ſui gloriam liberauit.* Caſtrum id Mauritaniæ idem reor, quod locum Mauricaniæ, qui ſuper Garumnam flumen locatur in vita B. Martialis. *Dum hæc agerentur admonitus eſt à Spiritu ſancto B. Martialis pergere ſuper Garonam fluuium, in loco qui dicitur Mauricania, vbi multus vndique conueniebat populus* & rurſus alio loco. *Poſt hæc Beatus Martialis à Mauricania reuerſus Lemouicum ſolum repedauit*, Gallicè *Mortaigne.*

Anno M L. ſanctitatis laude claruit in Aquitania

Gauterius Stirpenſis Abbas, id nomen cœnobio canonicorum regularium in Diœceſi Lemouicenſi. Huic pro vitæ meritis poſtea à Victore II. datum ius de criminibus puniendis cognoſcendi Chronic. MS. Thuanum. *Floruit hoc tempore Sanctus Gauterius Stirpenſis Eccleſiæ Abbas, in territorio Lemouicenſi, cui pro ſanctitatis piæ merito Victor Papa auctoritatem iudicandi de criminibus contulit, vt pote viro diſcretiſſimo, & ſapientiæ titulis adornato.* Hic non alius haud dubie à Galterio ſeu Gauterio, variat enim lectio, Stirpenſis Eccleſiæ præpoſito, ad quem pertinet Iuonis Carnotenſis epiſtola. *Quantum intellexi ex litteris ex veſtra parte mihi nuper oblatis, grauiter fert veſtra fraternitas quod Lemouicenſis Epiſcopus in Synodo agens interdixit omnibus regularibus clericis, & regimen Parochiarum, & confeſſionem pœnitentium.* Epiſt. 69.

Eodem anno S. Robertus patria Aruernus conſenſu & conſilio Renconis Aruernenſis Epiſcopi, accedente auctoritate Henrici I. Francorum Regis, & Leonis IX. Pontif. Monaſterium Caſæ Dei in finibus Aruernorum extruxit, eiuſque primus Abbas extitit, vt refert eius vitæ ſcriptor, apud Surium. *Videns Dei famulus tanti boni præparatam diuinitus occaſionem, ſcienſque veraciter ad ſuæ periculum animæ pertinere, ſi tam multorum ſaluti propriæ, quietis reſpectu deeſſet, habita ſuper hoc cum fratribus ſuis deliberatione, aſſenſu etiam & conſilio Aruernenſis Epiſcopi bonæ memoriæ Renconis, cœpit Monaſterium ædificare, cum ſumma omnium gratulatione iuxta loculum, in quo prius habitauerat, & proſperè conſummauit. Eo tempore Francis imperabat Henricus, ſedem Apoſtolicam Leo nonus tenebat. Papam igitur* 14. April. Tom. 2.

ſupradictus Epiſcopus adiit, vir ſanctus Regem Francorum vtrique ſuper noui loci ſtabilitate authoritatis robur & congrua priuilegi[illegible] ſuccedit ad votum, Rege non ſolum petita annuente, ſed & domum Dei & virum ſactum regiis honorante muneribus, Papâ verò decretis Apoſtolicis roborante conſilium, inſuper etiam hominem Dei cuius famam ſanctitatis audierat licet inuitum Fratribus præficiendum mandante. Factum eſt ita & dedicato Monaſterio, vir beatus Monachicum habitum, regimenque ſuſcepit, tam Fratrum precibus quam præſulis authoritate. Idem teſtatur Gaufridus Monachus in vita S. Bernardi Tironenſis vbi de Renaudo S. Cypriani Pictauienſis Abbate. *Hic*, inquit, *S. Roberti fundatoris illius Monaſterij, quod Caſa Dei dicitur Diſcipulus fuerat.*

Cap. 2.

Capvt II.

Ermeſindis vxor VVillelmi VI. Ducis cognata Agnetis Auguſtæ dicta Petro Damiani Cognati id eſt affines. Comites Campaniæ vnde Palatini dicti, Agnes Auguſta Henrici IV. filij impuberis tutelam ſuſcipit, Stephanus de Mureto fundator Ordinis Grandimontenſium. Grandimontenſes Boni homines dicti. VVillelmi VI. Ducis obitus, Ermeſendis eius vidua Deo ſe dicat.

ANNO MLI. VVillelmus Dux vxorem ſibi copulauit puellam nomine Ermeſindem. Chronic. Malleacenſ.

Malleacenſ. MS. *Tunc quoque Guillelmus Pictauorum Dux, & Comes duxerat vxorem nomine Ermenſeldeim.* Et hanc non eſt quod dubitemus, eandem fuiſſe cum Ermiſinde quam multis laudibus celebrat Petrus Damiani non vno loco, idem enim eandem vocat cognatam Agnetis, cum ait Agnetē ſeceſſiſſe Romam. *cum Hermiſinde cognata ſua*, id eſt cum vxore fratris, quia & affines vulgus cognatos appellat, vt vxorem fratris cognatam in can. quod autem XXXV. qu. v. & apud Gregorium I. *Cum cognata*, inquit, *miſceri prohibitum eſt*, id eſt cum vxore fratris. Nonnumquam etiam & ea ætas conſanguineos proximos cognatos vocauit, Iacobus à Vitriaco de inſtituto Canonicarum ſæcularium loquens. *Nec deſunt menſis earum conſanguinei in primo gradu ſibi propinqui, quos cognatos ſuos appellant.*

Lib. 7. epiſt. 5. & 6.

In 6. Reſp. ad quæſt. Aug. Cantuar.

Hiſt. occid. lib. 2. c. 31.

Anno MLIV. Theobaldus Odonis Campanienſis Comitis filius & Comes Carnotenſis è Galliis ad Henricum III. Imp. venit, ab eoque miles effectus eidem fidem & militare obſequium promiſit Teſtis Hermannus Contractus. *Moguntiæ*, inquit loquens de Henrico III. *Paſchale feſtum celebrauit, vbi Theobaldus Othonis ad eum de Galliis veniens, & miles eius effectus, auxilium ſuum illi pollicitus eſt.* Ab eo tempore Campanienſes Comites titulum Palatinorum Comitum ſibi aſſeruiſſe credidit Nicol. Vignerius. Sed in eo deceptum conſtat, quod antè eum Odo pater Palatinus Comes dictus eſt, & huic potius eſt quod Palatini Comitis titulus acceptus feratur, quod idem ab Henrico Dux Alemanniæ conſtitutus legitur, teſte ipſo Hermanno Contracto *Otho Palatinus Comes Pa-*

ad an. 1054.

In Chron. Burg.

ad ann. 1045.

ſchali hebdomada Dux Alemanniæ apud Goſlart à Rege conſtituitur. Certè Campanienſes Comites Palatini Comitis titulum affectaſſe crediderim, ob officium quod inde geſſere in aula imperatoria. Comites enim Palatini dicuntur qui hoc officij gerunt in palatio Io. Saresber. *Sic à principe in enſis materialis communionem,*
Epiſt.263. *Comites quidem quaſi mundani iuris præſules aſciſcuntur, & quidem qui hoc officij gerunt in palatio iuris auctoritate Palatini ſunt, qui in prouinciis prouinciales.*

Anno MLVI. Henrico III. defuncto, eius filio Henrico IV. ad huc impubere Agnes Auguſta eius mater primorum ſtudiis, eius tutelam ſuſcepit, & imperium per aliquot annos ſtrenuè rexit. Hermannus
ad an.1056. Contractus. *Henricus Imperator morbo ingraueſcente infirmatus obiit ann. ætatis ſuæ* XXXIX. *regni verò* XVIII. *Imperij* XV. *indictione* X. *qui inde aſportatus Nemetumque tranſlatus, in Eccleſia Sanctæ Mariæ, quam ipſe conſtruxerat, adhuc imperfectâ, iuxta patrem, matremque ſepultus, & filius eius Henricus IV. ſeptimum ætatis annum habens, pro eo regni iura ſuſcipiens, à primoribus matri Imperatrici educandus eſt commendatus.* Idem Lam-
ad eund. ann. bertus Scafnaburgenſ. *Regnum pro patre obtinuit filius eius Henricus IV. quinque annorum infantulus anno poſtquam in Regem vnctus fuerat tertio, ſumma tamen rerum & omnium quibus facto opus erat adminiſtratio penes Imperatricem remanſit, quæ tantâ arte periclitantis reipublicæ ſtatum tutata eſt, vt nihil in ea tumultus, nihil ſimultatis*
Lib.6.c.34. *tantæ rei nouitas generaret.* Idem Otho Friſingenſis.

Eodem anno diem obiit B. Stephanus de Mureto Fundator ordinis Grandimontenſium, hic ortus apud Aruernos nobilibus parentibus, patre Stephano Mu-

Digitized by Google

reti oppidi Domino, quod eſt in ſubvrbano Lemouicenſi Miloni Beneuentano Archiepiſcopo diſciplinæ causâ traditus, cum magiſterio decem & duorum annorum factus, & inſtitutus fuiſſet, deſiderio eremiticæ vitæ accenſus diſceſſit, varios eremi receſſus perſcrutatus, locum ſibi idoneum electurus, tandem patriam regreſſus, in ipſo Mureto monte ſedem fixit & anguſtiori tuguriolo excitato, ibidem aſperrimam vitam ducere cœpit ab anno MVI. & ſanctitatis famâ multis congregatis fratribus Monaſterium extruxit, & congregationis ſuæ exordia poſuit. Hanc cum aliquot annis ſumma cum laude rexiſſet, tandem pietate & miraculis clarus, in Domino quieuit anno vt dixi MLVI. ætatis ſuæ anno LXXX. & in Monaſterio ſuo ſepultus Diuorum in numerum relatus, ad Idus Febr. ſolenni die dicato. Non multo autem poſt tempore, diuino monitu à Petro Abbate eius ſucceſſore monaſterium vnà cum reliquiis Stephani tranſlatum, in locum proximum cui nomen Grandiſmons, à quo ipſi Monaſterio, & vniuerſæ congregationi nomen acceſſit. Fusè hæc Vincentius Beluacenſ. Stephanum de Mureto Grandimontenſis ordinis auctorem profitetur, & ordinem multis commendat Stephanus Tornacenſis in epiſt. ad Robertum Priorem Pontiniacenſ. pro quibuſdam Grandimontenſibus ad Ciſtercienſes elapſis. *Ipſi autem non Auguſtinum, ſed quendam vt dicunt Bonum hominem Stephanum de Mureto magiſtrum ſuum profitentur, libellus etiam qui eorum conſtitutiones continet, non regula appellatur ab eis ſed vita.* Hinc à magiſtri titulo Grandimontenſes vulgus Bonos homines appellauit. Idem Stephanus Torna-

Lib. 16. ſpecul. hiſt. c. 46. ad 50.

Epiſt. 1.

cenſ. eodem loco. *Gradimotenſium grande nomen, hominibus placent, & ſerui Chriſti ſunt, Boni homines appellantur*, & poſt multa, *ſi ab eis quæſieris cuius ordinis ſunt, reſpondent peccatores ſumus, ſi ab aliis Bonos homines eſſe dicunt, nam & in prouincia illa vnde originem habent, vbi eſt caput & ſedes eorum, cellulæ ipſorum Bono homine appellantur.*

Anno MLVIII. VVillelmus VI. Dux Aquitaniæ. Cum Gaufredum Martellum Comitem Andegauenſem Salmurio caſtro clauſum obſidione teneret, dyſſenterico alui fluxu correptus obſidionem dimiſit, nec diu ſuperſtes ex hac ægritudine vitâ ſolutus eſt, Ermeſendis eius vxor, viri luctu ſe Deo dicauit, caſtitatem profeſſa. Chronic. Malleac. *M S. Anno* MLVIII. *Vuillelmus qui & Petrus cognomẽto Acer adunato exercitu vallauit caſtrum, Salmurum ſimul & Gaufredum Martellum incluſit in eo, vbi hinniando dum aptaret ad bellum exercitum, dolore diſſenteriæ mortis percuſſus, reuerſus eſt infirmus, ex qua infirmitate mortuus eſt, reliquens terrenum regnum. Huic fuit coniuncta in coniugio Ermeſendis, quæ amore illius vouit ſe viduam, & caſtam permanere vſque ad mortem.*

Digitized by Google

CAPVT III.

Guido cognomine Gaufridus Guillelmus VII. Dux Aquitaniæ. Guillelmi nomen Gentilitium Ducibus Aquitaniæ, & familiare huiuſce ætatis optimatibus. Guidonis geſta ante principatum, VVido adeſt inaugurationi Philippi I. Synodus Iaccenſis cui præfuit Auſtindus Auxitanus Archiepiſcopus. Auxitanorum ciuitas Metropolis totius Vaſconiæ. Balduinus Comes Flandrenſis Procurator Regni, ſpecie delectus in Sarracenos Vaſcones tumultuantes compeſcuit, VVido Dux bello petit Hugonem de Liziniaco. Guillelmus Epiſcopus Engoliſmenſis, eiuſque geſta.

GVILLELMO VI. ſine liberis morte ſublato, ei ex aſſe ſucceſſit Guido frater cognomine Gaufridus qui & poſt principatum, adiecto alio cognomine Guillelmus VII. dictus eſt. Guidoni placuit id nominis, fuit enim quaſi gentilitium, & proprium Ducum Aquitaniæ. Hac ratione qui primus ex Alienora Duciſſa Aquitaniæ natus eſt filius Henrico Duci Normanniæ, & poſtea Regi Anglorum, vocatus eſt Guillelmus, vt Aquitanis & Pictonibus con-

ciliaretur aſcito familiari & quaſi proprio nomine Ducũ Aquitaniæ, & Comitum Pictauenſium Chron. Normannor. *In eiſdem octauis, ſub S. Laurentij, naſcitur filius Henrico Duci Normanniæ ex vxore ſua Alienor Comitiſſa Pictauienſi, vocatus eſt idem VVillelmus, quod nomen eſt quaſi proprium Comitibus Pictauorum, & Ducibus Aquitanorum.* Inde ſecutis temporibus Guillelmi nomen adeo celebre fuit, Gallicos inter optimates, vt ſolenni in epulo ſimul accubuerint, decem & centum milites, ſeu equeſtris ordinis viri, quibus vnum & idem fuit Guillelmi nomen, Robert. Montenſis. *Henricus Rex iunior ad natalem fuit ad Bur, iuxta Baioc, & quia tunc primum tenebat curiam in Normannia, voluit vt magnificè feſtiuitas celebraretur. Interfuerunt Epiſcopi, Abbates, Comites, Barones, & multa multis largitus eſt. Et vt appareat multitudo eorum qui interfuerunt, cum VVillelmus de Sancto Ioanne Normanniæ Procurator, & VVillelmus filius Hamonis Seneſcallus Britanniæ, qui venerat cum Gaufrido Duce Britanniæ Domino ſuo, comederent in quadam camera, prohibuerunt ne quis miles comederet in eadem camera, qui non vocaretur VVillelmus. Et eiectis aliis de camera remanſerunt centum & decem milites, qui omnes vocabantur VVillelmi, exceptis plurimis aliis eiuſdem nominis, qui comederunt in aulâ cum Rege.*

ad an. 1151.

ad an. 1173.

Guido Dux iſte fratre adhuc ſuperſtite, multa bello præclara geſſit, & dum VVillelmus Spurius Dux Normannorum Arcas obſideret, aduerſus VVillelmum Comitem Arcenſem patruum ſuum, Henrico Regi Francorum qui Arcenſis partes fouebat, dolo dedita arce, cui nomen Molendinis in pago Andega-

Digitized by Google

uenſi, huic regium præſidium impoſitum Duce Vidone Comite, verum is cum Arcas caſtrum captum audiſſet, ibi demorari haud tutum ratus, inde migrauit. Guillelmus Pictauenſ. *In ipſa mora obſidionali Normannorum, aliquanti potentiores ab Duce ad Regem defecerunt, quos iam antea conſpirationis rebellantium, occultique fuiſſe adiutores opinabile erat, maliuolentiam quâ olim contra infantem fuerant inflati, nondum euomuere totam, eorum è conſortio Guimundus præſidens munitioni, quam Molendinas appellant, in manum Regis eam dedit, impoſita eſt regia cohors, Guido frater Comitis Pictauenſis Guillelmi, atque Romanæ Imperatricis & cum eo viri militares atque illuſtres, verum & ij, & quiqui alias relicti ſunt, à Francis cum deditas eſſe comperiſſent Archarum latebras ſeſe noſtris fugâ furati ſunt.* Et poſt eum VVillelmus Malmesbur. *Huiuſce obſidionis interuallo populus caſtri quod Molendinis dicitur, exoleſcens ad partes Regis incentore quodam Gualterio tranſiit. Imponitur ibi non ſegnis militum manus, præfecto Guidone fratre Comitis Pictauenſis. Is aliquantis diebus ſedulo militiæ munia executus eſt, verum crebreſcente famâ Archenſis victoriæ Franciam elapſus, non leue incrementum acceſſit ducalis gloriæ.*

De Geſt. Guillelm. Duc. Norm.

Lib. 3. de Geſt. Reg. Anglor.

Anno MLIX. VVido Dux interfuit regiæ inaugurationi Philippi I. vna cum primoribus Aquitanicis vtriuſque ordinis, nempe VVillelmo Comite Aruernenſi, Hildeberto Comite Marchiæ, Fulcone Engoliſmenſi, & Vicecomite Lemouicenſi, Itherio Epiſcopo Lemouicenſi, VVillelmo Engoliſmenſi, Arnoldo Santonenſi, Gontone Abbate S. Flori, Arnoldo Pictauenſi, & Hugone Carrofenſi. teſtis eſt Ioannes Tillius

Au Recueil des grands de France pag. 26.

ex fide veterum tabularum.

Anno MLX. Iaccæ id nomen Vaſconum oppido, inita eſt Synodus Epiſcoporum, cui præfuit Auſtindus Auxitanus Archiepiſcopus, cum Heraclio Begorritano Stephano Olorenſi, Ioanne Lectorenſi. In hac ſedes epiſcopalis quæ Oſcæ iam olim conſtituta erat, quod ea eſſet Sarracenorum in poteſtate, Iaccam tranſlata, ſaluo honore matricis, ita vt quandocumque Oſca reciperetur à Barbaris Iacetana ſedes Oſcenſi ſubiiceretur, & velut filia parentem coleret. Zurita. *Sanctius Epiſcopus Aragonenſis, Heraclius Bigeronenſis, Stephanus Olorenſis, Gomecius Calaguritanus, Ioannes Lectorenſis Epiſcopi, Auſtindo Auxitano Archiepiſcopo aſſidentes Iaccæ vetuſto Vaſconum oppido Concilium eius Prouinciæ celebrant, quam & cis Pyreneum, & eâ Aquitaniæ regione quæ Vaſconia illis temporibus dicta eſt, nunc Gaſconia vocatur, aut Regi Ramiro paruiſſe, aut fœdere fuiſſe adiunctam, non opinione ſolum, ſed etiam plane ad veritatem hoc vno monumento mihi perſuadeo. Eccleſiaſtica ſedes Iaccæ conſtituitur, quæ priſcis temporibus Oſcæ collocata fuerat, decernuntque vt quandoque diœceſis caput ab impiorum dominatu eriperetur, illi Iaccetana ſedes ſubiiceretur, & tamquam filia parentem pie ſancteque coleret, &c.*

Indic. Reg. Arag. in Ramiro.

Eluſâ iam olim euerſâ Auſciorum oppidum ſurrexit in Metropolim totius Vaſconiæ, ſeu tertiæ Aquitaniæ, vt colligitur ex hoc loco & vita D. Bernardi, qui proximo ſeculo claruit. *In ciuitate Auxitanorum, quæ metropolis eſt Vaſconiæ, miles quidam infirmabatur.*

Lib. 4. c. 1.

Eodem anno morte Henrici I. Philippo I. adhuc impubere in regni faſtigium ſublato, Balduinus Comes Flandrenſis regiam tutelam, ſeu Procurationem

regni

Digitized by Google

regni ſuſcepit. Lubenti animo aſſenſere cæteri Galliæ proceres, renitentes viſi ſunt tantummodo Vaſcones. quo deſignantur VVido Dux noſter, & alij Aquitanici proceres. Hos compeſcendi causâ, ſpecie belli ſacri in Sarracenos delectum indixit Flandrenſis, ſed promotis copiis ad Pyreneum, ommiſſa expeditione Sarracenicâ, conuerſis armis in Vaſcones incubuit, quibus inprouiſo impetu oppreſſis, & in ordinem redactis, ſimulatam expeditionem abiecit. Eleganter rem narrat Paulus Æmilius ex fide annalium Vaſconum. *Cæteri Franci proceres in rerum procuratione adminiſtrationeque Flandrum verſari æquiſſimo animo ferebant, Vaſconum mens lababat, alieniores à Flandro erant, vereri ſe dicebant, ne tutelam pupilli ſui, ſuum regnum faceret, ſi vni omnia libera conceſſaque ſint, quod ſoror Regis ei nupſerat, ne regnum appeteret. Sed cum etiam Regem in poteſtate haberet, eius nomine delectum religionis ſimulatione indixit, quod à Sarracenis barbaraque religione, Hiſpaniam magis quam vmquam ante euaſtari diceret, futurúmque niſi quis anteuertat, vt edomita Hiſpania, in Galliam tranſeant. Velut ad ſacrum bellum libenti animo in armis nobilitas præſto adfuit, in Vaſconiam ductæ copiæ quaſi Pyreneum tranſmiſſuræ. Tunc fama euulgata eſt Hiſpaniæ vniuerſæ agros vſtos, partim Sarracenorum in Hiſpanos, partim horum in illos igne, nec eam commeatus inopem, exercitus externos alere poſſe, vixque domeſticas copias tutari. Depoſitâ igitur harum rerum ſimulatione, vires conuerſæ ſunt in Vaſconum conſiliis opprimendis, ad officium conuénere, iureiurando ſe tutori pupilloque deuinxére, procerum liberi per ſpeciem honorum, aulicæque gratiæ, ac potentiæ pro obſidibus ab-*

Lib. 3. in Philipp. 1.

ducti, exercitus ſacræ militiæ nomine authoratus, re infecta, ac ne viſo quidem hoſte dimiſſus, huius rei Vaſconum annales authores habuimus. Et eum ſecutus Iacob. Meyerus. *Moriens*, inquit, *Henricus Rex Francorum Balduino Comiti Flandriæ, viro inquit Æmilius integerrimo, ac fidei ſapientiæque perſpectiſſimo, Philippi Hugoniſque liberorum, regnique Francici tutelam tradidit, cæteri proceres Franci verſari Flandrum in rerum procuratione ſumma moderatione tulerunt. Vaſcones autem alieniores ab eo erant, nec æquo animo fecerunt imperata, veriti vt dicebant ne tutelam pupillorum ſuum faceret regnum. Cognitâ Vaſconum lubricâ fide Pius ſpecie quidem in Sarracenos Hiſpaniæ imminentes, ſed reuerà in Vaſconiam ingentes duxit copias, coegitque Vaſconum primores ad officium conuenire, ſeque iureiurando ſibi deuincire, acceptis velut obſidibus eorum liberis. Hæc res conſilio arteque magis vt idem inquit quam armis, ingentem Flandro maieſtatem conciliauit, & ad exemplum cæteros incendit.* In annum MLXII. rem reiicit Io. Tillius.

In Annal lib. Belg. in Balduin. Pio MLX.

Eodem anno VVido Dux Hugonem de Liziniaco bello impetiit, caſtrum ipſum Liziniacum obſidione expugnauit, ad caſtri limina Hugo cæſus, cui ſucceſſit Hugo filius cognomine Diabolus. Chron. Malleacenſe MS. *Anno* MLX. *Goffredus Dux Pictauorum habens guerram, cum Hugone Liziniaci, quem obſidens in caſtello ſuo, & expugnans, & vaſtans omni in circuitu, quadam die milites Comitis fortè ad portam caſtelli occiderunt eum* VIII. *Idus Octobris. Hugo filius ſuus huic ſuccedit ex ſupradictu Humode, qui Diabolus vocatus eſt.*

Hoc tempore Guillelmus Epiſcopus Engoliſmenſis patre Gaufredo Comite Engoliſmenſi, Petronillâ

matre, vir ſapiens & facundus, gratiâ plurimum valuit apud Guillelmum Ducem Aquitanorum, à quo Theſauraria S. Hilarij Pictauienſis, & oblationibus Angeliacenſis altaris donatus. Hic in extremo vitæ diſcrimine poſitus, id altaris Angeliacenſibus reſtituit, ea lege vt duo Monachi pro ſalute Pontificis in perpetuum oraturi ordinarentur. Idem ſæpius Fulconem fratrem Comitem Engoliſmenſem bello laceſſiuit, & fraterna odia variis pugnis, & cædibus cruentata. Chron. MS. Epiſcopor. & Comit. Engoliſmenſ. *Poſt Geraldum Arte-mala VVillelmus natione Engoliſmenſis Conſule Gaufrido patre, Petronillâ matre Engoliſmâ natus Epiſcopatum Engoliſmenſem ſuſcepit, vir ſapiens & diſertus, qui VVillelmo Duci Aquitanorum familiariſſimus fuit, qui prædicto præſuli Theſaurariam ſancti Hilarij, & oblationes altaris Angeliacenſis dedit. Dum autem prædictus præſul in extremis laborauit, pro remedio animæ eius, altare prædictum dedit Angeliacenſibus. Totum autem Capitulum cum Abbate Duci conceſſit quod duo Monachi pro animâ Pontificis ſemper in Eccleſia ſubſtituerentur, quod vſque in præſens perſeuerat. Prædictus vero præſul maximas guerras habuit cum Fulcone fratre ſuo; & cum illo militari prælio ſæpe conflixit, ædificauit Tolueram, & Borrac.*

CAPVT IV.

Bellum inter VVidonem Ducem, & Gaufredum, ac Fulconem Comites Andium. Santonum oppidum à VVidone Duce obſeſſum, & deditione receptum. Agnes Auguſta Romam ſecedit, cum Ermeſinde cognatâ ſuâ. VVidonis Ducis expeditio in Sarracenos Hiſpaniæ incubatores, variæ Gallorum per id temporis expeditiones in Sarracenos liuore ab Hiſpanicis ſcriptoribus ſilentio prætermiſſæ, Harum expeditionum occaſione ſæuitum in Iudæos. Dedicatio baſilicæ Moyſiacenſis Durannus Abbas Moyſiacenſis, tum Epiſcopus Toloſanus.

ANNO MLXI. VVido Dux Gaufredo & Fulconi Comitibus Andium bellum intulit, pro vindiciis oppidi Santonum, collatis copiis acriter certatum ad caput ſeu fontẽ VVltonæ amnis, ſed dolo quorumdam qui metu ſimulato, abiectis ſignis fugæ ſe dederunt, VVidonis acies conſternata, & ad internecionem ferè deleta. Chronicon Malleacenſe MS. *Anno* MLXI. *Goffredus & Fulcho habentes certamen cum Gaufredo Duce propter Santonas venientes cum magno exercitu, pugnauerunt cum eo in bello, etiam in*

Aquitaniâ, vbi è contrario Pictauorum exercitus adunatus eſt, & ab vtriſque partibus magnis animoſitatibus pugnatum eſt; ſed traditores belli, & cæteri ſigniferi vexillis proiectis exercitum Pictauenſium in fugam verterunt, quapropter vulnerati multi, & plurimi occiſi atque nonnulli capti. Vnde quidam verſibus eam confuſionem ita deſcribit dicens:

Cum de Pictauis bellum ſit, & Andegauinis
Inque die Martis fuit, & Sancti Benedicti
Circa fortè caput VVltonnæ contingit eſſe
Annus Millenus tunc ſexageſimus vnus.

Anno MLXII. Santonum oppidum à VVidone Duce obſeſſum, & diutinam poſt obſidionem deditione receptum ab Andegauenſibus Chronic. Malleacenſe MS. anno MLXII. *Gofredus Dux obſedit Santonas ciuitatem, caſtris in circuitu poſitis, & fame, & gladio vaſtauit, vſquequo Andegauenſes, & ciues qui in ea erant ſe cum ſuis omnibus in manibus tradiderunt.* Antea tamen Andegauenſem à VVidone Duce in clientum numero habitum, vt erat nomine Santonum, argumento eſt, quod Gaufredum Martellum Comitem Andegauenſem ſuſcepto bello aduerſus VVillelmum Ducem Normannorum, Guillelmi Ducis Aquitaniæ velut Domini ſui copiis adiutum fuiſſe, teſtem habemus Guillelmum Pictauienſem. *Martellus in auxilium ſuum adiunctis Guillelmo Pictauorum Comite Domino ſuo, & Eudone Britannorum Comite, nec non vndequaque copiis collectis Ambiexas contendit*, &c. fortè diſcordes inter ſe principes, facile concordabant aduerſus Normanum, in eum enim liuore ardebant vniuerſi Galliæ principes, ipſeque Pictauenſis. Mihi auctor eſt, idem

De Geſt. Guillelm. Duc. Normann.

Lib. de Geſt. Guill. Duc. Normann. Guillelmus Pictauenſis, *Condolentes in eadem Theobaldus* (hic fuit Comes Campaniæ) *Pictauorum Comes, Gaufredus*, ſc. Comes Andegauenſis, *Item reliqui ſummates quadam inſuper indignatione priuata intolerandum ducebant ; ſeſe Regis quocumque præuia vocarent ſigna parere, Guillelmum Normannorum nequaquam pro Rege, ſed confidenter, atque indeſinenter, ad eius magnitudinem, quam aliquantum attriuit vlterius atterendam, vel ſi qua via valeat conterendam, in armis agitare.*

Anno MLXII. Agnes Auguſta ſoror Guillelmi Ducis, dolo Annonis Colonienſis Archiepiſcopi Henrico filiolo è ſinu eius ſubducto, & cum eo imperij administratione adempta, neceſſitate in conſilium verſa, religionis ſtudio Romam emigrauit, comite Hermiſinde cognata ſua id eſt vxore fratris, ea de re Petrus Damiani. *Regina Saba venit in Hieruſalem audire ſapientiam Salomonis, Imperatrix Agnes Romam adiit, addiſcere ſtulticiam Piſcatoris, illa ſicut ſacra teſtatur hiſtoria ingreſſa eſt cum multo comitatu, & diuitiis, camelis quoque portantibus aromata, & aurum infinitum nimis & gẽmas precioſas, iſta vero cum Hermiſinde cognatâ ſuâ, non diſpari ſancti Spiritus feruore ſuccenſa, tamquam Maria Magdalena cum altera Maria veniunt ad ſepulchrum, non vt corpus Ieſu perungant fomentis aromatum, ſed vt pedes eius fluentis irrigent lachrymarum.* (De Flux. mund. glor. opuſc. 36.) Eadem pietatis cultu, Caſſinenſe adiit Monaſterium, ſex ferè mẽſibus ibi deſedit, pretioſiſſimaque dona obtulit B. Benedicto teſte Leone Oſtienſi. (In chron. Caſſ. lib. 3. cap. 30.) Verũ poſtea Ermiſindis neſcio quâ de causâ rediit in Galliam ; cuius abſceſſu mœrentem Agnetem litteris ſolari ſtuduit Petrus Damiani. (Lib. 7. ep. 5.) *Arbitror venerabilis Domina, quoniam ex quo Dominus Rai-*

Digitized by Google

naldus Comanæ ſedis Epiſcopus, & ſancta mulier Hermiſinda relicta quondam germani tui, ego quoque ſeruus tuus, ad propria quique receſſimus, mens tua nunc fluctuat, & velut omnium deſtituta ſolatio, ſolam ſe remanſiſſe deplorat.

Anno MLXIII. rebus in Aquitania compoſitis VVido Dux reipublicæ Chriſtianæ in opem habito delectu, victricia arma conuertit in Sarracenos Hiſpaniæ incubatores, Barbaſtam vrbem obſidione expugnatam ab his eripuit, Fragment. Hiſt. Francor. à Roberto ad mortem Philip. Reg. *His temporibus Dux Aquitaniæ Guillelmus, & quidam alij optimates Galliarum quiſque de ſuo exciti loco, copioſum in Hiſpaniam conduxerunt exercitum; cuius ditiſſimam vrbem Barbaſtam, & quamplura capientes caſtella, maximamque eiuſdem prouinciæ partem ferro & igni depopulantes, demum ad ſua reuerſi ſunt, multamque & variam ſuppellectilem ſecum afferunt, multaque mancipia adducunt.* Huiuſmodi expeditionem annonæ & commeatus militaris inopiâ ſolutam tradit Sigebertus. *Exercitus multus à Galliis in Hiſpanias ad debellandos Sarracenos proficiſcitur, ſed omni regione à Sarracenis vaſtata, vrgente fame inefficax reuertitur.* Ab eo tempore variæ memorantur Gallorum expeditiones in Hiſpaniam aduerſus Sarracenos, de expeditione Euuli Comitis de Roceio, & aliorum Gallorum principum meminit Gregor. VII. & ſacræ aduerſus Sarracenos militiæ ſtipendium pœnitentibus indici moris fuit, Innocent. II. in vniuerſali Conc. can. XVIII. apud Gratianum. *Pœnitentia autem ei detur, vt Hieroſolymis, aut in Hiſpania in ſeruitio Dei per annum integrum permaneat.* Verum quia occaſione ſacræ mili-

Ad annum 1063.

Lib. 1. ep. 7.

Can. peſſimam 23. qu. 8.

tiæ tranſeuntes in Hiſpaniam paſſim in Iudæos ſæuiebant, eorum ſaluti tuendæ enixè operam dedere Epiſcopi Galliæ, de quo eos laudauit Alexander II. in epiſt. apud Iuonem. *Placuit nobis ſermo, quem nuper de vobis audiuimus, quomodo tutati eſtis Iudæos, qui inter vos habitant, ne interimerentur ab illis, qui contra Sarracenos in Hiſpaniam proficiſcebantur.* Eodem nomine Berengario Vicecomiti Narbonenſi gratulatus eſt & ipſe Alexander II. in alia Epiſtola quæ legitur apud Iuonem. *Nouerit prudentia veſtra nobis placuiſſe, quod Iudæos qui ſub veſtra poteſtate habitant tutaſti eſtis, ne occiderentur.* Magna hæc certe & memoranda Gallorum benemerita de Hiſpanis, omnino tamen ſilentio prætermiſſa ab Hiſpanis ſcriptoribus, zelo & liuore gallici nominis, quin immò & pro beneficio accepto, probrum & iniuria rependitur, & falſi de liberatoribus ſuis triumphi, ſeu potius ſomnia iactantur.

Decret. p. 13. c. 114.

Ibid. c. ſeq.

Eodem anno ſolenni ritu dedicata eſt baſilica Moiſiacenſis ab Auſtindo Auſcienſi Archiepiſcopo Raimundo Lectorenſi, VVillelmo Conuenenſi, VVillelmo Aginnenſi, Heraclio Begorretano, Stephano Olorenſi, Petro Adurenſi, Duranno Abbate Moiſiacenſi, & Epiſcopo Toloſano, omiſſo Fulcone Symonis tum Epiſcopo Cadurcenſi, nè eo adhibito libertas & exemptio monaſterij tentari videretur, cuius rei memoriæ cauſa poſitus eſt lapis in læuo latere eccleſiæ præfixus, his verſibus inſculptus.

Idibus octonis domus iſta dicata Decembris
Gaudet Pontifices hos conueniſſe celebres.
Auxius Oſtindum, Lactora dedit Raymundum
Conuena VVillelmum direxit, Aginna Vilelmum

Iuſſit

Iuſſit & Heraclium non deſſe Beorra benignum
Ellorens Stephanum conceſſit, & Adura Petrum
Te Duranne ſuum, noſtrumque Toloſa Patronum
Reſpuitur Fulco Simonis, dans iura Cadurco
Myriades luſtris apponens tres duodenis
Virgineum partum dabat orbi tunc venerandum.
Hanc tibi Chriſte Deus Rex inſtituit Clodoueus.
Auxit munificus, poſt hunc donis Ludouicus.

Durannum huius baſilicæ Patronum vocat huiuſmodi inſcriptio duplici titulo, tum quia is fuit Abbas Moiſiacenſis, cum quia idem huiuſce baſilicæ fuit inſtaurator. Chronic. Moiſiacenſe MS. *Denique ſupra dictus Durandus in Monaſterio Moiſiaci inſtitutus, & ordinatus, per prædictum Odilonem, demum fuit Abbas Moyſiaci, ſimul & Epiſcopus Toloſanns, & Eccleſiam dicti Monaſterij fecit conſecrari, & legitur quod prædictus conſtruere fecit, dictam Eccleſiam collapſam tempore Domni Raymundi*, &c. De Geſt. Abbat. Moiſiacenſ.

CAPVT V.

Salmurum caſtrum ad Ligerim igni ſuccenſum à VVidone Duce. VVido Dux dimiſſa Mathilde coniuge ſuperducit Aldeardim natam Roberti Ducis Burgundiæ, Lucionenſe caſtrum à VVidone Duce expugnatum. Monaſterium nouum in ſuburbio Pictauienſi à VVidone Duce fundatum, & dotatum. Ab eodem fundatum Monaſterium S. Gemmæ in pago

Santonenſi. Alfonſus Rex Caſtellæ vxorem ducit filiam VVidonis Ducis ex Mathilde Monomachiæ iudicium pro lege Romanâ, Arnolfus Santonenſis Epiſcopus ob ſimoniam depoſitus, Goderannus ex Monacho Santonenſis Epiſcopus. Gauterij Abbatis Stirpenſis obitus. VVillelmus VIII. *à VVidone Duce ſuſceptus ex Aldeardi Iudicium de iniuſtis nuptiis VVidonis VVillelmi Ducis à Gregorio* VII. *mandatum Amato Oleronenſi Epiſcopo Legato Aquitaniæ, & Gozcelino Archiepiſcopo Burdegalenſi. VVidonis Ducis ſtudium erga Eccleſiam Romanam Iſembertus Pictauienſis Epiſcopus ſuſpenſus in ſpiritualibus & temporalibus. Guillelmus Auſcienſis Archiepiſcopus, & Pontius Epiſcopus Bigorritanus ob leuiorem cauſam depoſiti reſtituti.*

ANNO MLXVIII. VVido Dux Salmurum caſtrum ad Ligerim igni ſuccendit, nec ipſis ſacris ædibus pepercit Chron. Malleacenſ. MS. *Anno* MLXVIII. *iudicio Dei iuſte omnia iudicans, caſtrum Salmurum horribili incendio conbuſtum eſt, à Guidone Comite Pictauorum cum Eccleſia Sancti Florentij ſanctique Ioannis Baptiſtæ, & Sancti Petri Apoſtoli, nihilque penitus remanſit de toto ſuburbio eiuſdem caſtri, cum domibus extra & intra murum degentibus, quod non*

Digitized by Google

incenderetur v. *Kalend. Iulij.*

Eodem anno VVido Dux relicta Mathedi, ſeu Mathilde coniuge, vxorem ſuperducit Aldeardim filiam Roberti Ducis Burgundiæ. Idem Chron. Malleacenſ. *Per hæc tempora duxit vxorem Guido Comes Aldeardim, filiam Roberti Ducis Burgundiæ, & neptem Henrici Regis Francorum.*

Eodem tempore Lucionenſe caſtrum à VVidone Duce vi & armis captum, & Monaſterium Mariæ virginis igni concrematum. In hoc periere multa capita vtriuſque ſexus. Idem Chronic. Malleacenſ. *Tunc cæpit caſtrum Lucionenſe, & Monaſterium S. Mariæ Virginis, quod eſt in eodem caſtro combuſſit, multoſque homines & fœminas in eo extinxit.*

Anno MLXIX. Monaſterium nouum in ſuburbio Pictauienſi fundatum, & dote adornatum à VVidone Duce. Chronic. Malleacenſ. *Anno* MLXIX. *Monaſterium nouum Pictauis incæptum iuſſu Gaufredi Comitis, Monaſterium S. Seuerini Canonicorum in Nemore argenti, & cænobium S. Vincentij quod Niolium dicitur.* Hoc Monaſterium ab initio cœnobio Cluniacenſi ſubditum patet ex regiſtro Innocentij III. Regiſtr. 15. epiſt. 4.

Idem & VVido Dux Monaſterium S. Gemmæ virginis & martyris in pago Santonenſi fundauit, ipſumque cœnobio Caſæ Dei ſubiecit, ex tabulis fundationis, quæ proditæ ſunt à Io. Belio, eiuſdem fundationis meminit & antè Io. Bochetius. Fuit Gemma virgo & martyr, hinc Gemma nomen mulieris in cap. Gemma ex. de Sponſalib.

His diebus Alfonſus Rex Caſtellæ vxorem duxit VVidonis Ducis filiam, ſuſceptam ex Matheodi prio-

Digitized by Google

re coniuge. Hæc legis Romanæ, quæ erat ipſi vernacula, nimium ſtudioſa, hanc legem Hiſpanis imponere ambiit, exploſa lege Gothica. Hac de grauis orta eſt controuerſia, quâ Monomachiæ iudicio concreditâ miles legis Romanæ defenſor victus, & cum eo lex proſtrata. Idem Chronic. Malleacenſ. *His diebus Hildefonſus Rex Hiſpanorum duxerat vxorem filiam Guidonis Comitis Ducis Aquitanorum, quam habuit de Matheode ſupradicta, pro quâ re extitit cauſa, & contentio de lege Romanâ, quam legem Romanam voluit inducere in Hiſpania, & Toletanam mutare, & ideo fuit factum bellum inter duos milites, & falſitate fuit victus miles ex parte Francorum.*

Eodem anno Arnulfus Santonenſis Epiſcopus Synodali iudicio depoſitus ob ſimoniæ ſcelus, in Appendice epiſt. Alexandri II. *Ernolfus Santonenſis in Francia & Landus Nucerinus in Italia Epiſcopi, multis certiſque criminibus accuſati, alter quod Eccleſiarum eccleſiaſticorumque ordinum conſecrationem, ſimoniacè & interueniente pecunia fecerit, alter quod officium ab Apoſtolico ſibi interdictum præſumpſerit, conuicti ſunt ſynodali iudicio depoſiti.*

Eodem etiam anno Goderannus primum Monachus S. Remigij, tum Cluniacenſis, inde primus Malleacenſis Abbas factus eſt Santonenſis Epiſcopus, Hildebertus. Cenomanenſis in vit. B. Hugonis Abbatis Cluniacenſ *Didicerat & hoc Monachus ille Goderannus, qui relicto B. Remigij Monaſterio, cum arctioris diſciplinæ gratiâ Cluniacum demigraſſet, meritornm titulis & prærogatiua ſcientiæ, à Domino audire meruit, Amice aſcende ſuperius, prius enim Malliacenſis Abbas effectus, poſtea*

Santonenſis eccleſiæ adeptus eſt dignitatem. de eodem & Chronic. Cluniacenſ. *Nunc vero dicendum eſt de Goderanno Monacho, & Capellano ſancti Hugonis. Hic denique Goderannus ad Epiſcopatum Xantonicum promotus, quo altius conſcendit, eo latius refulſit.* Inter illuſtres viros ordinis Sancti Benedicti eum concelebrat Trithemius. Lib. 4. de Illuſtr. vir. ordin. S. Bened. cap. 248.

Anno MLXX. è viuis migrauit Gauterius Abbas Stirpenſis Chron. Malleacenſ. *Domnus Gauterius Abba & Canonicus Eccleſiæ S. Petri Stirpenſis, dormiuit in pace æterna* V. *Id. Maij.*

Anno MLXXI. Aldeardis ex VVidone Duce ſuſcepit filium, cui nomen fuit VVillelmus eius nominis VIII. tum filiam quæ nupſit Petro Sancij Regis Aragonum filio, Chronic. Malleacenſ. *Anno* MLXXI. *Ortus eſt Goffredo Duci II. Kal. Nouembris Guillelmus filius, qui conſobrinus germanus Ainrici Imperatoris, & ſecundus Philippi Francorum Regis, ex ſupradicta coniuge extitit, nata poſt hunc filia, quam deſponſauit Petrus filius Sancij Regis Aragundiæ.*

Anno MLXXIII. de iniuſtis nuptiis Guillelmi Ducis ius dicturus Gregorius VII. cauſæ cognitionem demandauit Amato Oleronenſi Epiſcopo Legato Pontificio in Aquitania, & Gozcelino Archiepiſcopo Burdegalenſi. Hac de cauſa Pictauis coiit Synodus Epiſcoporum, verum Iſembertus Pictauenſis Epiſcopus à Duce vt credere pronum eſt ſubmiſſus, militarique manu ſtipatus, effractis foribus in medium proruit, ſynodum patrum, metu & minis intentatis diſſoluit, quâ de re in ius vocatus apud Pontificem. teſtis ipſe Pontifex in epiſt. ad Iſembertum. *Poſtea vero &* Lib. 2. ep. 2.

Digitized by Google

eodem legato noſtro Amato Epiſcopo Ellorenſi & Magiſtro tuo videlicet Gozelino Archiepiſcopo Burdegalenſi, vnà cum cæteris religioſis viris pro faciendo diuortio Guilielmi Pictauienſis Comitis, & propinquæ ſuæ, quam pro vxore tenebat. His inquam ſub apoſtolica obedientia pro negotio tam graui, tam Chriſtianæ religioni neceſſario congregatis conuentum illorum per milites tuos nefarie perturbaſti, quippè qui perruptis Monaſterij clauſtris, & foribus in conſeſſum irruentes, Archiepiſcopum & Legatum noſtrum multa turpitudine dehoneſtauerunt, reliquos vero minis conuiciis ac verberibus, multiſque contumeliis afflixerunt, vnde apoſtolica tibi auctoritate præcipimus, vt ante feſtiuitatem S. Andreæ, præſentiam ſuper his reſponſurus noſtro conſpectui exhibere nullatenus prætermittas. Pontificis monitioni quâ par erat reuerentiâ obſequens Lib. 2. ep. 3. VVillelmus Dux, vxorem dimiſit, de quo ei gratulatus eſt Pontifex per epiſtolam. *Scimus equidem quoniam quod in præſenti vitâ vobis dulciſsimum fuit exigente iuſticiâ reliquiſtis, dum pro reuerentia Chriſtiana religionis ab vxore veſtra quoniam propinqua conſanguinitate vobis eſt, vos ſeparare conſenſiſtis, verum quanto grauiori certamine libidinem animi veſtri viciſtis, & ad legem Dei diſtrictius vos humiliaſtis, tanto ſublimiorem gloriam infinita remuneratione vobis paratam eſſe procul dubio ſperare debetis. Quapropter & nobis multo vberior lætitia creſcit quoniam in hac correctione veſtra, certa ſpes veſtræ ſalutis intelligitur, & ea quæ ſemper in domo veſtra fuit miſerante Deo generoſitas conſeruabitur. Ex hoc enim nobilitas generis valde corrumpitur, cum proles non de legitima coniugij permixtione generatur. Atque eo minus eminentia veſtra, quod tam acriter vobis inſtitimus mirari debet, quo-*

niam Romana eccleſia, quæ domum veſtram, vos totamque proſapiam veſtram ſingulari & egregia ſemper charitate dilexit, in tanto vos iacere periculo pati non potuit. Cæterum, quod domi illam in veſtra poteſtate vſque ad futuram ſynodum morari cupitis, licet ſoror veſtra (ea erat Agnes Auguſta) *quam vt matrem diligimus, inde nos interpellauerit conſentire non audemus, ſcientes diabolicam fraudem hominibus maximè vetita, repertis occaſionibus præcipuâ calliditate ſuggerere. Proinde ita eam à veſtra vicinitate penitus remoueri, & elongari facite, vt veſtra correctio & oblata Deo reuerentia, omnibus ſit in exemplum, & ſalutem veſtram nulla valeat Diabolus ſagacitate turbare.*

Quam bene affectus fuerit Guillelmus noſter, erga eccleſiam Romanam, & Chriſtianam Rempublicam intelligere licet, hoc argumento, quod vltrò in expeditionem tranſmarinam, ſe & iuſtas copias ſuis merituras ſtipendiis obtulit, de quo gratias ei egit idem Pontifex. *Quod autem ad ſeruitium ſancti Petri promptam vos habere voluntatem mandaſtis, gratãter accepimus ſed determinatè vobis aliquid de expeditione ſcribere ad præſens non ſatis diſcretum fore peruidimus, quoniam rumor eſt in tranſmarinis partibus, Chriſtianos miſerante Deo paganorum longè propulſaſſe ferocitatem, & nos de reliquo quod acturi ſimus, adhuc diuinæ prouidentiæ conſilium expectamus, vobis tamen & de bona voluntate plena apud Deum remuneratio eſt repoſita*, &c. Quâ etiam auctoritate idem Dux valuerit, tum domi, tum peregrè apertius eſt, ex eo quod idem Pontifex ipſum quaſi cenſorem ac vitæ emendatorem Philippi I. Regis conſtituit, dum eum rogauit vt Philippum prauâ vitæ

Lib. 2. ep. 5.

L.2.ep. 18. ratione, & Eccleſiarum direptione dehortaretur, de quo extat Pontificis epiſtola.

Iſembertus Pictauienſis Epiſcopus, ni iudicio adeſſet, ad diem à Pontifice ſacris ſuſpenſus, & cura ſpiritualium demandata Gozcelino Burdegalenſi Archiepiſcopo, temporalium vero, quod exemplo nouum, & antea pene inauditum fuit, ipſi Guillelmo Duci, teſtem habemus ipſum Gregorium. *Tibi autem Gozeline*

L.2.ep. 24. *Burdegalenſis Archiepiſcope, eccleſiaſticas res committimus tractandas, populum & clerum ne ſibi obediat commoneas, Tibi vero Guillelmè Comes iuſticiam committo tractandam, atque in veſtris manibus cauſam ſancti* Hi*larij regendam, & iuſtitiam inde exhibendam committimus.*

Anno etiam MLXXIII. Guillelmus Auſcienſis Archiepiſcopus, & Pontius Epiſcopus Bigorritanus cum iam antè à Giraldo Oſtienſi Epiſcopo Legato Pontificio in Galliis depoſiti fuiſſent, non aliâ de causâ quam quod ſcientes excommunicato communicaſſent quod durius cum his actum eſſet à Gregorio VII. reſtituti. Teſtimonium perhibet ipſe Pontifex in Epiſt.

L.1.ep. 16. ad Oſtienſem. *De cauſa etiam Guilielmi dicti Auxienſis Archiepiſcopi pro cuius reſtitutione nos poſtulaſti, tu ipſe anxietatem quandam nobis intuliſti, cum ob id ſolum quia excommunicato ſcienter communicauerat, eum eſſe depoſitum, & tamen in examinatione eius de obiectis criminibus præter quod Dominum, & prædeceſſorem noſtrum Alexandrum Papam ſibi ignouiſſe fatebatur, non eum canonice ſe expurgaſſe, ſed expurgare voluiſſe dixiſti, Non paruam itaque ſuper his omnibus ſollicitudinem habentes, tam tibi ipſi, quam cæteris magna reſpondendi difficultate tenemur.*

Hoc

Digitized by Google

Hoc tamen conſulentibus Fratribus & Coepiſcopis noſtris & Cardinalibus inter cætera nos decreuiſſe cognoſcas, vt præſatus Auſcienſis Archiepiſcopus, propter hoc ſolum quia communicauit excommunicato, deiectioni ſubiacere non debeat, & paulò poſt. *Pontium verò Bigorritanum dictum Epiſcopum, quem ſimili de cauſa depoſitum eſſe nuntiaſti, ad nos veniſſe cognoſcas, ſed honori tuo prouidentes, nulla querelis eius reſponſa dedimus. Attamen quia in paribus cauſis paria iura tenenda ſunt, fraternitati tuæ ſcribimus, vt habita ſuper his quæ ſibi intenduntur diligenti inueſtigatione, ſi aliud quod canonica ſeueritate puniendum ſit, in eo crimen legali approbatione inuenire non poſſis, officij ſui reſtitutione non careat.*

Capvt VI.

Synodus Romana in quâ actum de Canonicorum Pictauienſium iure celebrandi certis diebus, in Eccleſia S. Hilarij licet exemptâ. Guillelmo Auſcienſi Archiepiſcopò inobedientes ſuffraganei coërcentur. VVillelmus Dux Henrico IV. Imp. bello Saxonico diſtricto ſubſidium militare denegat. Goderanni Santonenſis Epiſcopi obitus. Concil. Pictauienſe in quo hæreſis damnatus Berengarius, Monaſterium nouum Pictauienſe traditum Cluniacenſibus. VVillelmo Engoliſmenſi Epiſcopo ſucceſsit Ademarus eius fra-

ter eiuſdem inſanum ſtudium in Monachos. Monaſt. Sylua maioris in diœceſi Burdegalenſi à S. Gerardo Abbate fundatum Agnetis Auguſtæ obitus Amatus Epiſcopus Oleronenſis, & Abbas S. Pontij Tomerienſis à Gregorio VII. legati miſsi in Hiſpaniam Richardus Bituricenſis Archiepiſcopus, Centullus Comes Bearnenſis cognatam quam vxorem duxerat dimittere compellitur Conc. Pictauienſe Hugo Liziniacenſis vi occupat bona Drogonis de Coequo, huius rei cognitio mandata Iſemberto Pictauienſi Epiſcopo. Iura Aureliacenſis Monaſterij vindicantur ab Abbate Pezanenſi, & Vicecomite Carlatenſi. Synodus Romana in qua actum de iuribus Lemouicenſis eccleſiæ. Richardus Bituricenſis Archiepiſcopus non iure ſuſpenſus reſtitutus. Donatio Vindocinenſi Monaſterio rata facta per viridem ſcirpum.

ANNO MLXXIV. Synodus Romæ celebrata à Gregorio VII. cui interfuit Gozelinus Archiepiſcopus Burdegalenſis, in hac Canonicis Pictauenſibus ex conſuetudine addictum ius miſſam celebrandi in baſilica S. Hilarij licet exempta, in ſolemnibus diebus omnium Sanctorum, & S. Hilarij, & hoc ius defenſum more Eccleſiæ Romanæ in ſtatio-

nibus, & aliarum eccleſiarum orbis Chriſtiani. Gregorius ipſe in Epiſt. ad Canonicos S. Hilarij. *Notum vobis eſſe volumus, quod Canonici Pictauenſes in ſynodo noſtra conqueſti ſunt, vos denegare & contradicere illis conſuetudinem quam in Eccleſia S. Hilarij iure habere debent, videlicet vt in feſtiuitate omnium Sanctorum, & S. Hilarij, cum illuc ex more cum proceſſione veniunt, ſi Epiſcopus aderit ipſam celebret, ſin autem non adſit Epiſcopus Decanus, aut aliquis de maioribus Canonicis Pictauenſis eccleſiæ, officium vice Epiſcopi peragere debeat, quod cum apud nos in publico Concilio ventilatum fuerit Gozelino Burdegalenſi Archiepiſcopo cauſam veſtram cum quibuſdam aliis defendente, ſcientes talem conſuetudinem in Romana Eccleſia per ſingulas ſtationes, & ferè per vniuerſum orbem in aliis eccleſiis ritè, & rationabiliter teneri, diiudicante concilio iuſtam eos requirere cauſam comprobauimus, & prædictum vſum eos obtinere debere apoſtolica auctoritate cenſuimus.* lib.1.ep.54.

Eodem anno cum Bigorritanus Epiſcopus, & alij ſuffraganei Guillielmo Auxienſi Archiepiſcopo obſequium denegarent, ſpreta etiam monitione Geraldi Oſtienſis legati Pontificis, re cognita Gregorius VII. eis præcepit vt VVillelmo Archiepiſcopo parerent emiſſa hac de re epiſtola. *Legatus S. Romanæ Eccleſiæ, videlicet confrater noſter Giraldus Oſtienſis Epiſcopus, vt Guilielmo Archiepiſcopo veſtro debitam reuerentiam exhibeatis commonuit, verum ſicut idem Archiepiſcopus conquerendo nobis retulit, poſtea nec conſideratio debita ſubiectionis, nec reſpectus Apoſtolicæ auctoritatis vos ad obedientiam flexit, quod quamquam non parum præſumptionis, & damnandæ contumaciæ habeat, adhuc tamen facta* lib.1.ep.55.

veſtra apoſtolica manſuetudine diſſimulantes, mandamus vobis & Apoſtolica auctoritate præcipimus, vt nullatenus ei honorem ſubiectionis debitæ ſubtrahatis.

Eodem anno cum bello Saxonico laboraret Henricus IV. Imp. à Guillielmo Duce Aquitaniæ auunculo ſuo ſuppetias militares rogauit, ſed ille difficultatem viarum, & longius interuallum regionum cauſatus, petentis preces non audiit, Bruno ſcriptor Germanicus. *VVillelmum Ducem Pictauorum, matris ſuæ germanum, ſororis ſuæ filio rogauit miſereri, ſibique ferre auxilium, quo poſſet in regnum patris ſui, quo careret iniuſtè reſtitui, at ille tantas Francigenarum, Normanorum, vel Aquitanorum virtutes inter ſe, & illum eſſe reſpondit, vt nullo ingenio per tantam fortitudinem, cum exercitu tranſire potuiſſet.*

De bello Saxonico Henrico 4.

Eodem anno diem obiit Goderannus Santonenſis Epiſcopus, qui ſucceſſorem nactus in Epiſcopatu Boſonem, in Malleacenſi Abbatia Drogonem, Chronic. Malleacenſ. Anno MLXXIV. *Defunctus eſt Goderannus Epiſcopus VIII. Id. Auguſti, cui ſucceſsit in epiſcopatu Boſo, & Drogo in Abbatia, qui relinquens poſtea Abbatiam incluſit ſe Cluniaco, vbi & bona morte obiit.*

Anno MLXXV. Pictauis celebratum Concilium à Geraldo Oſtienſi, Legato Pontificio in Galliis, in quo damnata Hæreſis Berengarij circa corpus & ſanguinem Domini, ac ipſe vulneribus ſaucius vix euaſit. Ante eodem anno ab eodem legato habitum fuerat Concilium apud S. Maxentium, in pago Pictauenſi cui interfuere Gozcelinus Archiepiſcopus Burdegalenſis & VVillelmus Petrocoricenſis, & alij quamplures Chronic. Malleacenſ. *Anno* MLXXV. *Pictauis fuit Con-*

cilium, quod tenuit Girandus legatus de corpore & ſanguine Domini, in quo Berengarius diſcipulus A. ſaucius fermè interemptus eſt. Fueratque aliud Concilium, quod tenuit apud S. Maxentium VII. *Kal. Iulij, in quo erat Maior Goſcelinus Archiepiſcopus Burdegalenſis, qui Archimbaudo ſucceſsit, & VVillelmus Petragoricus, & alij multi. Iſtud primum fuit* VIII. *Kal. Iulij, & aliud Idib. Ianuarij.*

Eodem anno Monaſterium nouum Pictauenſe, traditum eſt Hugoni Abbati Cluniacenſi, à quo primus Abbas Guido impoſitus, Chron. Malleacenſe. *Eodem anno donatum eſt Monaſterium nouum quod eſt Pictauis vt ſupradiximus, Hugoni Abbati Cluniacenſi, in quo cœnobio primum Abbatem Guidonem conſtituit, Monachis ibidem Deo ſeruientibus.*

Anno MLXXVI. VVillelmo Engoliſmenſi Epiſcopo demortuo in Epiſcopatu ſucceſſit Ademarus eius frater, idem fuit Abbas Stirpenſis, & cum Guillielmo Duce in Hiſpania aduerſus Sarracenos ſacræ militiæ nomen dedit. Hic Monachos per Engoliſmenſem diœceſim latè effudit, cum aliquando intemperanti ſermone dixiſſet, ſe velle vnamquāque eccleſiam Engoliſmenſis Epiſcopatus eſſe cellam, ſeu prioratum Monachorum, indignabundus Huebertus Sacriſta, & nos Canonici inquit in ſingulis eccleſiis Engoliſmenſis Epiſcopatus, ſingulos vellemus eſſe Epiſcopos. Chronic. Engoliſmenſe. MS. *Obiit autem VVillelmus Epiſcopus* MLXXVI. *ab Incarnatione Id. Octobris, loco cuius promotus eſt in Epiſcopatum Ademarus frater VVillelmi Epiſcopi prædicti, Stirpenſis eccleſiæ Abbas, homo miræ ſimplicitatis, qui cum Duce Aquitanorum in Hiſpania*

Digitized by Google

contra Sarracenos militauit. Hic Monachos per Engoliſmenſem Epiſcopatum dilatauit, dicitur etiam quod ipſe dixerat ſe velle vnamquamque eccleſiam Engoliſmenſis Epiſcopatus, eſſe Prioratum Monachorum, cui indignans Hucbertus Sacriſta reſpondit, & nos Canonici ſingulis eccleſiis Engoliſmenſis Epiſcopatus ſingulos vellemus eſſe Epiſcopos.

Anno MLXXVII. S. Gerardus. Monachus Corbeienſis, tum Abbas S. Vincentij Laudunenſis, dimiſſa Abbatia, ſtudio diſtrictioris vitæ, cum ſociis nonnullis conceſſit in Aquitaniam, ac primum adito VVidone Duce, eo concedente ædificauit Monaſterium Syluæ maioris in diœceſi Burdegalenſi, vulgò, *la Seuue*, Chron. Malleacenſe. *Girandus cœpit ædificare cænobium S. Mariæ Syluæ maioris.* Eius monaſterij initia referuntur in annum MLXXIX. in vita ipſius MS. ex Codice Monaſt. Corbienſis, aliis idem memoratur fuiſſe deſignatus Abbas S. Medardi Sueſſionis ab Arnulfo Abbate poſtea Sueſſionenſi Epiſcopo, ſed à Bertrada pulſus ſeceſſiſſe in Aquitaniam, ibique ædificaſſe cœnobium Syluæ Maioris, In vita S. Arnulfi Sueſſionenſis 15. Auguſt. apud Surium, *Geraldus autem ab ea pulſus dedit locum iræ; abiitque in Aquitaniam, vbi à Duce humaniter acceptus, in Sylua maiori illuſtre cænobium conſtruxit, in quo ad finem vitæ Deo ſeruiuit, & tandem fæliciter in Domino obdormiuit, eius & vita, & mors virtutum ſignis effulſit.* Hic vitæ ſanctitate multis in vita, & poſt mortem teſtatâ miraculis, in numerum Sanctorum aſcriptus à Celeſtino III. anno Chriſti MLCXVIII. de quo Epiſt. 231. meminit Stephanus Tornacenſis in epiſt. ad Archidiaconum Burdegalenſem. *Sane Beatus Geraldus de parti-*

Digitized by Google

bus Gallicanis trahens originem cuius vita coram hominibus laudabilis floruit ſpecioſa, precioſa mors, quæ in conſpectu Domini ſignis atteſtantibus radiat, & miraculoſa refulget, qui ad partes Burdigalenſes accedens Monaſterium Syluæ maioris, & à primo lapide fundauit, & regularibus diſciplinis reformauit, hoc anno à Domino Papa Romæ, debita miſſarum ſolemnitate autenticatus, & in catalogo Sanctorum meruit aſcribi.

Eodem anno Agnes Auguſta religioſiſſima diem obiit Romæ, & in Eccleſia S. Petronillæ condita. Bertold. Conſtantienſ. *Agnes religioſiſſima Imperatrix iam viginti annis in viduitate Deo deuotiſſimè ſeruiens, nec filio ſuo Henrico contra apoſtolicam Sedem in aliquo conſentiens, Romæ requieuit in pace, ſepulta Romæ in Eccleſia Sanctæ Petronillæ.* Eadem de re meminere Albertus Krantzius, & Sigonius.

ad an. 1077. Metropol. l. 4. cap. 35. Lib. 9. de Reg. Ital.

Eodem anno Gregorius VII. rerum Romanæ eccleſiæ tenaciſſimus defenſor, legatos in Hiſpaniam miſit, Amatum Epiſcopum Ellorenſem, & Abbatem S. Pontij Tomerienſis ad poſtulandos cenſus Romanæ eccleſiæ, & S. Petro his in prouinciis olim præſtari ſolitos ante cladem Sarracenicam, de quo nos docet ipſius epiſt. L. 4. ep. 28.

Eodem anno idem Pontifex Richardum Bituricenſem Archiepiſcopum, cum Richerio Senonenſi legauit, ob diſceptandam cauſam Rainerij Epiſcopi Aurelianenſis, teſte ipſo Gregorio. Lib. 5. ep. 8. & 9.

Eodem anno Centullus Comes Bearnenſis cum cognatam nuptiis ſibi copulaſſet, à Gregorio VII. commonitus, vt eam à ſe dimitteret, ne eximias quibus pollebat virtutis dotes, prauæ coniunctionis labe

fœdaret, & ſcelus admiſſum pœnitentia expiare iuſſus, ex præcepto Amati Oleronenſis Epiſcopi & Legati Pontificij in Gallia, , & Bernardi Abbatis Maſſilienſis de quo ipſe Gregor.

Lib.7.ep.20

Anno MLXXVIII. Pictauis habitum eſt Concilium ab Hugone Lugdunenſi Archiepiſcopo,& Legato Sedis Apoſtolicæ in Galliis Chron. Malleacenſe. *Hugo Epiſcopus Lugdunenſis, & Legatus Romanæ Eccleſiæ, tenuit Concilium Pictauis,primo die apud S. Petrum,& alio die apud S. Hilarium.*

Eodem anno cum Hugo Liziniacenſis vi occupaſſet Bona Drogonis de Coequo,quæ iure hæreditario ſpectabant ad Hugonem fratrem, Iſembertus Pictauienſis Epiſcopus à Gregorio VII. legationem ſuſcepit,vt vice apoſtolica iuberet eum poſſeſſione cedere, adhibita in hanc rem auctoritate VVillelmi Ducis, eundem ſi non pareret ſacris Eccleſiæ exploſurus Gregorius ipſe in epiſt. ad Iſembertum. *Peruenit ad aures noſtras quod Bona Drogonis de Coequo, quæ mortuo ipſo in poteſtatem germani ſcilicet Hugonis noſtri fidelis & filij iure debent concedere, Hugo de Leſignem iniuſte præſumpſit inuadere. Vnde quia prænominatum Hugonem clericum noſtrum, & res ipſius, in tutelam Apoſtolicæ ſedis ſuſcepimus,fraternitati tuæ inuitando præcipimus, vt ſuper his curam vice noſtra gerens, Duce Gulielmo hæc eadem ſignificando ſuggeras, quatinus in hac etiam re quantum B. Petro ſit fidelis oſtendat. Verum imprimis volumus vt dilectio tua ſtudeat memoratum Liziniacenſem ex parte noſtra cum iam dicto Duce conuenire, nec non illum de temeritate ſua redarguendo, de ſatisfactione mouere, &c.* Idem refert Antoninus Florentinus.

Lib.6.ep.32

Part.2. t.17. cap.8.§.8.

Anno

Anno MLXXIX. Gregorius VII. Guillielmo Auxienſi Archiepiſcopo præcepit vt Dodonem Pezanenſem Abbatem, hic eſt Auxitanæ Diœceſis, compelleret Abbati Aureliacenſi reſtituere Eccleſiam Dalmairci, ipſi ab Apoſtolica ſede indultam, & vt à Berengario Vicecomite Carlatenſi eidem Aureliacenſi Abbati obſequium & fides exhibeatur, Abbate obſtricto ne cuipiam militi vltra manſum de rebus eccleſiæ daret, de quo ipſe Gregorius. lib.7. ep.18.

Eodem anno in ſynodo Romana de iuribus Lemouicenſis eccleſiæ actum; & quoad de cauſæ ſummâ cognoſceretur, vt duo Monaſteria à Dolenſibus Monachis occupata, Lemouicenſi Epiſcopo reſtituerentur iuſſum, auctore Gregorio VII. L.7. ep. 17.

Eodem etiam anno Richardus Bituricenſis Archiepiſcopus ab Hugone Lugdunenſi, & Legato Pontificio in Galliis ab officio ſuſpenſus, à Gregorio VII. reſtitutus, teſtatur ipſe Gregorius. *Richardus Biturigenſis Archiepiſcopus, quia irato animo & non Synodali iudicio dimiſit Eccleſiam ſuam, virgam & annulum recepit promittens ſe de obiectis coram Legato noſtro ſatisfacere.* L.5. ep. 17.

Eodem anno Guido Dux donationem prædiorum à Gaufredo Comite Andegauenſi vitrico, & Agnete matre factam Monaſterio Vindocinenſi ratam habuit per viridem ſcirpum, id eſt per feſtucam, quod erat ſolenne traditionis genus ex tabulis quas edidit Io. Belius. & ante ex eo vir clariſſimus. Io. Bignonius in not. ad Marculſum. Lib.1. c.13.

Digitized by Google

CAPVT VII.

Concilium Burdegalenſe, Bernardus Archiepiſcopus Toletanus patria Aquitanus, per eum in Hiſpania reſtituta religio Monaſtica, aſcitis ex Aquitania præſtantioribus Monachis. Burdinus Antipapa Lemouicenſis Concil. Exoldunenſe in Biturigibus. Cenſus annuus à Gregorio VII. *indictus in ſingulas domos in Galliâ, ac trina eius cenſus ſtationes poſitæ prima apud Aquiſgranum, ſecunda apud Podium Vellaunorum, tertia apud fanum S. Ægidij. Podium Vellaunorum, & fanum S. Ægidij loci religione celeberrimi. Obſidio Lemouicenſis oppidi. Concil. Exoldunenſe II. Concilium Santonenſe in quo Monaſter. Regulæ per Vaſatenſem Epiſcopum vindicatum à Floriacenſibus. Hunaldus Abbas Moyſiacenſis Andrenſe & Hamenſe Monaſteria à Caroffenſibus Monachis inſtituta. Vodalrici Abbatis S. Galli peregrinatio ad S. Fidis Virginis & Martyris Aginno in Aquitania. VVidonis Ducis Gozcelini Burdegalenſis A. Iſemberti Pictauienſis E. obitus, VVidonis Ducis liberi VVillelmus & Hugo.*

Digitized by Google

ANNO etiam MLXXIX. Concilium Burdegalæ celebratum ab Amato Olorenſi Epiſcopo, aſſidente ei Hugone Dienſi, vtroque Legato ſedis Apoſtolicæ, præſente Gozcelino Burdegalenſi Archiepiſcopo, & aliis quàmpluribus. Veteres tabulæ VVillelmi Ducis ex archiuo Santonenſi. *In Concilio Burdegali celebrato à Domino Amato venerando Olorenſium Epiſcopo Domini Papæ Gregorij* VII. *Vicario, aſſidente cum eo collega ſuo Hugone Dienſium venerabili Epiſcopo, &c.* & in calce. *Actum Burdigalæ in Concilio ibidem celebrato anno* MLXXIX. *Id. Octobris.* In epocha huius Concilij conſentit Papyrius Maſſonius haud dubiè harum tabularum fidem ſecutus, in annum proximum refertur hoc Concilium ex chronic. Malleacenſi. *Anno* MLXXX. *fuit Concilium Burdegalæ, in quo Berengarius reddidit fidei ſuæ rationem.* Idem vero reiicitur in annum MXCV. in chronico Burdegalenſi. In notit. Epiſcopat. Gall.

Anno MLXXX. Toletanâ vrbe à Sarracenis receptâ per Alphonſum Regem Hiſpaniæ, Bernardus Abbas ſancti Facundi, electus eſt Archiepiſcopus Toletanus. Hic fuit patria Aquitanus, ex oppido Saluitatis in pago Aginnenſi oriundus, ob valetudinem miſſâ militiâ Deo ſe dicauit, ac Monachum profeſſus in cœnobio S. Orientij apud Auſcium, non diu hic latuit, virtutis enim famâ accitus ab Hugone Abbate Cluniacenſi, nec diu poſt poſtulante Alphonſo Rege, in Hiſpaniam ablegatus, collapſæ in his partibus Monaſticæ religionis reſtituendæ gratiâ, & hac occaſione Abbas S. Facundi inſtitutus, receptâ Toleto ob vitæ

ſanctitatem omnium ſuffragio electus eſt in Archiepiſcopum Toletanum. Idem cum ab vrbe Româ remearet per Galliam, Toloſæ Concilium celebrauit, & totâ Galliâ delectum habuit præſtantiorum ſui ordinis virorum, quos ſecum abduxit. Hos inter fuere Geraldus monachus Moyſiacenſis, qui prius Cantor Eccleſiæ Toletanæ, poſtea in Archiepiſcopum Bracharenſem promotus eſt, Petrus Bituricenſis, qui prius fuit Archidiaconus Toletanus, poſtea factus eſt Epiſcopus Oxomenſis, Burdinus Lemouicenſis, qui fuit Archiepiſcopus Compoſtellanus, ac tandem in ſchiſmate ſublectus Pſeudopontifex aduerſus Gelaſium, & alij qui variis locis inſignioribus Hiſpaniæ eccleſiis præfuere, de quo fuſius Rodericus Toletanus, Io. Mariana, & Ant Nyepes.

Lib. 6. c. 25. 26. & 27. Lib. 9. c. 17. Centur. 7. Chron. Benedictin.

Anno MLXXXI. ab Hugone Dienſi Epiſcopo & Legato Pontificio in Galliis celebratum eſt concilium apud Exoldunum caſtrum, quod eſt in finibus Biturigum. Huic concilio ſeſe interfuiſſe ſignificat Iuo Carnotenſis in Epiſt. ad VVillelm. Rothomag. *Huius negotij ordinem vt pote Beluacenſis, ita proceſſiſſe cognoui, & qui in Exolidunenſi Concilio huic diſcuſſioni interfui.* Et idem rurſus in epiſt. ad VValonem Beluacenſem, & alios. *Hæc enim cauſa præcepto Domni Hugonis Dienſis Epiſcopi quondam Sedis Apoſtolicæ legati, in Concilio Exolidunenſi me præſente & audiente, cum quibuſdã aliis Carnotẽſibus Clericis præciſa eſt.* Eiuſdem meminit chronic. Altiſſiodorenſ. anno Domini MLXXX. *Magnus terræ motus, &c. ſequenti anno apud Exoldunum caſtrum quod eſt in Bituria ſitum, celebratum eſt concilium.*

Epiſt. 181. Epiſt. 268. Sub ann. 1080.

Eodem anno Gregorius VII. Legatos miſſitauit

Digitized by Google

in Galliam, qui denarium annuum in ſingulos focos B. Petro ſoluendum indicerent, & vt noui vectigalis odium arceret, id genus cenſus à Carolo magno inſtitutum ſuadere voluit, mille & ducentarum librarum penſitatione annuâ oblatâ, & trina ſtatione poſitâ, vbi pecunia colligeretur, nimirum Aquiſgrani, apud Podium Vellaunorum, & apud S. Ægidium in Gallia Narbonenſi. Auctor ipſe Gregorius. *Dicendum autem eſt omnibus Gallis, & per veram obedientiam præcipiendum, vt vnaquaque domus ſaltem vnum denarium annuatim ſoluant B. Petro, ſi eum recognoſcant Patrem, & Paſtorem ſuum more antiquo, nam Carolus Imperator ſicut legitur in tomo eius, qui in Archiuio eccleſiæ B. Petri habetur, in tribus locis annuatim colligebat mille & ducentas libras, ad ſeruitium apoſtolicæ ſedis, id eſt Aquiſgrani, apud Podium S. Mariæ, & apud Sanctum Ægidium, excepto hoc quod vnuſquiſque propria deuotione offerebat.* Lib. 8. ep. vlt.

Podium in Vellaunis, & Fanum S. Ægidij in Galliâ Narbonenſi, ne quid de Aquiſgrano hic ſcribamus, iam olim religionis cultu, & concurſu fidelium celeberrimi fuere loci, & ob hanc cauſam ſatis idonei legendis oblationibus, quæ B. Petro deſtinarētur. De Podio Vellaunenſi locuples teſtis eſt author vitæ B. Roberti fundatoris, primique Abbatis Caſæ Dei apud Surium. 24. April. *Miles itaque fide iam plenus, & conſtantia vt cæptum ſuum Dei clementia proſperaret, ad memoriam B. Virginis Anitium ire decreuit.* Anno Chriſti MCCCCVI. quàm ingens plebis multitudo huc confluxerit, ſatis oſtendit caſus ducentorum capitum, quæ in turba expiraſſe dicuntur, Iuuenalis de Vrſinis ſcriptor vitæ Caroli VI. *En ce Careſme l'Annonciation noſtre Dame fut le Vendre-* ad an. 1406.

dy ſaint, & dit-on que quand elle eſchet le iour dudit Vendredy qu'il y a pardon general de peine, & de coulpe au Puy: & y fut tant de monde, & de peuple que merueilles, & y euſt bien deux cens perſonnes mortes & eſtaintes. Et ante anno MCCCLXXXV. ex voto, hanc ſacram ædem adiiſſe Ludouicum III. Ducem Borbonium memoratur

cap. 36. in ipſius vita: *Et Darde alla au Puy noſtre Dame, où il s'eſtoit voüé, & luy eſtant au Puy à ſon pelerinage, & ia y auoit eſté deux iours pour ſa deuotion, vint à luy vn Heraut, &c.* De loco S. Ægidij non omittendum quod etiam Normannis pietatis fama notus, adeoque fre-

Lib. 5. ad an. 1074. quentatus fuerit, Ordericus Vitalis *Ipſe poſtmodum totum feudum Guillielmi de Malei in quo ferè* XXX. *Acræ terræ ſunt, conceſſit, & inde ad ineundum iter Sancti Ægidij*, XVI. *libras Redomenſium ex caritate Monachorum habuit.* Sed nuſquam apud noſtros legas huiuſmodi cenſum à Carolo M. oblatum Eccleſiæ Romanæ. Vnum eſt quod de eo memoratur Auguſtiſſimum principem quatuor nummos aureos B. Dionyſio annuatim ſuper altare ipſius obtuliſſe, & poſteris piam conſuetudinem exemplo auctoraſſe VVillelmus, Nangius.

In Chron. MS. an. 810. *Quatuor Biſantios aureos B. Dionyſio ſuper altare ipſius obtulit, in ſignum quod Regnum Franciæ à Deo ſolo & ipſo ſancto tenebat, & conſtituit vti omnes ſui ſucceſſores Reges Francorum conſimiliter facerent annuatim.* At ſpontanea fuit huiuſmodi oblatio, quæ cenſus aut vectigalis nomen minimè fert.

Anno MLXXXII. Guidone Epiſcopo Lemouicenſi VVillelmus Dux Lemouicas obſedit, hoſtili furore ſuccenſæ Eccleſiæ, quæ erant extra muros Chron. Lemouicenſ. *Anno* MLXXXII. *VVillelmus Comes Pictauen-*

ſis obſedit Lemouicas, tunc fuerunt combuſtæ eccleſiæ, quæ erant extra muros, ſed non inueni niſi de Eccleſia S. Geraldi, tunc præerat Guido Epiſcopus Lemouicenſis.

Eodem anno itidem congregata eſt alia Synodus apud Exoldunum in finibus Biturigum ab Hugone Dienſi E. Apoſtolicæ Sedis Legato. In hac Robertus Resbacenſis Abbas Meldenſis Epiſcopus ordinatus ab ipſo Legato quod ſine ſuo aſſenſu tentatum indignater ferens Richerius Senonenſis Archiepiſcopus Robertum excommunicauit, & alium in eius locum ordinauit Chronic. Altiſſiodor. *Anno autem altero defuncto Meldenſi Epiſcopo, venerabilis Hugo Dienſis Epiſcopus, & Apoſtolicæ ſedis Legatus, apud eandem vrbem Concilium habuit, & Robertum eccleſiæ Resbacenſis Abbatem Epiſcopum ordinauit, quod Richerius Senonẽſis Archiepiſcopus ſine aſſenſu ſuo & præſentia indignans fieri, eundem Robertum excommunicauit, aliumque poſtea in eius loco Epiſcopum ordinans ſubrogauit.*

Anno MLXXXIII. apud Santonas habitum Concilium in quo Ranulfus ſiue Arnulfus eiuſdem ciuitatis lectus Epiſcopus Chronic. Malleacenſ. *Anno* MLXXXIII. *Santonas extitit Concilium, in quo Ramnulfus eidem vrbi ordinatus eſt Epiſcopus.* Huic Synodo præfuere Amatus Oleronẽſis, & Hugo Dienſis, vterque Apoſtolicæ ſedis Legatus. In eadem Raimundus Vaſatenſis Epiſcopus Monaſterium Regulæ olim Squirs dictum vindicauit à Floriacenſibus Monachis. Vetus tabula eiuſdẽ Monaſterij. *Raymundus Epiſcopus Vaſatenſis, querimoniam infert de Monaſterio Regula dicto, & antiquis temporibus Squirs, contra eccleſiam S. Benedicti Floriacenſis, vnde, in cōcilio Santonenſi, coram Legatis apoſtolicæ Sedis Domno*

Digitized by Google

videlicet Amato, qui Synodo praeerat, & Domno Hugone Dienſi Epiſcopo, præſente ipſo Vaſatenſe Epiſcopo lecta eſt vetus charta, ante ſpatium LX *annorum facta, quæ teſtabatur Monaſterium illud ante illam donationem iuris S. Benedicti extitiſſe, &c.*

Eodem anno poſt Durannum Hunaldus fuit Abbas Moyſiacenſis Chronic. Moyſiacenſ. M S. *Poſt hunc Domnus Hunaldus qui regebat Abbatiam vt Abbas Moyſiacenſis anno Domini* MLXXXIII. *tempore Gregorij VII. Papæ.* Hic cum Duranno fuit diſcipulus S. Hugonis Abbatis Cluniacenſis, vtrumque ei teſtem fuiſſe curationis leproſi oſtenditur in eius vita. *Per VVaſconiam Sanctus iter agebat, ſecus viam in tugurio elephantioſus quidam fœdus vlceribus decumbebat, homo iſte ante nobilis formoſus, & diues iacebat abiectus, leproſus, & pauper. Audiens ſeruus Dei condoluit miſeriæ viri, aſſumptiſque ſecum duobus Monachis ſuis, Durannum ſcilicet qui Tholoſanus fuit Epiſcopus, & Hunaldum qui fuit Abbas Moiſiacenſis, vir eloquentiſſimus, intrauit ad pauperem, &c.*

Anno MLXXXIV. Balduinus Comes Ghiſnenſis & Ingelramus ſeu Engeranus Lilarienſis è peregrinatione D. Iacobi domum redeuntes per Pictones, forte apud Caroſenſe cœnobium hoſpitij cauſa diuerterunt, vbi regularis diſciplinæ obſeruantiam admirati, aſſumptis nonnullis inde Monachis, cœnobium quiſque in ſuo ſolo condiderunt, Balduinus Andrenſe, Ingelramus vero Hamenſe, Hiperius. *Ioannes Bertinenſis Abbas* XXXIX. *conſecratus eſt anno Domini* MLXXXI. *Huius Abbatis anno* III. *Balduinus Ghiſnarum Comes, & Ingelramus Lilarienſis Dominus, à peregrinatione S. Iacobi redeuntes, per Pictauiam hoſpitati ſunt in Monaſterio Carroſenſi, & videntes*

In chron. S. Bertin.

dentes ibi religionem bene vigere, de Monachis Carroſenſibus ſecum ad has partes duxerunt, & quidem Balduinus Andrenſe, Ingelramus vero Hamenſe Monaſteria in honorem S. Saluatoris fundauerunt, & Iacob. Meyerus. *Eodem anno Balduinus Comes Ghiſnenſis, & Engeranus Lilarienſis reuerſi ex Hiſpania, à Compoſtella Diui Ia cobi Monachos ſecum deportauerunt ex Monaſterio Caroſenſi in Pictonibus, permiſſuque Gerardi Morinorum Epiſcopi Ghiſnenſis Andrienſe, Lilarienſis vero Hammenſe condidit cœnobium.* Inde lex dicta fundationi à Morinenſi Epiſcopo vt Andrenſis Abbatis electio eſſet penès Andrenſes Monachos, & Caroſenſe capitulum, & inde etiam conſuetudo eualuit, vt è gremio Caroſenſis Monaſterij Andrenſis Abbas eligeretur, vt refertur in cap. Cum dilectus ex. de Conſuetud. In annal. Flandr. ad ann. 1184.

Anno MLXXXV. Vodalricus Abbas S. Galli apud Heluetios conſilio peregrini ſibi fortè occurrentis Sanctæ Fidis virginis, & martyris ædem Aginno in Aquitania expetiit, & ſacra eiuſdem pignora domum reportauit, & ibi eccleſiam in honorem ipſius poſuit, exinde ſemper victor de hoſtibus, Burkardus de Caſibus Monaſterij S. Galli in Vodalrico Abbate cap. VII. apud Goldaſtum. *Poſt tanta autem pericula, & tantos labores in eodem caſtro, quadam die cum ſubnixo vultu triſtem ſe oſtenderet, ſubito peregrinum vidit ſibi aſſiſtentem, atque dicentem ſi multis curis tuis finem cupis imponere, in Agennum cauſâ orationis pergito, ſanctæque Fidis reportatis reliquiis, capellam hic in eius honore conſtruito, & pro remedio eius patrocinia certiſſimè tibi adeſſe ſenties. His dictis peregrinus diſparuit, Abbas diſcretus ammonitioni peregrini obediens, Agennum perrexit reli-* Tom. 1. rer. Alemanicar.

Digitized by Google

quias reportauit, eccleſiam ſibi ædificauit, & vt poſt liquebit eccleſiâ Sanctæ Fidis ædificatâ, ſemper victor extitit, & mox anno ab Incarnatione Domini MLXXXV. *Abbas Vodalricus, ad locum S. Galli reliquias S. Fidis attulit*, &c.

Anno MLXXXVI. è viuis exceſſit Guido qui & Gofridus Guillelmus dictus eſt, cui ſucceſſit Guillelmus filius annum agens quintum & decimum. Idem annus lugubris morte Gozcelini Burdigalenſis Archiepiſcopi, & Iſemberti Pictauienſis, quorum hic conditus in æde D. Cypriani Pictauis, ille in templo S. Mariæ Lucionenſis Chronic. Malleacenſ. anno MLXXXVI. *Obiit Guido, qui & Goffridus Comes Pictauorum cui ſucceſſit filius eius* XV. *annorum exiſtens. Defuncti ſunt Goſcelinus Archiepiſcopus Burdegalenſis, & Iſembertus Pictauenſis Epiſcopus, quorum vnus ſepultus eſt Sancto Cypriano alter Sanctæ Mariæ Lucionenſis, præter Guillelmum Guidoni Duci fuit alius filius ſuperſtes Hugo nomine, vterque ex Aldearde.*

CAPVT VIII.

VVillelmi VIII. Ducis principatus. Gallorum expeditiones in Sarracenos. Aldebertus Comes Marchiæ, & Boſo eius filius Concil. Santonenſe Amatus ex Oleronenſi E. Burdegalenſis A. Cultus D. Antonij apud Viennam. ſolenne iuſiurandum per caput D. Antonij. Concil. Toloſæ habitum ab Vrbano II.

Boſonis Comitis Marchiæ obitus Leuterius Bituricenſis Archiepiſcopus. Petrus de Stellis fundator Monaſt. S. Mariæ Fontis Gombaudi, & ſocius Bernardi Abbatis Tyronenſis, Cluniacenſe Monaſt. inſtauratum ab Alphonſo Rege Hiſpaniæ, Guillelmus vxorem ducit Philippiam natam vnicam Guillelmi Comitis Toloſani Comitatus Toloſanus à Guillelmo Duce inuadiatur Raimundo Comiti S. Ægidij. Hildebertus Abbas Dolenſis, tum Archiepiſcopus Bituricenſis. Caſalis Benedicti Cœnobium in pago Bituricenſi fundatur ab Andrea Vallis Brucciorum.

IGITVR morte Guidonis Gaufredi rerum Aquitaniæ potitus eſt Guillelmus eius filius huiuſce nominis VIII. adoleſcens haud maior decem & quinque annis.

Anno MLXXXVII. Alfonſus Rex Caſtellæ cum Sarraceni belli molem propriis viribus ſuſtinere non valeret, Francos in opem per Legatos ſollicitauit. Hac de cauſa multi ſacræ militiæ nomen dedere, & in Hiſpaniam variis agminibus tranſiere, quibus ad Tudelam oppidum adunatis caſtella Stellæ cœpere, quos inter Guillelmus Normannus maiorem cæteris in hoc bello operam præſtitit Chronic. Malleacenſ. *Hildefonſus mandauit per omnes partes Franciæ, vt ſibi & ſuis*

Digitized by Google

adiuuarent, quâ cauſâ multi perrexerunt in Hiſpaniam, & adunati ſunt ad Tutelam ciuitatē, & caſtella Stella ceperunt, inter quos vnus Guillelmus nomine, maior cæterorum interfuit, quem vidimus, & erat Normannus.

Anno MLXXXVIII. è viuis migrauit Aldebertus Comes Marchiæ, qui ſucceſſorem nactus Boſonem filium Chron. Malleacenſ. *Eodem anno ob. Audebertus Comes de Marchia, cui ſucceſſit Boſo F. eius.*

Anno MLXXXIX. celebratum eſt Concilium apud Santonas ab Amato Oleronenſi Epiſcopo, & Apoſtolicæ ſedis Legato, in quo idem creatus Archiepiſcopus Burdegalenſis Chron. Malleacenſe. *Anno* MLXXXIX. *Amatus tenuit Concilium Santones* IV. *Nouembris, in quo idem eleuatus eſt Archiepiſcopus Burdegalæ.*

Eodem anno in Gallia exarſit ſæua lues, ignem ſacrum vocabant, quod laborantium artus velut latens ignis depaſceretur, & malâ tabe conficeret, teſte Sigeberto. Hac occaſione mirùm quantùm adauctus eſt cultus D. Antonij, in Viennenſi prouincia, quò aliquot ante annos, ipſius corpus à Ioſcelino Comite, è ſtemmate Comitum Pictauienſium oriundo, Conſtantinopoli deuectum fuerat, curante Vrbano II. Papa, & à Guigone eius filio apud Motam S. Deſiderij, id nomen vico in territorio Viennenſi, qui hodie denurato nomine dicitur S. Antonij Viennenſis, collocatum fuerat. Eo celebrius euaſit nomen ſancti, quod eius numen morbo curando præſens remedium eſſet, & periuri eundem promptiſſimum ſceleris vltorem experirentur, ita vt in parœmiam deſierit, in S. Antonium non impunè peccari, vt retulit Aimarus Fulco ſcriptor ad an. 1089. Hiſtoriæ Antonianæ, & ex eo Baronius. Quantæ reli-

gioni fuerit apud Aquitanos nomen S. Antonij, argumento eſt, quod ſolemnis apud eos fuerit vſus ſacramenti per caput S. Antonij Io. Froſſard. *Adonques mit le Captail la main à ſa teſte, & dit ainſi, par mal talent, par le cap ſaint Anthoine Gaſcons contre Gaſcons ſe pourmeneront,* & idem alio loco. *Quoy voyans les compagnons de Bordille, firent paſſer leur pennon deuant, & dirent auant auant, par le chef ſaint Antoine ceux cy ſont noſtres.* Vol. 1. cap. 221. Vol. 3. cap. 264.

Anno MCX. Concilium diuerſarum Prouinciarum Galliæ Toloſæ habitum per Legatos, ab Vrbano II. in quo multa quo ad res eccleſiaſticas emendata, & Toloſanus Epiſcopus, hunc fuiſſe Iſarnum euincit ratio temporum, de illatis criminibus ſeſe purgauit & legatio Toletum decreta, pro inſtauranda ibi religione Chriſtiana. Bertholdus Conſtantienſis presbyter qui res Vrbani II. diligentiſſime perſecutus eſt. *Dominus Papa Vrbanus generalem Synodum, cum Epiſcopis diuerſarum prouinciarum, per Legatos ſuos in Toloſana ciuitate circa Pentecoſten collegit, ibique multa in eccleſiaſticis cauſis, quæ corrigenda erant correxit, in qua Synodo Toloſanus Epiſcopus de illatis criminibus canonicè expurgatur, & Legatio pro reſtauranda Chriſtianitate in Toletana ciuitate, Rege Hiſpanorum ſupplicante deſtinatur.*

Anno MXCI. Boſo Comes Marchiæ apud Confolentum caſtrum occiſus, huic ſucceſſit Almodis ſoror quæ ex Rogerio Comite coniuge ſuo, duos ſuſcepit liberos; Chronic. Malleacenſ. *Boſo Comes de Marchia occiſus eſt Confolento caſtro, huic ſuccedit Anmodis ſoror ſua, quæ habuit de Rotgerico Comite duos filios.*

Eodem anno Leutorius virtute & annis conſum-

Digitized by Google

Lib. 8. Hiſt. Eccleſ. matus præfuit Bituricenſi Metropoli, Ordericus Vitalis. *His temporibus Leuterius ſenex Bituricenſi præerat Metropoli.*

Eodem anno Monaſterium Sanctæ Mariæ Fontis Gombaudi in confinio Pictonum, & Biturigum initium ſumpſit à Petro de Stellis, Chronic. Malleacenſ. *Eodem anno inceptum eſt cœnobium Sanctæ Mariæ, quod nocatur fons Gombaudis in confinio Pictauis, & Biturigæ ciuitatum, à Beato Petro cognomento Stellæ.* Hic fuit vnus è ſociis Bernardi Abbatis Tyronenſis, Gaufrid. in vit. Cap. 11. Bernardi. *Manebat autem non multum longè à Monaſterio ſancti Sauini vir quidem venerabilis, & religioſus Eremita Petrus nomine de Stellis, qui illius poſteà Monaſterij fundator extitit, quod fons Gumbaudi dicitur, ad quem Bernardus diuertens, eo quod ſibi iam antea notus, ac familiaris eſſet, cauſam quâ veniſſet aperuit, &c.*

Eodem anno conſecratum eſt cœnobium S. Petri Stirpenſis apud Lemouices, & coli cœpit dies feſtus B. Gauterij fundatoris ac primi Abbatis Stirpenſis. Chronic. Malleacenſ. *Eodem anno fuit benedictio Cœnobij S. Petri Stirpenſis; & feſtiuitas Beati Gauterij inſtituta eſt celebrari de tranſitu.*

Anno MXCII. Aldefonſus Rex Hiſpaniæ Cluniacenſe Monaſterium magno ſumptu à fundamentis inſtaurauit, etiam abiectâ regiâ purpura ibidem Monachum profeſſurus, niſi Hugo Abbas Cluniacenſis eum in ſtatu ſuo continuiſſet, regno & eccleſiæ eum vtiliorem ducens, difficillimis reip. Chriſtianæ temporibus. Bertold. Conſtantienſis. *His temporibus Rex Hiſpaniæ Aldefonſus in fide catholicus & in conſeruatione Cluniacenſis Abbatis obedientiarius, ipſe etiam Cluniaci*

maiorem eccleſiam, à fundamentis ædificauit, ad cuius eccleſiæ ædificationem, infinitam pecuniam Cluniacum direxit, qui etiam iamdudum ſe ibidem Monachum feciſſet, ſi Dominus Abbas ad tempus eum ſub ſeculari habitu retinere non ſatius iudicaret.

Anno MXCIII. Concilium habitum apud Burdegalam ex Chronic. Malleacenſi. *Ipſo anno & apud Burdegalam fuit Concilium.* Chronic. Lurbei refert id in annum MXCV.

Anno MXCIV. Guillelmus Dux vxorem duxit Philippiam natam vnicam Guillielmi Comitis Toloſani Chronic. Malleacenſ. *Anno* MXCIV. *Germundum caſtrum deſtructum eſt, & Guillelelmus Dux duxit vxorem Philippam nomine filiam VVilielmi Comitis Tholoſani & neptem Raymundi de Sancto Ægidio.* Hoc iure VVillelmus Toloſanum principatum adeptus eſt, ſed haud diu eius compos fuit, breui enim eundem inuadiauit, id eſt, pignori tradidit Raymundo Comiti Sancti Ægidij patruo vxoris ſuæ, pro pecunia ſibi credita in ſumptum expeditionis Hieroſolymitanæ. Chronic. Normannor. *Genuit autem ex ea Comes, Tholoſanus vnam ſolummodo filiam, quam Guillelmus Comes Pictauenſis & Dux Aquitanorum, mortuo patre prædictæ puellæ cum hæreditate propria ſcilicet vrbe Tholoſa, & Comitatu Tholoſano duxit vxorem, ex qua genuit idem Guillelmus filium Guillelmum nomine, qui ei ſucceſſit, qui pater fuit Alienor Reginæ Anglorum. Si quis autem requirit quomodo Comes S. Ægidij habuit ciuitatem Tholoſam nouerit quod prædictus VVillelmus Comes Pictauenſis & Dux Aquitanorum, inuadiauit eandem ciuitatem Raimundo Comiti Sancti Ægidij patruo vxoris ſuæ propter pecuniam* ad an. 115.

quam idem Guillelmus in expeditione Hieroſolymitana expendit, vnde idem Raymundus in libro eiuſdem expeditionis, nunc Comes ſancti Ægidij, nunc Comes Tholoſanus vocatur. Idem Robertus Montenſis. Vel vt alij deterius interpretantur VVillelmus deliciis in ſumptum, & rerum perditionem ſolutus, vxoriæ ditioni non pepercit, vt deliciarum vſui ſumptum pararet. Guillelmus Neubrigenſis. *Comes Pictauienſis, qui & Dux Aquitanus auus ſcilicet Alienoræ, prius Francorum, poſtea vero Anglorum Reginæ, cum eſſet in expenſis profuſior, & propriorum redituum, quantalibet affluentia tantæ voragini nequaquam ſufficeret, accepta à Comite Sancti Ægidij viro pecunioſo pecunia copioſa, nobilem illi cum pertinentiis ciuitatem Tholoſam appoſuerat*, &c. Stultam hanc distractionem Toloſani Comitatus, Guillelmo Comiti Toloſano ſocero Guillelmi Ducis Aquitaniæ tribuit Guillelmus Catellus ſcriptor ſelectiſſimus hiſtor. Comitum Toloſanorum, ſed vix eſt vt conuellat conſentientem fidem tot ſcriptorum proximæ ætatis, qui in authorem alienationis conueniunt, nimirum in VVillelmum noſtrum, de cauſis tantum alienandi inter ſe diſcrepant.

In ſupplem. Sigebert. ad ann. 1160.

Lib. 2. c. 10.

Lib. 2.

Eodem anno Hildebertus Abbas Dolenſis ad Bituricenſem Archiepiſcopatum ſubuectus, vir multis ſanctitatis argumentis præſtans in verbo & opere, cui frater fuit Garnerius de Montemaurelionis miles, inclytus virtutis pariter ac naturæ neceſſitudine germanus, qui abdicata ſeculari militia Monachum profeſſus in cœnobio Caſæ Dei, quadraginta fere annis ibi Deo militauit. Ordericus Vitalis. *Tunc Hildebertus Dolenſis Abbas ad Archiepiſcopatum Bituricenſem promotus*

Lib. 8. Hiſt. eccleſ.

Digitized by Google

tus eſt, multiſque pollens virtutibus ſanctitatis documentum ſequentibus Chriſtum, verbo & actione largitus eſt. Guarnerius de Monte-maurelionis præfati præſulis frater, miles illuſtris fuit, & poſtmodum Caſæ Dei Monachus ferè quadraginta annis Deo militauit. Hic Hildebertus primum fuit Monachus cœnobij Caſæ Dei, tum Abbas Dolenſis, ac tandem Archiepiſcopus Bituricenſis. Huic virgo Maria in rebus aduerſis apparuiſſe fertur, & ei ſolatium præbuiſſe. Huius exemplo cœnobium Caſæ Dei elegit Guarnerius frater, olim Dominus caſtri Montiſmaurilionis, ſed cum poſtea ſeceſſiſſe in eremum ſcribit Gaufredus in vita Bernardi Tyronenſis. cap. 2. *Prædictum vero Monaſterium* (Caſæ Dei) *tunc temporis habebat quàm plures Monachos genere nobiles, ſed ſanctitate vitæ ac morum honeſtate multo nobiliores, quorum vnus fuit Hildebertus, qui poſtea Dolenſis Monaſterij Abbas, deinde Bituricenſis Archiepiſcopus extitit, cui beata Dei genitrix virgo Maria, in quadam ſua tribulatione fertur apparuiſſe, & ei ſolatia contuliſſe. Garnerius quoque qui caſtri illius, quod mons-Maurilionis dicitur Dominus fuerat, hic paupertatis, atque ſolitudinis cænobitarum Monachorum deſerens conſortia, Anachoreticæ vitæ ſectatus eſt ſtudium,* &c.

Eodem tempore Caſalis Benedicti cœnobium in pago Bituricenſi fundauit Andreas de Valle bruciorum Italus genere, vir litteris apprimè eruditus, & ſingulari gratiâ pollens, ad animarum ſalutis negotium, Ordericus Vitalis. Lib.8.Hiſt. Eccleſiaſt. ad an.1094. *Eodem tempore venerabilis Andreas de Vallebruciorum monachus effloruit, & in Bituricenſi pago Monaſterium quod Caſale benedicti nuncupatur conſtruxit, & diſcipulos in magnâ paupertate, & continen-*

Digitized by Google

tia Deo famulari docuit. Hic erat genere Italus, litterarum eruditione pleniter inſtructus, & lucrandis Deo animabus per eius gratiam idoneus. His initiis hocce Monaſterium regulari diſciplina in hunc diem ita effloruit, vt reformatæ congregationis, quæ adhuc viget in Gallia caput euaſerit. Extat Bulla Leonis X. de erectione congregationis Caſalis Benedicti, exemplo congregationis montis Caſſini, ſeu S. Iuſtinæ de Padua reformatæ. de qua Chopinus.

Lib. 1. Monaſt. cap. 1. & 2. & lib. 2. de doman. cap. 10.

Capvt VI.

Bernardus Abbas Tyronenſis. Philippus I. excommunicatus in Auguſtodunenſi Synodo. Synodus Claromontenſis habita ab Vrbano II. eiuſdem Pontificis iter ad ædem S. Mariæ apud Anicium. Canonum Synodi Claromontenſ. breuiarium, in hac Synodo inſtitutum ſolenne ſacrum Mariæ Virginis in ſingulis Eccleſiis cathedralibus & collegiatis. In hac Synodo Guimundus ordinatus Epiſcopus Auerſanus Apuliæ, malè Aruernenſem credidit Io. Sauaro. In eadem Synodo decretum ſacrum bellum aduerſus Sarracenos, expeditionis Duces Godefredus Bullonius & alij. Ademarus Podienſis Epiſcopus Legatus Sedis Apoſtolicæ in ſacra expeditione. Baſilica S. Martialis dedicatur ab

Digitized by Google

Vrbano I I. Vmbaldus Lemouicenſis Epiſcopus ab eodem deponitur.

BERNARDVS primum Monachus cœnobij Sancti Cypriani apud Pictauum ſub Reynaudo Abbate olim Roberti Caſæ Dei Abbatis diſcipulo, tum præpoſitus ſeu prior aſcitus in Monaſterio S. Sauini Pictauienſis diœceſis, ſub Geruaſio Abbate, ſtudio ſanctioris vitæ in eremum ſeceſſit, vbi per per aliquot annos ignotus latuit, tandem ſollicitâ Monachorum S. Cypriani inquiſitione reuocatus, factus eſt Abbas S. Cypriani, quo in gradu poſitus pro tuenda Monaſterij ſui libertate acriter certauit aduerſus Cluniacenſes, qui ſibi ſubditum id aſſerebant, & victus iudicio Paſchalis II. ita impatienter tulit ſententiam pontificis, vt ipſum ad diuinum iudicium prouocarit. Viri conſtantiam miratus Pontifex, apud ſe eum detinere concupiuit, illius opera vſurus in regimine eccleſiæ. Ille vero eremum expetens, multis locis perluſtratis tandem ad Iuonem Carnotenſem Epiſcopum diuertit & ab eo comiter ſuſceptus, in prædio Carnotenſis eccleſiæ Tyronenſe cœnobium fundauit, ſub annum MXCIV. Fusè Gaufridus in eius vita, & Ordericus Vitalis in annum prælibatum, vbi Quinciacum idem eſt quod S. Cypriani Monaſterium, quod alio nomine dicebatur Quinciacum. *Circa hæc tempora*, inquit, *Bernardus Quinciaci Abbas Pictauienſe ſolum reliquit, quia præfatum Monaſterium quod hactenus liberum extiterat, Cluniaco ſubiugare noluit, & quia ſicut ſcriptum eſt iuſtus*

Cap. 24. 16. 33.
Lib. 8. Hiſt. eccleſ.

vt leo confidit, in Romana Synodo contra Paſchalem Papam pro libertate litigauit, ipſumque quia plenarium ſibi rectum non fecerat ad diuinum examen prouocauit, cuius formidandam animoſitatam Papa reueritus eſt, ipſumque vt ſecum ad Romanæ tutelam eccleſiæ commoraretur precatus eſt. Ille vero mundanas omnino curas deſeruit, & plura cum quibuſdam religioſis fratribus ipſum auide ſequentibus loca perluſtrauit. Denique poſt plures circuitus ad venerabilem Epiſcopum Iuonem diuertit, & ab eo benigniter ſuſceptus in prædio Carnotenſis eccleſiæ cum fratribus quibuſdam conſtitit, & in loco ſylueſtri qui Tyron dicitur cænobium in honore S. Saluatoris conſtruxit.

Eodem anno Philippus I. Rex Francorum primùm in Auguſtodunenſi Synodo ab Hugone Lugdunenſi Archiepiſcopo, & Sedis Apoſtolicæ Legato ſacris interdictus, ob ſuperductam Bertradam vxorem Fulconis Comitis Andegauenſis, abiecta coniuge ſua Bertoldus Conſtantienſis. *Anno* MXCIV. *in Galliarum ciuitate, quam vulgariter Oſtionem dicunt, congregatum eſt generale Concilium, à venerando Hugone Lugdunenſi Archiepiſcopo, & ſedis Apoſtolicæ Legato cum Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Abbatibus diuerſarum Prouinciarum* XVII. *Kal. Nouemb. in quo concilio Rex Galliarum Philippus excommunicatus eſt, eo quod viuente vxore ſua alteram ſuperinduxerat.*

Anno MXCV. Vrbanus II. magnis itineribus venit in Galliam, & generalem Synodum indixit apud Claremontem Aruernorum oppidum in octauam S. Martini eoque peruenit luſtrata prius æde S. Mariæ apud Anicium, ſeu Podium Vellaunorum Bertold. Conſtan- ad an. 1095.
tienſ. *Dominus Papa rebus in Longobardia bene diſpoſitis,*

in Gallias maximo itinere cœpit diuertere, & ad S. Mariam ad Podium in aſſumptione ipſius peruenit, ſynodumque ad Montemclarum in octauam S. Martini Apoſtolica authoritate condixit, ad quam diuerſarum Prouinciarum Epiſcopos miſſis litteris canonica vocatione inuitauit. Ad diem dictam Claremonte habitum eſt generale Concilium præſide Vrbano II. Huic interſuere decem & tres Archiepiſcopi CCXXV. Epiſcopi, & quamplurimi Abbates,. Ordericus Vitalis. *Eodem anno indictione quarta menſe Nouembri, præfatus Papa omnes Epiſcopos Galliæ & Hiſpaniæ congregauit, & apud Clarummontem Aluerniæ vrbem, quæ antiquitus Aruernis dicta eſt, Concilium ingens tenuit, multa vero quæ cis Alpes agebantur correxit, & multa ad emendationem morum vtilia conſtituit. In Synodo Aruernenſi* XIII. *fuerunt Archiepiſcopi, &* CCXXV. *Epiſcopi, cum multitudine Abbatum, aliarumque perſonarum, quibus à Deo Sanctarum curæ delegatæ ſunt Eccleſiarum.* Archiepiſcopos tredecim cum ſuis ſuffraganeis, & CCV. Paſtorales virgas Epiſcoporum aut Abbatum in hac Synodo recenſuit Bertholdus Conſtantienſis. *In Galliis ad Clarummontem generalis Synodus à Domino Papa in octaua S. Martini congregata eſt, in qua* XIII. *Archiepiſcopi cum eorum Suffraganeis fuerunt, &* CCV. *paſtorales virgæ numeratæ ſunt.* Epiſcopos & Abbates numero decem ſupra trecentos huic Synodo adfuiſſe refert VVillelmus Malmesbur. *Coactum ergo eſt apud Clarummontem concilium, quæ clariſſima eſt vrbs Aruernorum, numerus Epiſcoporum & Abbatum* CCCX. &c. In hac Synodo multa ſtatuta ad emendationem morum, & Philippus I. iterum excommunicatus, ob adulterium cum Bertrada pellice Ber-

Lib. 9. hiſt. eccleſ. ad ann. 1095.

De Geſt. Reg. Angl. cap. 2.

Digitized by Google

toldus Conſtantienſ. *In hac Synodo Dominus Papa eadem ſtatuta, quæ & in præterita Synodo Placentina confirmauit, inſuper & Philippum Regem Galliarum excommunicauit, eo quod propria vxore dimiſſa, militis ſui vxorem ſibi in coniugium ſociauit.* Huius Synodi canones infœlicitate temporum ad nos non peruenerunt, eorum breuiarium contexuit Ordericus. *Decreta vero concilij apud Clarummontem habiti ſunt huiuſcemodi, Eccleſia ſit catholica, caſta, & libera; catholica in fide, & communione Sanctorum, caſta ab omni contagione malitiæ, & libera ab omni ſeculari poteſtate. Epiſcopi vel Abbates aut aliquis de clero aliquam eccleſiaſticam dignitatem de manu principum, vel quorumlibet laicorum non accipiant. Clerici in duabus ciuitatibus, vel Eccleſiis prælationes ſeu præbendas non habeant. Nemo Epiſcopus & Abbas ſimul ſit. Presbyter Diaconus Subdiaconus vel Canonicus cuiuſlibet ordinis carnali commercio non vtatur. Presbyter Diaconus Subdiaconus poſt lapſum non miniſtret. Eccleſiaſticæ dignitatis, vel Canonicæ à nullo vendantur, vel emantur, illis tantum qui ignorantes canonum auctoritatem, vel fuiſſe prohibitum Canonicas emerunt indultum ſit, illis vero qui ſcienter à ſe vel à parentibus emptas poſſident auferantur. Nemo laicorum poſt acceptos cineres in capite ieiunij vſque ad Paſcha carnem comedat. Omni tempore primum ieiunium quatuor temporum primâ hebdomâda quadrageſimæ celebretur. Ordines omni tempore, aut in veſpera Sabbathi, aut perſeuerante ieiunio Dominicâ celebrentur. In Sabbatho Paſchæ officium nonniſi poſt ſolis occaſum finiatur, ieiunium ſecundum ſemper in hebdomade Pentecoſte celebretur, ab aduentu Domini vſque ad octauas Epiphaniæ, & à ſeptuageſima vſque ad octauas Paſchæ, & à prima die Ro-*

gationum vſque ad octauas Pentecoſtem, & omni tempore à quarta feria occidente ſole vſque ad ſecundam feriam oriente ſole Treuia Dei cuſtodiatur. Qui Epiſcopum ceperit omnino exlex habeatur, qui Monachos vel Clericos, vel Sanctimoniales, & eorum comites ceperit, vel expoliauerit anathema ſit, qui Epiſcoporum morientium bona, vel Clericorum diſruperit anathema ſit. Nemo in Epiſcopum eligatur, niſi aut Presbyter aut Diaconus, aut Subdiaconus, & cui dignitas natalium ſuffragetur, niſi maxima neceſſitate, & licentia Summi Pontificis. Filij Presbyterorum vel concubinarum ad Presbyteratum non prouehantur, niſi prius ad religioſam vitam tranſierint. Qui ad Eccleſiam, vel ad crucem confugerit, ſi reus eſt data impunitate vitæ, vel membrorum, iuſtitiæ reddatur, ſi innocens liberetur. Corpus Dominicum, & ſanguis dominicus ſingulatim accipiatur. Vnaquæque Eccleſia decimas ſuas habeat, & non in alterius Eccleſiæ ius quolibet dante tranſeat. Laicus decimas, nec vendat, nec retineat. Pro ſepultura mortuorum pactum precium non exigatur aut detur. Nullus principum laicorum Cappellanum habeat, niſi ab Epiſcopo datum, quod ſi in aliquo offenderit ab Epiſcopo corrigatur, & alter ſubrogetur. Eorumdem Canonum breuiatio iiſdem ferè verbis extat & apud VVillelmum Malmesbur. & Matheum Paris, eiuſdem Concilij canones excerptos ex codice Lamberti Epiſcopi Atrebatenſis in lucem protulit Ant. Auguſtinus, & poſt eum Baronius. Nec non eiuſdem concilij aliquot alij canones inueniuntur ſparſim apud Gratianum vt hic de redemptione altarium, & iſti ne quiſquiam pro leuibus cauſis excommunicetur, ne Monachi per ſe regant parrochiales eccleſias, quas poſſident, ſed per presbyterum ſeu Vica-

Can. de laicis. 12. q. 2.

Can. nullus 60. diſt.

Can. presbyterorum 56. diſt.

Can. cõgregatio 16. q. 7.

Lib. 4. de Geſt. Reg. Angl. c. 2.

ad an. 1095.

ad an. 1095. num. 25.

Can. quæſitum. 1. qu. 3.

Can. nullus 15. q. 3.

Digitized by Google

Can. ſane quia 16. q. 2. & can. cappellanos 13. q. 2. Ep. 69. & 213. lib. 4. ep. 47.

rium perpetuum, quem inſtituant de conſenſu Epiſcopi, cuius poſtremi canonis meminere Iuo Carnotenſ. & Goffridus Vindocinenſis. In eadem ſynodo ſtatutum etiam vt B. Mariæ virginis officium in ſingulis eccleſiis cathedralibus & collegiatis quotidiè recitetur, & eiuſdem miſſa ſolennis, quoque ſabatho celebretur. Radulfus Tungrenſ. *De officio vero B. Virginis legitur in chronicis, quod Vrbanus II. in Gallias veniens concilium apud Claremontem vrbem celebrauit anno Domini* MXCVI. *de menſe Nouembri, in quo ſtatutum eſt, quod horæ B. Mariæ virginis quotidiè dicantur, officiumque eius diebus Sabbathorum ſolenniter fiat.*

In originib.

Epiſt. 78.

In eadem Synodo Guimundum Monachum cœnobij S. Leofredi de cruce in Normannia ab Vrbano II. ordinatum Epiſcopum Aruernenſem credidit Io. Sauaro, deceptus nimium ſupinè adulterina lectione quorumdam Codicum epiſtolæ Iuonis Carnotenſis ad Dolenſ. vbi pro eo quod ſaniorum codicum lectio habet. *Ex quibus duo de Monaſterio Crucis litterati & religioſi Guimundus, & Robertus, alter ad Epiſcopatum Auerſenſem, alter ad gubernationem Monaſterij Sancti Laurentij Auerſenſis auctoritate Apoſtolica aſſumpti ſunt.* In quibuſdam perperam legitur Auernenſem. Reuerâ enim hic Guimundus è monacho S. Leofredi fuit factus Epiſcopus Auerſanus Apuliæ, teſtis VVillelmus Malmesbur. vbi de his qui ſcripſerunt aduerſus Berengarium Turonenſem. *Reſponderunt ei libris Lanfrancus Archiepiſcopus, ſed præcipuè & fortiter Guimundus, prius Monachus de Sancto Leofredo Normanniæ, poſtea Epiſcopus Auerſanus Apuliæ noſtri temporis eloquentiſſimus.* Ante creatum Cardinalem à Gregorio VII. & poſtea

ab

ab Vrbano II. Epiſcopum Aduerſis oppidi Apuliæ quod conditum eſt à Normannis, refert. Ordericus Vitalis. *Quem Gregorius VII. Papa venientem ad ſe gaudens ſuſcepit Cardinalem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ præfecit, & Vrbanus Papa iam probatum in multis Metropolitanum Aduerſis vrbis ſolemniter ordinauit.* Hæc vrbs tempore Leonis IX. Papæ, à Normannis qui primo Apuliam incoluerunt conſtructa eſt, ad eumdem extat Vrbani II. epiſtola apud Gratianum.

Lib. 4. Hiſt. eccleſ. ad ann. 179.

Can. ſane quod 24. q. 2.

In eadem Synodo perorante Vrbano II. decreta eſt ſacra expeditio aduerſus Sarracenos, ſacræ militiæ nomen dedere Gothefridus Bullonius Dux Lotharingiæ, Robertus Comes Flandrenſis, Raymundus Berengarius Comes Toloſæ, Hugo frater Philippi Regis, & alij innumeri etiam ſacri ordinis viri, quos inter Ademarus Podienſis Epiſcopus virtute & exemplo magnus primus ſacræ militiæ ſignum aſſumpſit & idem à Pontifice lectus Legatus ſedis Apoſtolicæ in ſacra expeditione Ordericus Vitalis. *In concilio Papâ magnifice prædicante & filios Hieruſalem ad receptionem ſanctæ matris ſuæ viriliter exhortante, vir magni nominis Haimarus Podienſis Epiſcopus ſurrexit, & genu flexo licentiam eundi, & benedictionem popoſcit, & gaudentibus cunctis impetrauit. Inſuper Papa mandatum vt ei omnes obedirent promulgauit, ipſumque Vicarium Apoſtolici in expeditione Dei conſtituit, erat enim ſummæ ingenuitatis, & magnæ ſtrenuitatis, induſtriæque ſingularis.*

Otho Friſingenſ. lib. 7. chron. c. 2.

Lib. 9. Hiſt. eccleſ.

Eodem anno ſoluta Synodo Claremontenſi Vrbanus Turones iter inſtituens Lemouicum diuertit vbi baſilicam regiam S. Martialis, à Ludouico primum conſtructam, tum ab Ademaro Abbate reſtitutam

Digitized by Google

dedicauit, dedicationi interfuere Hugo Archiepiſcopus Lugdunenſis, Audebertus Bituricenſis, Amatus Burdegalenſis, Petrus Pictauenſis, Ranulfus Santonenſis, Rainaldus Petragoricenſis, Raimundus Rutenenſis Humbaldus Lemouicenſis, vt obſeruauit vir Illuſtriſſimus Petrus de Marcha Archiepiſcopus Toloſanus ex veteri charta eiuſdem Monaſterij. Vmbaldum Epiſcopum tunc depoſitum ab Vrbano II. fertur ex chonic. Malleacenſ. *Anno* MXCV. *Vrbanus Papa tenuit Concilium III. Idus Nouembris, & inde Lemouicas veniens depoſuit Vmbaldum Epiſcopum eiuſdem vrbis.*

In not. ad can. Conc. Claremont.

CAPVT X.

Monaſterium nouum Pictauienſe dedicatur ab Vrbano II. Concil. Turonenſe ab eodem Pontifice habitum. Audebertus Bituricenſis A. eius ſucceſſor Leodegarius. Priuilegium Monaſt. S. Crucis Burdegalenſ. Mathildis eadem quæ Philippia. Gulferius de Turribus miles Lemouicenſis. Ademari Podienſis obitus Sudarium Chriſti apud Gadonienſe Monaſter. Petrocoriorum VVillelmi Ducis liberi ex Philippia VVillelmus, Raimundus Princeps Antiochenus, Henricus, Agnes ſeu Mathildis primum nupta Aymerico Vicecomiti Thoarcenſi, altera Agnes. Hieroſolyma

Digitized by Google

capta Duce Godefredo. Gaſtonis Benearnenſis inſignis opera in expugnatione vrbis.

ANNO MXCVI. Vrbanus II. Pictauum progreſſus ad diem S. Hilarij, & ibi Monaſterium nouum ſolenniter conſecrauit, inde perrexit Andegauis, & ibi Monaſterium S. Nicolai inaugurauit, inde Turones peruenit, vbi habuit Concilium in cœnobio S.Martini. Indeque reuerſus Santones vbi diem ſanctum Paſchæ exegit, & inde Romam remeauit per Galliam Narbonenſem. Chronic. Malleacenſ. *Anno* MXCVI. *Vrbanus Papa veniens ad feſtiuitatem Sancti Hilarij fuit Pictauis & benedixit Monaſterium* VI. *Kalendas Februarij, poſt hoc perrexit Andegauis, & benedixit Monaſterium Sancti Nicolai. Inde abiens Turonis tenuit Concilium in Monaſterio S. Martini. Inde reuerſus eſt Santonas ciuitatem, & celebrauit ibi ſanctum Paſcha, & inde remeauit Romam, &c.*

Eodem anno vita migrauit Audebertus Bituricenſis Archiepiſcopus, eique ſucceſſit Leodegarius, & Santonis coiit cōcilium, vbi indictum ieiunium ſingulis Apoſtolorum vigiliis Chron. Malleac. *Eodem anno obiit Audebertus Bituricenſ. Epiſcopus, & ei Leodegarius ſucceſſit in principatu. Santonas fuit Concilium, vbi imperatum eſt omnibus vigiliis Apoſtolorum ieiunium.*

Eodem anno Mathildis Comitiſſa ſubſcripſit priuilegio Monaſterij Sanctæ Crucis Burdegalenſis, vnà cum VVillelmo Duce Aquitaniæ coniuge ſuo, ex tabulis quas primum edidit VC. Iacob Sirmundus. *Ego* In not. ad Goffred. Vindoc. lib. 5. ep. 22.

Digitized by Google

VVillelmus diuina ordinante prouidentia Aquitaniæ & Vaſconiæ Dux & Comes, Notum omnibus fidelibus per hoc priuilegium noſtræ authoritatis fieri volumus, quod vir venerabilis Fulco Sanctæ Crucis Abbas poſtulauit à nobis, vt ſicut clariſſimus genitor noſter venerandæ memoriæ VVillielmus qui & Goffridus vocatus eſt, altare Sanctæ Mariæ de Solaco, cum omnibus ſuis appenditiis iudicio Legatorum S. R. E. Amato videlicet Elorenſium Epiſcopo, & Hugone Dienſium Pontifice in concilio Burdigalenſi præſidentibus, Goſcelino Burdegalenſi Archipræſule aſſiſtente, cum multis aliis Archiepiſcopis, & Epiſcopis, & Abbatibus Arnaldo Abbati S. Crucis iure perenni, & eius ſucceſſoribus conceſſit, ita & nos concederemus, & locum S. Crucis cum loco S. Macarij ſub tutela & defenſione noſtra ſuſciperemus cui petitioni libentiſſime noſtrum præbuimus aſſenſum, & Petro Decano, & Archidiacono eccleſiæ Burdegalenſis, vt totum hoc ſcriberet, aut ſcribi præciperet ſub teſtimonio, &c. Præcipimus & ſigilli noſtri impreſſione ſignari. Ego Mathildis vxor Domini Guillelmi Ducis Aquitaniæ, & Comitis Guaſconiæ affui, & aſſenſum præbui, & poſt ſubſcriptiones cæterorum teſtium, actum eſt & conceſſum anno MXCVI. *Incarnationis Dominicæ* VIII. *Kal. aprilis Epacta* XXIII. *concurrente II. Indictione IV. Domino PP. Vrbano II. & D. Amato Burdegalenſi Archiepiſcopo.* Mathildis hæc eadem fuit ac Philippia Toloſani Comitis filia quæ alio nomine, vt ea ætate frequens erat mutatio nominis, pro mutatione ſtatus Mathildis dicta eſt, fortè poſt nuptias, eandem enim duas ſimul vxores habere non tulit diſciplina temporum, & Philippia ipſa ſuperſtes fuit multis poſt annis, & cum Guillelmo Comitatum Toloſanum adminiſtrauit anno

MXCVIII. immò & MXV. ex Catello. lib.2.cap.3.

Anno MXCVIII. VVillelmus Dux Aquitaniæ coniunctis copiis cum VVillelmo Ruſo Rege Anglorum Monfortem, & alia caſtra Normanniæ oppugnauit ſed inani conatu, ſua enim quique ſtrenue ac viriliter tutati ſunt Ordericus Vitalis. *Guillelmus Rex cum Guillelmo Duce Pictauenſium ductu Almarici iuuenis, & Niuardi de Septoculo contra Montem fortem & Sparlonem maximam multitudinem duxit, circumiacentem prouinciam deuaſtauit, ſed Simon iuuenis munitiones ſuas auxiliante Deo illæſas ſeruauit, Symon vero ſenex ſeruauit Neelfiam Petrus quoque cum filiis ſuis Anſoldo, & Thedbaldo Manliam aliique municipes, quos ſigillatim nequeo nominare firmitates ſuas procaciter tenuere.* Lib.10.hiſt. eccleſ.

Eodem anno Marra Iudeæ oppidum à Raimundo Comite Toloſano obſeſſum captumque, in ea obſidione maximè emicuit virtus Gulferij de Turribus nobiliſſimi militis Lemouicenſis, qui primus oppugnantium ſcutis murum ſuperauit, Ordericus Vitalis. *Denique Lemouicenſis Gulferius de Turrribus vir alti ſanguinis, & audaciæ mirabilis, primus ſcalam aſcendit, & vſque in murum pedem tetendit.* Idem VVillelmus Tyrius, & Baldricus Dolenſis. Lib. 9. Hiſt. eccleſ. Lib. 4. de bell. Sacr. cap.9. lib. 3. hiſt. Hieroſ.

Eodem anno Ademarus Podienſis Epiſcopus in expeditione tranſmarina Antiochiæ ſuâ morte deceſſit Kal. Auguſti non ſine ingenti luctu totius exercitus & ibidem in Eccleſia S. Petri conditus de quo Baldricus Dolenſis, Raimundus de Agiles, Guibertus. Hic ſacri procinctus Comitem habuit Hugonem de Muntilio fratrem ſuum, de quo idem Raimund. de Agiles. Lib.4.p.155. lib.5.c.13.

Sub id tempus Sudarium quo inuolutum ſacrum corpus Domini Ieſu Chriſti, quod ab Ademaro Podienſi Epiſcopo apud Antiochiam adinuentum, & ab eodem ſub extremum vitæ ſpiritum, cuidam ſuo clerico cuſtodiæ cauſâ traditum fertur, quo extincto dum enauigaret in Galliam, ſacrum depoſitum ab alio clerico eius comite aſportatũ in Galliam, & in eccleſia quadam patrij ſoli in finibus Petrocoriorum locatum, vnde poſtea dignioris cultus gratia tranſlatum in proximum Cadonienſe Monaſterium Ciſtercienſis Ordinis, vbi illud in hunc diem ſumma religione colitur. ex veteri tabul. Cadun. Monaſter.

Anno MXCIX. ex Philippia ſeu Mathilde VVillelmo Duci ſuſceptus eſt filius itidem VVillelmus nomine qui poſt patrem rerum Aquitanicarum potitus eſt. Inde eadem matre natæ ſunt quinque filiæ, quarum nomen ſiletur, & nouiſſimus apud Toloſam editus eſt Raimundus qui principatum Antiochenum obtinuit. Chronic. Malleac. *VVillelmo Comiti natus eſt filius æquiuocè Guillelmus vocatus, ex ſupradicta coniuge habuit quoque quinque filias, quarum vnam deſponſauit Vicecomiti Toarcenſi, nouiſſimè genuit apud Toloſam vterinum videlicet Raimundum qui poſtea regnauit in Antiochia.* Quo iure principatum Antiochenum adeptus ſit Raimundus non omittendum, nimirum vxorio, is enim in aula Henrici I. Anglorum Regis educatus, inde euocatus à Fulcone Rege Hieroſolymitano conſobrino ſuo, Conſtantiam filiam vnicam Boamundi principis Antiocheni vxorem duxit, & cum ea principatum aſſecutus eſt. Ordericus Vitalis. *Præfatus autem Raimundus, qui tunc principatum habebat, Guillelmi Pictauien-*

Lib. 13. hiſt. eccleſ. ad an. 1137.

ſium Ducis filius erat. Hic nimirum poſt mortem Henrici Regis eoas partes adiit, & filiam Buamundi Iunioris, dono Fulconis conſobrini ſui ſibi datam coniugem duxit, latumque principatum in Syria largiente Deo vindicauit. de eodem VVillelmus Tyrius. De communi omnium conſilio placuit vt nobilis quidam & præcipuæ indolis adoleſcens, Raimundus nomine Domini VVillelmi Pictauienſium Comitis filius ad hoc vocaretur, is in Curia Domini Henrici Senioris Anglorum Regis apud quem arma ſumpſerat militaria moram facere dicebatur, Domino VVillelmo fratre eius primogenito Aquitaniam iure hæreditario gubernante. Eius formam & mores graphicè depingit idem Tyrius. Erat autem idem Dominus Raimundus egregij ſanguinis priſca generoſitate inſignis, corporis eximiâ proceritate, & tota eiuſdem gratiſſimâ compoſitione præſtantiſſimus, adoleſcens vix prima malas veſtitus lanugine, ſpecioſus formâ præ Regibus, & Principibus orbis terræ, verbo & affabilitate commendabilis, tota ſui habitudine venuſtam principis eximij prætendens elegantiam, armorum vſu, & rei militaris experientia omnibus qui eum præceſſerunt, vel ſecuti ſunt, anteponendus, litteratorum licet ipſe illiteratus eſſet cultor, in diuinis aſſiduus, eccleſiaſticorum officiorum, & maximè in diebus ſolennibus auidus auditor, coniugalis integritatis poſtquam duxit vxorem ſollicitus cuſtos & ſeruator, in cibo & potu ſobrius, munificus & liberalis ſupra modum, ſed parum prouidus, aleæ & damnoſis talorum ludis plus æquo inſiſtens. Erat præterea inter cæteros quos patiebatur defectus animo præceps, in agendis impetuoſus, in ira modi neſcius, rationis expers, parum fælix, in ea fidelitate quam Domino Patriarchæ promiſerat, iuramenti immemor, & fidei interpoſitæ

Lib. 14. de Bell. ſacro c. 9. Idem P. Æmil. in Ludou. Maſſ.

Eod. lib. c. 21.

Digitized by Google

prodigus. Inter liberos VVillelmi Ducis memoratur, & Henricus cui deſtinabatur vxor Boamundi vidua, ſi

Eod. lib. c. 20.

in tranſmarinas partes veniret de quo idem Tyrius. *Exigitur ergo à Domino Raimundo vt iuramento corporaliter præſtito, Domino Patriarchæ fidelitatem exhibeat verſà vicè ſuſcepturus ſine difficultate puellam in vxorem, & cum omni quiete principatum. Interſeritur etiam pactis quod ſi Domini Raimundi frater Henricus nomine in partes deſcenderet Antiochenas, Dominus Patriarcha fideliter elaboraret quomodo puellæ matrem Domini Boamundi viduam cum duabus vrbibus maritimis, & earum finibus haberet vxorem.* Inter filias cenſetur Agnes ſeu Mathildis quæ primum nupſit Aymerico Vicecomiti

Lib. 6. c. 2. In indic. Arag. ad an. 1134.

Thoarcenſi, & ſecundis nuptiis Ranimiro Regi Aragonum vt ſuo loco oſtendetur, ex Roderico Toletano, & Zurita, alteri fuit æque nomen Agnes quæ primum collocata eſt Alfonſo Seniori Regi Galliciæ, & iteratis nuptiis Heliæ Comiti Cœnomannenſi vt proximè dicetur.

Eodem anno Hieroſolyma capta à Chriſtianis Duce Gothefredo Bullonio in eius expugnatione ſingularem inter cæteros operam nauauit vnus ex Aquita-

In hiſt. Hieroſol.

nis Gaſto Bearnenſis, Raimundus de Agiles. *Præfecerant itaque Dux & Comes Normanniæ & Flandriæ Gaſtonem de Beardo operariis qui machinas conſtruebant, & crates, & aggeres ad inuadendum murum componebant. Hic autem Gaſto nobiliſſimus princeps, apud omnes honoratus erat, vtilitatis ſuæ & probitatis merito, atque ideo opus ſibi à principibus commiſſum ſagaciter operariis diuidens ſapienter accelerabat. Principes autem tantam gerabant curam de comportanda lignorum materia, & Gaſto*

de

de conſtruendis neceſſariis ſollicitudinem agebat. de eodem Guibertus. *At qui templi ſuprema conſcenderant, vulgi promiſcui infinita frequentia Tancredi & Gaſtonis pro ſigno ſibi interim pacis indultæ vexilla ſuſcipiunt, is autem Gaſton vir illuſtris, atque ditiſſimus, vtrum de Gaſconia an Baſconia foret non integrè memini. Quia tamen de alterutro eſſet ad certum tenui.* Et hic idem eſt, qui Caſtus de Verdeis deprauatè vocatur Alberto Aquenſi. Lib. 3. Hiſt. Hierol. c. 9. Lib. 1. c. 23.

CAPVT XI.

Agnes nata VVillelmi Ducis primum nupta Hildefonſo Galliciæ Regi ſecundo nubit Heliæ de Flechia Comiti Cenomannenſi. Simon Aginnenſis Epiſcopus ei ſuccedit Geraldus. Concil. Pictauienſe in quo Philippus tertiùm excommunicatus, eidem Concilio interfuere Bernardus Tyronenſis, & Robertus de Arbriſſellis. Eiuſdem Concilij varij Canones Anſelmus Cantuarienſis Archiepiſcopus exulans in Gallia de morte Guillelmi Rufi Regis Anglorum nuncium accepit apud Monaſt. Caſa Dei in Aruernis.

ANNO M C. Helias de Flechia Comes Cenomannenſis qui dictus eſt Candidus Bacularis vxorem duxit Agnetem filiam VVillelmi Ducis Aquitaniæ, relictam Hildefonſi

Ooo

ſeniotis Galliciæ Reguli. Nuptiæ ſolenniter cum ingenti lætitia, & tripudio celebratæ, ſed non diu duraturæ. Anno enim ſequenti Cenomannenſis obiit & ab Hildeberto Cenomannenſi Epiſcopo conditus, in baſilica S. Petri de Cultura, Ordericus Vitalis. *Defuncta inquit coniuge ſua, cælibem vitam actitare renuit, ſed Agnetem filiam VVillelmi Pictauorum Ducis, relictam Hildefonſi ſenioris Galitiæ Regis vxorem duxit, celebres nuptias cum ingenti tripudio perpetrauit, ſed ſequenti anno multis lugentibus obiit, cuius cadauer Ildebertus præſul in baſilica ſancti Petri Apoſtoli Culturæ reuerenter ſepeliuit.*

Lib. 10. Hiſt. Eccleſ. ad an. 1100.

Eodem anno vita migrauit Symon Epiſcopus Aginnenſis, ei ſucceſſit Geraldus eius nepos, Chron. Malleacenſ. *Symon Agennenſis obiit, & ſucceſſit ei vnus poſt alium Giraudus N. eius, Iſaardus, Raimundus.*

ad an. 1100.

Eodem anno VVillelmus Dux auditis rebus geſtis noſtrorum in Syria ad ſacrum commilitium animo accenſus, Lemouicis cum multis ſuorum optimatum crucem, id erat ſacræ militiæ ſignum, aſſumpſit. Chronic. Malleacenſe. *Guillelmus Conſul Pictauorum accepit Lemouicas crucem, & cum eo multi ſuorum procerum.* Ob eam rem idem per Aquitaniam & finitimas Prouincias delectum indixit, & vt pecuniam curaret in ſumptum expeditionis, Aquitaniam ipſam & cætera quæ erant ditionis ſuæ VVillelmo Rufo Regi Anglorum inuadiare id eſt pignori dare ſibi propoſuit, pro pecunia quam ab eo mutuam ſumeret, & per Legatos rem ei inſinuauit. Legationem lubens obaudiit Rufus, & illico claſſem parauit transfretaturus in Galliam, quò Aquitaniæ manum iniiceret, ſed res euentu caruit, Deo aliter

ad eund. an.

Digitized by Google

diſponente, Ordericus Vitalis. *Guillelmus Dux Pictauenſium auditis nobilibus triumphis ad amorem peregrinandi accenſus eſt, cuius vexillum exercitus trecentorum milium de Aquitania & Guaſconia, aliiſque regionibus Heſperiæ ſecutus eſt, is nimirum decreuit Guillelmo Regi Anglorum, Aquitaniæ Ducatum, totamque terram ſuam inuadiare, cenſumque copioſum abundanter ab illius ærario haurire, vnde nobiliter expleret iter, quod cupiebat inire. Eloquentes itaque Legatos ad Regem direxit, eique quod mēte voluebat per eoſdem inſinuauit. Pompoſus autem Sceptriger, qui quanto plus habebat ſitientis hydropici more tanto plus cupiebat veredariorum allegationes auidè percepit, & amplas præfati Ducis poſſeſſiones, priſtinis poteſtatibus paterni Ducatus & regni addere anhelauit. Maximam igitur iuſſit claſſem præparari, & ingentem comitatum de Angliâ ſecum comitari, vt pelago transfretato in armis ceu leo ſupra prædam præſto conſiſteret, fratrem ab introitu Neuſtriæ bello abigeret, Aquitaniæ Ducatum pluribus argenti maſſis emeret, & obſtantibus ſibi bello ſubactis, vſque ad Garumnam fluuium imperij ſui fines dilataret, ſed omnipotens conditor qui cuncta gubernat aliter diſponebat.* Lib. 10. hiſt. eccleſ. ad ann. 1100.

Eodem anno Philippus I. ad vomitum reuerſus aſcita ſibi rurſus Bertradâ pellice, quo audito à Paſcale II. Ioannes & Benedictus Cardinales Legati miſſi in Galliam, vt principem ad meliorem frugem reducerent, eo nomine ab his Concilium Pictauis indictum in quartum Kal. Auguſti, in quo Philippus ob fœdam Bertradæ conſuetudinem tertium excommunicatus. Chronic. Floriacenſ. *Rex Philippus repudiata Bertha matre Ludouici, accepit aliam coniugem Bertra-* ad an. 1100.

dam, filiam Simonis de Monteforti, quæ Fulconi Andegauenſium Comiti nupſerat, cui idem Rex eam abſtulit, vnde multotiens à B. memoriæ Papâ Vrbano admonitus nequaquam conſenſit, quo obeunte ſucceſſor Paſchalis ipſius in Gallias miſit duos de ſuis Cardinalibus probabiles viros Ioannem & Benedictum, qui Regem conuenientes & eius animum obſtinatum reperientes Pictauis adunato Concilio totam Franciam pro hac re anathemati ſubdiderunt. VVilelmus Dux Aquitaniæ eiuſdem labis ſibi conſcius, paremque pœnam ſibi imminere intelligens, ac vt Philippo gratificaretur Concilium vi factâ diſſoluit, alios Patrum verberibus, alios probris & minis malè multatos fugauit. In eo conſeſſu maximè emicuit virtus & conſtantia Roberti Abbatis Tyronenſis, & Roberti de Arbriſello, qui in tanta animorum conſternatione cæteris ob furorem VVillelmi Ducis fugâ dilabentibus immobiles & imperterriti viriliter ei in faciẽ reſtitere, narrat Gaufredus in vita eiuſdem Bernardi. *Per idem tempus Duo Cardinales Ioannes atque Benedictus Apoſtolicæ Sedis legatione fungentes ad vrbem Pictauim Concilium conuocauerunt, in quo centum quadraginta patres affuerunt, qui Philippum Regem Francorum propter Fulconis Conſulis Andegauenſium vxorem, quam in adulterio tenebat, anathematis vindicta percuſſerunt, quâ excommunicatione comperta Guillelmus Dux Aquitanorum qui aderat totius pudicitiæ, ac ſanctitatis inimicus, timens ne ſimilem vindictam pro conſimilibus culpis pateretur, nimio furore ſuccenſus, iuſſit illos omnes deprædari, flagellari, occidi, quod miniſtris ſuis facere incipientibus, Pontifices & Abbates huc illucque diffugiunt, & vt temporalem vitam retinerent tuta latibula quærere contendunt. At vero Ber-*

cap. 23.

nardus, atque Robertus Orbreſelenſis, qui Concilio intererant fortiſſimi iuſtitiæ propugnatores, ac totius iniquitatis, & iniuſtitiæ expugnatores, aliis turpiter diffugientibus, ita immobiles conſtanteſque perſtiterunt, vt nec ab incœpto excommunicationis deſiſterent, ſed pro Chriſto mortem, vel contumeliam pati glorioſiſſimum ducerent, & quamuis eis perſecutores mortem non intulerint, iſti quantum in ipſis eſt martyrium pertulerunt. Ioanni alteri è Legatis Pontificiis in ſomnis fertur B. Hilarius apparuiſſe, & nè minis Ducis terreretur, animum obfirmaſſe. Chron. Malleacenſe. *Vni eorum nomine Ioanni apparuit S. Hilarius, & dixit ei confirmando, Ioannes noli timere viriliter age, cras ero tecum, & excommunicauit Regem Philippum.*

In eadem Synodo Petrus Decanus Burdegalenſis electus eſt in Lemouicenſem Epiſcopum poſt VVillelmum Chron. Malleac. *In ipſo Concilio Petrus Burdegalæ Decanus, electus eſt Lemouicæ Epiſcopus ciuitati poſt VVillelmum.* Huiuſce Concil. Pictauienſis meminit Iuo Carnotenſ. in epiſt. ad Ioannem vnum è Legatis Pontificiis. *Quod autem Pictauis aut intra Prouinciam Aquitanicam Concilium celebrare diſponis omnino laudo, quia ſi intra Prouinciam Belgicam, vel Celticam Concilium celebraretur multa premi ſilentio oporteret, quæ ventilata ſcandalum generarent, & totum penè fructum Concilij aliqua exæſtuatione præſocarent, preſſa vero ſilentio tamquam verbo Dei alligato, legationis tuæ auctoritati plurimum derogarent.* Huius concilij aliquot canones extant in collectionibus Gratiani & Raimundi.

Epiſt. 84.

Vt Abbates Decani & præpoſiti qui presbyteri non ſunt presbyteri fiant, qui Archidiaconatus tenent Diaconi, qui

Cap. 1. de ætat. qualit. & ordin. præfic.

Digitized by Google

vero Archipresbyteratus Presbyteri fiant, aut amittant honorem, quod ſi aliqua iuſta cauſa prohibente Presbyteri aut Diaconi eſſe non potuerint prælationes amittant.

Cap. 2. de fil. presbyt. *Vt filij presbyterorum, & cæteri de fornicatione nati ad ſacros ordines non promoueantur, niſi aut Monachi fiant, vel in congregatione canonica regulariter viuentes, prælationes vero nullatenus habeant, ſed neque ſerui, niſi à Dominis ſuis libertate donentur.*

Cap. 2. de vit. & honeſt. Cleric. Cap. 1. de præbend. *Clerici arma portantes & vſurarij excommunicentur vt nullus de clero ſiue populo eccleſiaſtica bona iure conſanguinitatis, ſibi requirat habenda.*

In eadem ſynodo ſtatutum vt Eccleſiis liceat feuda vel alia iura alienata redimere Chronic. Malleacenſ. XIII. *Kal. Nouembris fuit concilium quod tenuerunt Ioannes & Benedictus, in quo decreuerunt vt omnis Eccleſia iura ſua & feoda potuiſſent redimere auro & argento Eccleſiæ.*

Eodem anno Anſelmus Cantuarienſis Archiepiſcopus exulans in Gallia Lugduno ſedem mutauit ad cœnobium Caſæ Dei in finibus Aruernorum, vbi cum moraretur propter loci religionem, nuncium accepit de morte Guillelmi Rufi Regis Anglorum perſecutoris Eadmerus. Lib. 3. init. *Secundo itaque anno ex quo à Româ Lugdunum venimus, venerunt ad Anſelmum iam tertium diem, in cœnobio quod Caſa Dei dicitur agentem duo Monachi vnus Cantuarienſis, & alter Beccenſis nunciantes ei VVillelmi Regis vitæ exceſſum.*

Eodem anno Robertus de Arbriſſellis cœpit ædificare Monaſterium Fontis-Ebraldi in pago Pictauenſi ſacris virginibus, & viris diſtinctum, ſegregatis manſionibus Chronic. Turonenſ. *Anno Dom.* MC. *Henrici*

Digitized by Google

Imperatoris XLIV. *Philippi Regis* XL. *Concilium Pictauis celebratur, nec multo poſt Abbatia Fontis-Ebraldi, in Pictauenſi diœceſi fabricatur*; & Chron. Malleacenſ. *Rotbertus magiſter cœpit dignoſci apud nos, & incepit locum Fontis Euraudi ædificare & Fratres & Monachas adunare in pluribus locis; qui ſub ſua diſciplina religioſe viuunt, & tenent ordinem eo viuente & mortuo.* Hic Robertus pietatis ſtudij ſocios habuit Bernardum Abbatem Tyronenſem, & Vitalem Abbatem S. Sauini, VVillelmus Malmesbur. *Huius Petri* (Epiſcopi Pictauienſis) *fuerunt contemporanei, & in religione ſocij Robertus de Arbreiſſel, & Bernardus Abbas Turinenſis* (leg. Tyronenſis) *quorum primus omnium huius temporis ſermocinatorum famoſiſſimus, & profuſiſſimus, non vt tantum in ſpumea, ſed mellea viguit eloquentia, vt hominibus certatim opes congerentibus illud egregium Sanctimonialium Monaſterium, apud Fontem Ebraldi conſtrueret. In quo tota ſeculi voluptate caſtrata, fœminarum Deo deuotarum, quanta nuſquam multitudo in Dei ſeruet obſequio, nam præter cæterarum illecebrarum abdicationem, quantulum illud eſt, quod in nullo loco loquntur, niſi in capitulo, propoſita à Magiſtro perennis taciturnitatis regula, quia ſemel laxato ſilentio fœminæ pronæ ſunt ad muſſitandum friuola.* Et Guillel. Neubrigenſis. *In tranſmarinis partibus ſicut à maioribus accepi tres memorabiles viri vno tempore fuere ſc. Robertus cognominatus de Arbuſculo, Bernardus & Vitalis. Hi non ignobiliter eruditi, & ſpiritu ferrentes circuibant per caſtella & vicos, ſeminanteſque ſecundum Eſaïam ſuper omnes aquas de conuerſione multorum fructus vberes colligebant, pio inter ſe placito conſtituto, quod Robertus quidem fœminarum communi labore*

Lib. 5. de Geſt. Reg. Anglor.

Lib. 1. c. 15.

ad meliora conuerſarum ſollicitudinem gereret, Bernardus vero & Vitalis maribus propenſius prouiderent, Robertus itaque famoſiſſimum illud Monaſterium de Fonte-ebraudi conſtruxit & regularibus diſciplinis informauit, Bernardus vero apud Tyrocinium, & Vitalis apud Sauiniacum Monachis regulariter inſtitutis, ſuos quiſque ab aliis per quaſdam præceptorum proprietates diſtinxit. Robertus iſte ſynceræ vitæ ſanctitatis vir fuit, tamen maledicis & obtrectatoribus non caruit. Quod ſecurius cum ſacris virginibus diuerſaretur, & inter eas cubaret, continentiæ in experimentum, quaſi excogitato nouo & inaudito genere martyrij ei exprobauit Goffridus Abbas Vindocinenſis, ſcripta ad eum hac de re epiſt. *Audiuimus enim quoniam circa ſexum fœmineum, quem regendum cepiſti, duobus malis altero alteri prorſus contrario te ita ſollicitum reddis, quod modo in vtroque modum diſcretionis penitus excedis, fœminarum quaſdam vt dicitur, nimis familiariter tecum habitare permittis, quibus priuata verba ſæpius loqueris, & cum ipſis etiam, & inter ipſas noctu frequenter cubare non erubeſcis. Hinc tibi videris vt aſſeris Domini Saluatoris dignè baiulare crucem, cum extinguere conaris malè accenſum carnis ardorem. Hoc ſi modo agis vel aliquando egiſti, nouum & inauditum ſed infructuoſum genus martyrij inueniſti.* Aduerſus eundem epiſtolam quandam ſcriptitauit Roſcelinus Canonicus ſancti Martini Turonenſis de quo Petrus Abelardus in epiſt. ad Guillelmum Pariſ. Epiſcopum. *Hic contra egregium illum præconem Chriſti Robertum Arbroſello contumacem auſus eſt epiſtolam confingere.* Hic Fontis-ebraldi Monaſterium caput ſui ordinis eſſe voluit, & Abbatiſſam vtriuſque ſexus aſcetis præeſſe

Lib. 4. epiſt. 47.

Epiſt. 21.

ſecutus

ſecutus vltima verba Chriſti pendentis in cruce ad Matrem, *Mulier ecce filius tuus*, Et illa ad Diſcipulum, *Ecce mater tua*, eius vitam ſcripſit Baldricus Dolenſis Epiſcopus.

Capvt XI.

VVillelmus Sector ferri Comes Engoliſmenſis Ademarus Engoliſmenſis Epiſcopus. VVillelmi Ducis expeditio in Syriam, Herpinus Comes Bituricenſis vnus è ſociis expeditionis Comitatum venditat Philippo Regi pecuniæ curandæ cauſa in ſumptum militiæ. Amati Burdegalenſis A. obitus ei ſuccedit Arnaldus. Expeditionis VVillelmi Ducis infelix exitus. Die Paſchæ ſacer ignis de cœlo lapſus apud Hieroſolymam. Hugo Lizianecenſis cæſus in prœlio apud Ramulam ibidem captus Herpinus Comes. Abſente peregre VVillelmo Duce Mathildis ſeu Philippia eius vxor res adminiſtrauit, VVillelmi Ducis reditus in Galliam, eiuſdem de aduerſis ludi rhytmo, & modulato carmine, Herpinus poſtliminio ereptus ab hoſtibus Monachum profitetur Cluniaci.

Per hæc tempora in Aquitania claruit VVillelmus Sector ferri Fulconis filius Comes Engoliſ-

Digitized by Google

menſis vir mediocris ſtaturæ, eo robore corporis præditus, vt equitem loricatum ſæpius haſtâ transfixerit, ita firmiter equo inſederit, vt nullo conflictu hoſtium vnquam equo excuſſus fuerit, is multa bello præclara geſſit, Comitem Marchiæ cognatum ſuum viriliter defenſauit aduerſus Hugonem Comitem Liziniacenſem, qui Marchiam iure hæreditario ſibi vindicabat, idem caſtra S. Martialis, & Aſſiæ à VVillelmo Duce Aquitaniæ obſeſſa, armis liberauit, Alduinum de Barbezillo, Ademarum de Archiaco, Barduinum de Coniaco hoſtes ſuos, Guillelmi Ducis ope & viribus fretos bello compeſcuit, caſtrum Benaugiæ iure vxorio quæſitum, & caſtrum S. Macharij ab hominibus terræ, id eſt militibus clientelæ iure obnoxiis, per inſidias occupatum, ſtrenuè, ac cum laude recepit Chronicon Engoliſmenſe MS. *Fulconi vero prædicto Engoliſmenſi Comiti ſucceſſit in Comitatum VVillelmus filius eius primogenitus, dictus Sector ferri quem peperit ei filia Comitis de ********************* quæ vocabatur Condor. VVillelmus iſte mediocris ſtaturæ & egregiæ fortitudinis fuit, ita quod huiuſmodi in corpore qualitatis maior virtus vt arbitror non extitit, nonnullos enim equites ictu lanceæ per clypeum & loricam transfigendo interfecit, & à vulgo dicitur, quod equo ſuo percuſſione militari numquam præcipitatus decidit. De plurimis vero factis eius ſcripto & memoriæ iſta commendare duximus Comitatum Marchiæ, quem Vgo de Leziaco vir prudens & bellicoſus occaſione iuris hæreditarij ſibi in proprium vindicare volebat, ab aſsiduis eiuſdem Hugonis impugnationibus multotiens ad Caproſum ductis plurimis electis de terra ſua militibus propriis expenſis viriliter defendit, Ca-*

ſtellum Sancti Martialis à multis infeſtationibus, & Caſtellum Aſſiæ valida obſidione VVillelmi Ducis Aquitaniæ, magnique exercitus oppreſſione ſua ſuorumque Comitum ſtrenuitate egregiè liberauit, ſtrenuos & præcipuos viros in tempore ſuo inimicos habuit Audoïnum de Barbezillo, Ademarum de Archiaco, Bardonem de Conniaco, & multos eorum coadiuratores auxiliis & muneris VVillelmi prioris Ducis Aquitaniæ fretos, eoſque multotiens conflictu bellico, acie ex vtraque parte ordinata, aliquando in honore Berbezillij, aliquando in honore Conniaci vicit & fugauit, & non paucos ex eorum militibus cepit. Sane Caſtellum Benaugium, quod ex parte vxoris ſuæ, iuris ſui erat, & caſtellum Sancti Macharij, cum homines illius terræ infideliter ei abſtuliſſent, illuc producto electo exercitu, ad magnum ſui honorem in proprios vſus recuperauit.

Anno MCI. vita functus eſt Ademarus Engoliſmenſis Epiſcopus, & in Eccleſia cathedrali conditus. Chronic. Engoliſmenſe MS. *Eodem tempore Ademarus Engoliſmenſis Epiſcopus, migrauit à ſeculo* M C I. *anno ab Incarnatione Domini pridie menſis Septembris ſedit annis* X X V I. *menſibus tribus, diebus* X X I. *& ſepultus eſt intra Eccleſiam Cathedralem à Septentrionali parte.*

Poſt Ademarum Gerardus II. patriâ Baiocenſis ex Scholarum Magiſtro prouectus eſt ad Epiſcopatum, ob litterarum ſcientiæ, & morum commendationem, petitione plebis, electione cleri & honoratorũ aſſenſu Chronic. Engoliſmenſe MS. *Poſt quem promotus eſt in Epiſcopum Girardus natione Normannus, diœceſi ciuitate Baiocarum oriundus, patre Giraudo, qui cum in ci-*

Digitized by Google

uitate Engoliſma & Petragorice, & in quibuſdam caſtellis circumadiacentibus regimina Scholarum habuiſſet, defuncto Ademaro Engoliſmenſi Epiſcopo, ob inſignem ipſius ſcientiam & honeſtam vitam in Engoliſmenſem Epiſcopum promotus eſt, petitione populi, electione cleri, honoratorum aſſenſu.

Eodem anno menſe Septembri VVillelmus Dux habito ingenti delectu Hieroſolymitanum iter inſtituit per Conſtantinopolitanum tractum, cum LX. millium equitum, & multo maioribus peditum copiis, vt refert VVillelmus Malmesbur. *Eo Septembri VVillelmus Comes Pictauenſis Hieroſolymam perrexit, multa ſecum ducens agmina, vt æſtimarentur* LX. *millia militum, & multo plura peditum.* Immò & exercitus longe numeroſior extitit ad trecenta vſque armatorum millia ſi fides Orderico Vitali. *Anno Dominicæ Incarnationis* MCI. *Guillermus Pictauenſis Dux ingentem exercitum de Aquitania, & Guaſconia contraxit, ſanctaque peregrinationis iter alacris iniit. Hic audax fuit, & probus nimiumque iocundus, facetos etiam hiſtriones facetiis ſuperans multiplicibus. Fertur trecenta armatorum millia vexillum eius ſecuta fuiſſe, quando egreſſus fuerit de finibus Aquitaniæ.* Expeditionis Comites fuere Stephanus Comes Burgundiæ, Hugo Liziniacenſis frater Raimundi Comitis S. Ægidij, ſic dictus quod eius ſororem vxorem duxiſſet, Hugo Magnus Comes Veromanduenſis, frater Philippi Regis, & Stephanus Bleſenſis. VVillelmus Malmesburienſis. *Iuit cum eo Stephanus Comes Burgundiæ, & Hugo Lizianenſis frater Raymundi Comitis, & Hugo Magnus, & Stephanus Bleſenſis, antiquæ diſceſſionis improperium, noua, & excogi-*

Lib. 4. de Geſt. Reg. Anglor.

Lib. 10. Hiſt. eccleſ.

Loco modo laudat.

Digitized by Google

tata virtute ſarcire cupientes. Inter primores expeditionis ſocios numeratur & Herpinus Comes Bituricenſis, qui pecuniæ expediendæ gratia, in ſumptum militiæ, rerum ſummæ non pepercit, & Bituricenſem Comitatum vendidit ipſi Philippo Regi, Ordericus Vitalis. *Tunc Harpinus Bituricam vrbem Philippo Regi Francorum vendidit, & cum Goſcelino de Cortenaia, & Milone de Braio iter Hieruſalem iniit.* Opportunè Philippus nactus occaſionem reſarciendi regij patrimonij ferè diruti, Comitatum Bituricenſem emit ab Herpino pretio LX. millium ſolidorum Aimoini Continuator. Lib.5.c.47. *Philippus Rex autem videns Dominium ſuum per inſolentiam prædeceſſorum ſuorum eſſe diminutum, & ferè adnihilatum, cupienſque illud reaugere, à quodam milite Harpino nomine emit Bituricas, pretio ſexaginta millium ſolidorum.*

Per hoc tempus vita migrauit Amatus Archiepiſcopus Burdegalenſis, ei ſucceſſit Arnaldus Chronic. Malleacenſ. *Eodem anno Amatus obiit Archiepiſcopus, & ſucceſſit Arnaldus ordinatus.*

Vbi Conſtantinopolim cum omnibus copiis peruenit VVillelmus Dux, viribus nimium confidens Alexij Imperatoris offenſam incautius contraxit, abnegata ei fide & obſequio, de terris quas bello quæſiturus eſſet, quæ res exercitui paulo poſt exitium attulit, irati enim principis dolo per ignotas regiones deductus, facile incidit in Turcarum inſidias, à quibus in anguſtiis, interceptis copiis, vniuerſas ferè amiſit, ipſe per auia ſyluarum vix fugâ euaſit amiſſis ſarcinis. Inde collectis copiarum reliquiis peruenit Anthiochiam, vbi comiter cum ſuis exceptus à Tan-

Digitized by Google

credo principe Antiocheno, qui largè alimoniam & ſumptum eis miniſtrauit, quo non mediocriter recreati ſunt. Paucis poſt diebus ineunte anno MCII. à noſtris obſeſſa Tortoſa ciuitas, quæ capta & directa, præteriti caſus pudorem, & luctum aliquantiſper ſubleuauit. His geſtis VVillelmus Dux Hieroſolymis diem feſtum Paſchæ exegit, vbi ſacrum ignem cœlo labentem die ſabbatho Paſchæ, ſolenni nec fallente miraculo ſuſpexit. Idem Malmesburienſ. *Itaque per Conſtantinopolim profectus, cum inſolenti reſponſo Alexium offendiſſet, illo non curante vel potius procurante Solimanni incurrit inſidias, qui ſciens exercitum fame & ſiti laborare, aliquantis diebus errabundi per paluſtria, & inuia loca ierant, cum* XXX. *millibus ſagittariorum occurrit. Nulla vmquam luctuoſior Francis pugna viſa, quia nec timidum fuga, nec audacem virtus poterat eripere diſcrimini, quod in arcto loco pugnaretur, & in confertos ſagittarum miles non fruſtraretur. Interfecta igitur pluſquam centum millia, præda omnis abducta. Ita Solimannus ex manubiis Francorum clarus manibus ſuorum nactus inferias, diſpendium Niceæ vltus eſt, ſed quia multis tramitibus itum erat, nec omnes cæſi, nec omnia direpta, nam præter Pictauienſem qui penè ad pudenda nudatus erat cæteri omnes Comites, promptè ſua defenſitauerunt. Omnes ergo recollectis ex fuga militibus, præter Hugonem Magnum, quem mortuum Tharſenſis ciuitatis vrna excepit, Antiochiam conuolarunt, in quibus Tancredus egregiæ pietatis miles ingentem munificentiæ ſuæ gratiam oſtendit, cunctos quatenus poterat pecuniis ſuſtentans, VVillelmum præcipuè quem fortunæ viciſſitudo eo afflictauerat inuidioſius, quò antè prouexerat ſere-*

nius, qui præter gazas, quarum damno non adeo afficiebatur, quod caducæ ſunt, & reparabiles ex tot militibus eximiis ſolus pene remanſerat ſuperſtes. Ita recreatis animis iter moliti, vndecumque belli occaſiones quærebant. Sentit ſitim furentium prima Tortoſa ciuitas, quæ peruaſa & direpta, non modicum præteritas ærumnas releuarunt. Inde ad anguſtias de quibus ſuperius dixi venerunt, vbi eos Rex iam pridem operiebatur, contra Turcos ſi prohibere vellent opem laturus, eius virtute defenſi, & benignè apud Ioppen hoſpitio excepti, Hieroſolyma proximo Paſcha contenderunt, vbi ſacrum ignem lætis hauſerunt oculis, deuotis adorauerunt animis. Rem fuſius narrant Ordericus Vitalis, VVillelmus Tyrius Abbas Vrſpergenſis, Otho Friſingenſis Auctor Chronic. Floriacenſis, Albertus Aquenſis, Fulcherius Carnotenſis, Guibertus, & Scriptor geſtorum Francorum. Lib. 10. hiſt. eccleſ. Lib. 10. cap. 12. 13. 19. ad an. 1101. lib. 7. chron. cap. 7. Lib. 8. c. 34. Cap. 2 7. lib. 7. c. 20. cap. 46.

Eodem anno menſe Maio infœlix prœlium apud Ramulam oppidum aduerſus Turcas commiſſum in quo Hugo Liziniacenſis, Goffridus Comes Vindocinenſis & multi alij viri nobiles cecidere, Herpinus Bituricenſis Comes captus, & inter captiuos Babylone ductus diu in captiuitate iacuit, donec libertati redditus precibus Alexij Imperatoris vt tradunt Albertus Aquenſis, Fulcherius Carnotenſ. Guibertus Auctor geſt. Francorum, Ordericus Vitalis. Lib. 9. c. 1. & 6. In geſt. peregrin. lib. 7. c. 21. p. 589. Lib. 10. hiſt. eccleſ.

Dum VVillelmus Dux belli ſacri causâ peregrè abeſſet Mathildis ſeu Philippia eius vxor res Aquitanicas viriliter adminiſtrauit, teſtis Goffridus Vindocinenſis in epiſt. ſcripta ad Mathildem Pictauenſem Comitiſſam. lib. 5. ep. 22. *Quod poſtquam Dominus Comes maritus veſter Hieruſalem perrexit, vos non vidimus ne miremini humi-*

Digitized by Google

liter rogamus, quoniam hoc potius neceſſitate quam voluntate dimiſimus.

Rebus & viris deſtitutus VVillelmus Dux, bello ſe minus vtilem agnoſcens, de reditu cogitauit, & conſcensâ naui, ſecundo vento enauigauit in Galliam, & domum regreſſus difficultates ac ærumnas peregrinationis ſuæ, lepidè, vt erat faceto, & ſcurrili ingenio, multoties narrauit, & de aduerſis luſit Rhytmo, & modulato carmine, ſecundæ ipſius nauigationis meminit Malmesburienſ. *Poſt hæc reuerſi Ioppem aſcenſis nauibus patriam quiſque ſuam redire meditabantur, quorum Pictauenſis continuâ venti proſperitate prouectus patriam tenuit, cæteri retro violenter acti.* De lepida eiuſdem aduerſorum commemoratione Ordericus *Vitalis. Pictauenſis vero Dux, peractis Hieruſalem orationibus, cum quibuſdam aliis conſortibus ſuis eſt ad ſua reuerſus, & miſerias captiuitatis ſuæ, vt erat iocundus & lepidus, poſtmodum proſperitate fultus coram Regibus & magnatis, atque Chriſtianis cœtibus, multotiens retulit rithmicis verſibus cum facetis modulationibus.*

Herpinus Comes ab hoſtibus poſtliminio reuerſus rediit in Galliam, prius adito Paſchali II. Pontifice cuius conſilio abdicata militia, apud Cluniacum Monachum profeſſus, vbi ſanctiſſimè vitam finiuit. Ordericus Vitalis. *Harpinus itaque à Papa benedictionem accepit, & cum eius licentia Gallias expetiit, ibique à ſuis honorificè ſuſceptus, non diu cum illis permanſit, nam iuxta conſilium Papæ, immo Chriſti, ſeculum reliquit, & Cluniacum expetens Monachus factus, in ſeruitio Dei vſque ad mortem perſeuerauit.*

Lib. 10. hiſt. eccleſ.

CAPVT

Digitized by Google

Capvt XIII.

Bellum inter VVillelmum, & Gaufredum Martellum Comitem Andegauenſem, Boamundus princeps Antiochenus ex voto peruenit ad S. Leonardi apud Lemouices. Fulco Comes Andegauenſis traditus VVillelmo Duci ſecuri conductus gratiâ. Concil. Pictauienſe, Hugonis Liziniacenſis obitus. Bellum inter VVillelmum Ducem, & Hugonem Liziniacenſem Eccleſiæ vrbis Exea in Hiſpania vnitæ Cœnobio Syluæ maioris in agro Burdegalenſi, in præmium militiæ Aquitanorum aduerſus Sarracenos. Petri Santonenſis Epiſcopi obitus, ei ſuccedit Rainaldus. Synodus Lateranenſis in qua reuocatum Paſcalis II. priuilegium de inueſtituris laïcis. Huic Concil. interfuit Gerardus Engoliſmenſis E. & Apoſtolicæ Sedis Legatus in Aquitaniâ. VVillelmus Dux excommunicatus ob illicitas nuptias cum Malbergione comitiſſa Caſtri Airaldi, eiuſdem praui mores, & dicteria.

ANNO MCIII. caſtra Toarcij, Niortij, Beluerij in Aquitania, variis incendiis conflagrarunt. Hinc ſecutum bellum inter VVillelmum Ducem, &

Digitized by Google

Gaufredum Martellum Comitem Andegauenſem, acies iam hinc inde ſtantes diremit præſens numen, ſtudio & operâ ſanctiorum virorum, & ſuborto grauiſſimo imbre, qui per biduum exercitus nè pugnaretur continuit Chronic. Malleacenſ. *Multa incendia fuerunt in caſtellis Toarcij, Niorti, Beluerij, in Pictaua ciuitate oppreſſio bellorum, nam præparatum fuit maximum bellum, inter VVillelmum Comitem Pictauorum & Guoffredum Martellum R. Fulconis Andegauorum,* VI. *Non Nouembris apud Parteniacum, ſed Deus per bonos & ſanctos viros placauit, & pluuiam magnam vbertim, per duos dies & noctes, aſſiduè cadere permiſit.*

Anno MCVI. Boamundus princeps Antiochenus barbarorum manibus ſolutus, ex voto venit in Galliam, & voto perfunctus eſt apud S. Leonardum in Lemouicibus Ordericus Vitalis MCVI. *menſe Martio Boamundus Dux, ſicut in carcere Dalimanni Domino vouerat in Gallias venit, & in pago Lemouicenſi votum ad Sancti Leonardi Confeſſoris tumulum celebre compleuit.* Quæ eſſet virtus Leonardi in liberandis captiuis, vindicati Boamundi exemplo teſtatum fecit Robertus auctor Chronic. Altiſſiod. *Leonardus captiuorum ſpecialis Patronus apud Deum, ſingulari quodammodo merito ſe deuotè inuocantibus frequentius aſſuiſſe, experimentis euidentibus comprobatur. Hic etiam in noſtro ſeculo, famoſiſſimum illum, & ſtrenuiſſimum militem Chriſti Boemundum Regis Siciliæ filium, ſe in carcere ſolicitius inuocantem mirabiliter conſolatus eſt, & ad extremum de Pagani vinculis liberum, cum gaudio principatui reddidit.*

Lib. 11. Hiſt. eccleſ.

ad ann. 409

Eodem anno è viuis exempto Gaufredo Martello

Comite Andegauenſi Philippus I. Fulconi priuigno ſuo, id eſt, filio Bertradæ ex Fulcone, quam is pro vxore habebat Andegauenſem Comitatum conceſſit eumque ob ætatem adhuc teneram tradidit Guillelmo Duci Aquitaniæ, qui tum fortè erat in Comitatu regio, vt tuto deduceretur ad patrem, qui adhuc erat ſuperſtes Ordericus Vitalis. *Gaufredo Martello Andegauorum Comite defuncto, Philippus Rex Francorum Fulconi priuigno ſuo Andegauorum comitatum conceſſit, ipſumque imberbem, Guillelmo Pictauienſium Duci, qui tunc fortè ad curiam erat, commiſit, vt eum in itinere tutaret, ſaluumque ad patrem ſuum perduceret.* Lib. 11. hiſt. eccleſ.

Eodem anno Pictauis congregatum concilium, cui præfuit Bruno Legatus Paſchalis II. in eo actum de inſtauranda expeditione tranſmarina, & nouo delectu habendo ad tuendas res partas in Syria præſente ipſo Boamundo & belli incentore Chronic. Malleacenſ. *Septimo Kal. Iunij, Pictauis fuit Concilium, in quo interfuit Boamundus Dux, quem Bruno S. R. E. adduxit, & tenuit Concilium, & viam S. Sepulchri confirmauit.* Idem refert Sugerius Abbas qui & ſe interfuiſſe concilio teſtatur. *Aſtitit etiam ibidem Romanæ Sedis Apoſtolicæ Legatus Dominus Bruſouiganus Epiſcopus, à Domino Paſchali Papa, ad inuitandam & confortandam Sancti Sepulchri viam, Dominum Boamundum comitatus, vnde plenum & celebre Pictauis tenuit Concilium, cui & nos interfuimus, quia recenter à ſtudio redieramus, vbi de diuerſis Synodalibus, & præcipuè de Hieroſolymitano itinere, ne tepeſcat agens tam ipſe, quam Boamundus, multos ita animauit, quorum freti comitatu multo multaque militia, tam ipſe Boamundus quam Domina Conſtantia,* In vit. Ludou. Craſſi.

nec non & ipſe Legatus, ad propria proſperè & glorioſè remearunt.

Anno MCIX. obiit Hugo filius Hugonis Bruni Comes Liziniacenſis Chronic. Malleacenſ. *Obiit Hugo filius Hugonis Bruni, qui fuit Albi, qui fuit Bruni, qui fuit Albi, qui fuit Chari, qui fuit Venatoris.*

Anno MCX. ortum eſt bellum inter VVillelmum Ducem & Hugonem Brunum Comitem Liziniacenſem quod diù durauit, Chronic Malleacenſ. *Mortalitas & fames magna, & ſal carus nimis, & guerra inter VVillelmum Comitem, & Hugonem Brunum incepit, quæ diu durauit.*

Eodem anno Vaſcones Aquitanici Alphonſo Regi Caſtellæ, ſuppetias tulere aduerſus Sarracenos, & ab his Exea oppidum armis recepere, in gratiam præſtiti beneficij, quotquot in eà vrbe à Rege conſtructæ ſunt Eccleſiæ Monaſterio Maioris Syluæ diœceſis Burdegalenſis ab eodem principe adunatæ, Zurita. *Cum ſatis pacatæ foris res viderentur, acre bellum aduerſus Mauros, à Rege geritur, Exeam nobile Vaſconum oppidum, vi expugnat, eâ re feliciter geſtâ Exeæ, imperatoriæ maieſtatis inſignem titulum regiæ dignitati adiungit, Francorum exercitus eo in bello regia ſtipendia meruit. Proceribus Gallis Imperator gratificaturus, eccleſias atque ſacella, quæ Exeæ conſtruenda curauerat, Monachis Sancti Benedicti Monaſterij magnæ Syluæ in Aquitania celebris, Apoſtolico priuilegio Petro Regi fratri irrogato attribuit.*

Iu indic. rer. Arragon. ad ann. 1110.

Anno MCXI. obiit Petrus Santonenſis Epiſcopus ſucceſſorem nactus Rainaldum Chronic. Malleacenſ. *Obiit Petrus Santonas Epiſcopus, & ſucceſſit Rainaldus.*

Digitized by Google

Anno MCXII. Paſchalis II. in Synodo Lateranenſi priuilegium de inueſtituris laicis Epiſcoporum, & Abbatum à ſe per vim & metum ab Henrico V. extortum reuocauit. Huic Synodo interfuit Girardus Epiſcopus Engoliſmenſis, & Apoſtolicæ Sedis Legatus in Aquitania, & decretum patrum legit in Synodo, VVillelmus Malmesbur. *Omnibus expletis ſurrexit pro omnibus Girardus Engoliſmenſis Epiſcopus, Legatus in Aquitania, & communi aſſenſu Domini Papæ Paſchalis, totiuſque concilij legit hanc ſcripturam, Priuilegium illud quod non eſt priuilegium pro liberatione captiuorum, & eccleſiæ à Domino Paſchali Papa, per violentiam Regis Henrici extortum, nos omnes in hoc Sancto Concilio, cum Domino Papa congregati canonica cenſura & eccleſiaſtica authoritate, iudicio Sancti Spiritus damnamus, & irritum eſſe iudicamus*, &c. Eidem Synodo præter Girardum Engoliſmenſem ex Aquitanicis interfuit Galo Leonenſis Legatus Archiepiſcopi Bituricenſis, ex eodem Malmesburienſi, de Girardo idem narrat Abbas Vrſpergenſis in chronic. Ad eum vt Legatum ſedis Apoſtolicæ in Aquitania extat Ildeberti Cenomanenſis epiſt. de emendatione Ebronenſis Monaſterij, ad eundem leguntur & plures epiſtolæ Goffridi Vindocinens, & alia eiuſdem expoſtulatoria apud Paſchalem II. de ipſius Gerardi iuris dicundi abnegatione in cauſa electi Abbatis S. Albini Andegauenſis.

Lib. 5. de Geſt. Ang.

ad an. 1111.

Epiſt. 38.

Lib. 1. epiſt. 15. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27.

Lib. 1. ep. 6.

Anno MCXIII. Girardus de Sala Monaſteria duo ædificare cœpit, vnum Cadoncum ſiue Cadonium nomine Diœceſis Sarlatenſis, alterum Bornetum diœceſis Engoliſmenſis. Chronic. Malleacenſe. *Anno* MCXIII. *Giraudus de Sala Monaſteria duo Cadonco*,

Cadunienſe M. Ciſterc. Ord. de quo Innoc. 3. lib. 1. ep. 146. 147.

& Bornet ædificauit incepit.

Anno MCIV. Guillelmus Dux, primum excommunicatus memoratur, ex quo non ſemel eum excommunicatum intelligimus. Chronic. Malleacenſ. *Anno* MCXIV. *cœpit excommunicatio ſuper Comitem VVillelmum.* A quibus & quam ob cauſam excommunicationem is paſſus multum ſcire refert, nimirum à Gerardo Engoliſmenſi Epiſcopo, & Legato Aquitaniæ, & Petro Pictauenſi ob illicitas pulsâ legitimâ vxore nuptias cum Vicecomitis cuiuſdam vxore. Hæc fuit Vicecomitiſſa Caſtri Airaldi Malbergio nomine vt oſtendetur ex ſequentibus. Vir fuit in venerem & delicias ſolutus, iocis & facetiis gaudens, præter dignitatem regiâ penè ſeueritate dignam, Vicecomitiſſam hanc adeo deperiiſſe fertur, vt depictam ſcuto circumferret, æquum eſſe dictitans, illam à ſe geſtari in prœlio, quæ ipſum pateretur in venere. Hic ſæpius admonitus à Geraldo Engoliſmenſi vt pellicis contubernio abſtineret, prius inquit pectine criſpabis fugientem à fronte capillum, caluitiem Legati ridens quam ego Vicecomitiſſam dimittam, hanc igitur ob cauſam, hic excommunicationis diris proſcriptus à Girardo Engoliſmenſi, eandem ob cauſam excommunicationem ei inflixit Petrus Pictauenſis Epiſcopus, cui VVillelmus furore ſucceenſus, arrepto capillo, & ſtricto gladio necem interminatus, ni ſe abſolueret, præſul ſimulato metu poſtulatis induciis, ſolemnia excommunicationis verba intrepidè perorauit, moxque munere functus, martyrij ſtudio ardens, ferro iugulum præbens Feri feri, inquit. At VVillelmus etiam ſeria, & ſacra ludis iociſque aſpergere ſolitus, ſe

eius vitæ conſultò parcere reſpondit, ne eum martyrē faceret, & in cœlum tolleret. Verum paulo poſt Petrus à Duce in exilium pulſus, vbi magnâ cum ſanctitatis laude vitam finiuit, miraculorum famâ clarior poſt mortem. Quo audito VVillelmus immani ſcelere in riſus & ioci argumentum conuerſo, quod mortem eius non acceleraſſet pœnitere ſe inſit, quô eum fœlicitatis beneficij debitorem haberet, Iuliano hac in re comparandus, qui Epiſcopos vbicumque terrarum exiliis & proſcriptionibus, immanè quantùm afflixit, verum in necem vſque non ſæuiit, non quò mitius cum his ageret, ſed quod eis martyrij honorem inuideret, vt ait Gregorius Nazianzenus, ϗ τῆς τῶν μαρτύρων τιμῆς ἐφθόνει τοῖς ἀθληταῖς. Quam malæ frugis homo fuerit diſces & ex his quæ addam, proprio in Niortij caſtro Abbatiam poſuit, ſic vocabat lupanar, variis diſtinctam cellis quibus notiores incontinentiæ labe fœminas ſe collecturum iactabat, hanc Abbatiſſam, illam prioriſſam, alias officiales, pro modo turpitudinis vitæ inſtituturus. Nec modo morum, ſed etiam dogmatum corruptelâ nimium laborauit Aquitanus, ita vt omnia tribueret fato, & caſui potius quam Dei prouidentiæ. Hæc omnia refert VVillelmus Malmesburienſis ſcriptor huius ſeculi. *Erat tunc VVillelmus Comes Pictauorum fatuus, & lubricus, qui priuſquam de Hieroſolyma, vt ſuperiore libro lectum eſt rediit, ita omne vitiorum volutabrum premebat, quaſi crederet omnia fortuito agi, non prouidentia regi, nugas porro ſuas ſalſa quadam venuſtate condiens ad facetias reuocabat, audientium rictus cachinno diſtendens. Denique apud Caſtellum quoddam Nior habitacula quædam quaſi*

Orat. 3. in Iulian.

Lib. 5. de Geſt. Rer. Anglor.

monaſteriola conſtruens, Abbatiam pellicum ibi ſe poſiturum delyrabat, nuncupatim illam & illam, quaecumque famoſioris proſtibuli eſſet Abbatiſſam, vel Priorem, cæteras vero officiales inſtituturum cantitans, legitima quoque vxore depulſa, Vicecomitis cuiuſdam coniugem ſurripuit quam adeo ardebat, vt clypeo ſuo ſimulachrum mulierculæ inſereret, perinde dictitans ſe illam velle ferre in prælio, ſicut illa portabat eum in triclinio, vnde increpitus & excommunicatus, à Girardo Engoliſmarum Epiſcopo, iuſſuſque illicitam venerem abiicere, antea inquit criſpabis pectine refugum à fronte capillum, quam ego Vicecomitiſſæ indicam repudium, cauillatus in virum cuius pertenuis cæſaries, pectinem non deſideraret. Nec minus cum Petrus præclaræ ſanctitatis Pictauorum Epiſcopus eum liberius argueret, & detrectantem palam excommunicare inciperet, ille præcipiti furore percitus, crinem antiſtitis inuolat, ſtrictumque mucronem librans, iam inquit morieris, niſi me abſolueris. Tum vero præſul timore ſimulato, inducias petens loquendi, quod reliquum erat excommunicationis fidenter perorauit, ita Comitem Chriſtianitate ſuſpendens, vt nec cum aliquo conuiuari nec etiam loqui auderet, niſi maturè reſipiſceret, ita officio ſuo, vt ſibi videbatur peracto, martyriique tropheum ſitiens, collum protendit, feri inquiens feri. At VVillelmus refractior conſuetum leporem intulit vt diceret, tantùm certe te odio, vt nec meo te digner odio, nec cælum vmquam intrabis meæ manus miniſterio, verum tamen poſt modicum viperio meretriculæ infectus ſibilo, inceſti diſſuaſorem detruſit exilio, vbi beato fine concluſus frequentibus & magnis miraculis innuit mundo, quam glorioſè viuat in cælo, quibus auditis Comes dicacitate inſolenti non abſtinuit, profeſſus palam pœnitere ſe,

quod

quod non ei iamdudum mortem acceleraſſet, vt ipſi anima ſancta grates haberet, potiſſimum cuius furore cæleſte mercatus eſſet commodum. Nè Anglici ſcriptoris Gallicorum in principum famam iniquioris maledictum arbitreris, eundem excommunicatum agnouit Goffridus Abbas Vindocinenſis, ſeque apud Paſchalem excuſauit, quod ab eo penitus non abſtineret, neceſſitatem tuendarum rerum Monaſterij cauſatus, quæ maiori ex parte in eius ditione poſitæ eſſent. *Peruenit enim,* infit ille, *ad* Lib. 1. ep. 9. *aures veſtras neſcio cuius relatione, me perſecutoribus Eccleſiæ, & Comiti Pictauienſium participare, quod Deus ſcit numquam feci, nec paternitatem veſtram optaſſem, de me rem huiuſmodi crediddiſſe, hæc namque ſeminauit inimicus homo, & fallaciæ ſpiritus erat in eo, Monaſterium ſi quidem noſtrum, quicquid melius habet, & vnde penè penitus viuimus, in terra Comitis Pictauienſis noſcitur habere, & ideo mutare non poſſum quin aliquando cum eo loquar, ſed teſtem in animam meam inuoco Spiritum ſanctum hoc neceſſitate ſit Monaſterij noſtri, non mea voluntate. Occaſione quondam accepta quia prædeceſſor noſter non potuit ad eam venire, vel noluit quandam nobis abſtulit Obedientiam, quam me poſtea viginti quinque millia ſolidorum redimere oportuit, in quibus tamen me ab excommunicato debeo abſtinere, ſi ei communicaui, vel quamdiu fuerit excommunicatus communicauero, numquam mihi à Deo illius peccati fiat remiſſio.* Hac occaſione pro rebus Monaſterij Vindocinenſis plures extant epiſtolæ Goffridi Abbatis Vindocinenſis ad VVillelmum Ducem Aquitaniæ ſcriptæ.

Lib. 5. ep. 18. 19. 20. & ibi Iacob. Sirm. in not.

Digitized by Google

CAPVT XIV.

Ingenium & mores VVillelmi Ducis, eiuſdem vernacula carmina. Hac ætate poetices ſtudium reſtitutum, maxime Toloſæ, Poëtæ Dictatores dicti, ortus Rytmicæ poëſis VVillelmi Ducis forma commendatur.

QVI fuerint mores & ingenium VVillelmi Ducis perſequi hoc loco πάρεργον non erit, Reipublicæ intereſt virtutes, & vitia principum non latere, vt horum laude, vel damnatione, conſortes admoneantur, vel caſtigentur, ac exemplis ſapiant, qui iudicem non ferunt. Probus & ſtrenuus fuit VVillelmus iſte, ſed fortitudinis laudem, ſcurrilitatis hiſtrionicæ, & libidinis vitiis fœdauit, iocoſum & facetum ſupra hiſtrionem depingit Ordericus Vitalis loco iam adducto. *Hic audax fuit & probus, nimiúmque iocundus, facetos etiam hiſtriones facetiis ſuperans multiplicibus.* Idem refert Malmesburienſis etiam loco modo laudato. *Nugas porro ſuas ſalſa quadam venuſtate condiens, ad facetias reuocabat, audientium rictus cachinno diſtendens.* Etiam in aduerſis facetus, idem carmine luſit de tranſmarinæ expeditionis ærumnis, & anguſtiis, vt modo relatam ex Orderico cuius verba hic retexere non piget. *Pictauenſis vero Dux peractis Hieruſalem orationibus cum quibuſdam aliis conſortibus ſuis, eſt ad ſua reuerſus, & miſerias captiuitatis ſuæ, vt*

Digitized by Google

erat iocundus & lepidus poſtmodum proſperitate fultus, coram Regibus & magnatis atque Chriſtianis cœtibus multotiens retulit, Rhytmicis verſibus, cum facetis modulationibus. Nè dubites de fide horum ſcriptorum, inter Poëtas quos vulgo vocant Prouinciales leguntur luſoria huiuſce principis vernaculo idiomate conſcripta, quæ hic apponere non pigebit in gratiam antiquitatis, quæ etiam puerilibus & anilibus nugis gratiam & auctoritatem conciliat. horum primum eſt de Hieroſolymitano itinere inſtituendo.

COMS DE PEYTIEVS

Pas de chantars més prés talens.
Faray vn vers, don ſui doléns
Nò ſeray mais obediéns
De Peytau, ni de Lemozy.

Plus lo partirs, mes aitan greus
Del ſenhoratge de Peytieus
Es garda lai Falco d'Angieus
Tota ma terra mon Cozy.

Si Falco d'Angieus nolh ſecor,
El Reys de lui ieus tens enhonor
Mal li faran tug li pluzor
Quel veyran iouenet meſchi.

Si molt non es ſains & pros
Gays è vezis è artillos
Toſt lauran abaiſſat en ios
Fello Guaſco, & Angeui.

De proeza , & de valo iuy
Mas ara nos parten ab duy
E ieu vauc men lai à ſeluy
On mercé clamon Pelegry.

Aiſſy lays tot quam amar fuelh
Caualairia , è orgueilh
Et vauc men lai ſes tot deſtructh
On li peccador penran fi.

Merce quier à mon companho
Sanc li fis tort , què lom perdo
E ieu precac Iheſus del tro
E en Romans , è en Lati.

Mos enemics prec à la mort
Que ſi an metge mon confort
Quans ſe amey toc è deport
Luens de mi , è en mon arci

Aiſſi gurpiſc coy è deport
E var è gris è ſebely.

Iam cruce ſignatus ait in fine carminis ſe gurpire, id eſt dimittere pelles varias, griſeas, & ſubelinas quæ erant familiaria ornamenta magnatum, nimirum occaſione militiæ ſacræ, qui enim ſacræ militiæ nomen dediſſent vetabantur vti precioſis veſtibus, & cultu corporis ex conſtitutione Eugenij III. quam integram tradidit Otho Friſingenſis. *Illi qui Domino militant*

Lib. 1. de geſt. Frideric. cap. 35.

Digitized by Google

nequaquam in veſtibus precioſis nec cultu formæ, nec canibus, vel accipitribus, nec aliis quæ portendant laſciuiam debent intendere. Alterum carmen eiuſdem eſt amatorium, ac perineptum, de fele à quo laceratus eſt, cum ſe mutato habitu mutum finxiſſet apud clariores fœminas, in experimentum veri, aut mendacij.

En Aluernhé part Lemozi
Men aney tot ſols atapi
Trobey la molher den Guari
E den Bernart
Saluderon me fruncamen
Per San Launart.

Auiats ieu que leur reſpozi
Anc fer ni fuſt, non mentangui
Mas que leur dis aital Lati
Tarrababart
Martababelioriben
Sarramahart.

So dits Nagnes è Ermeſſen
Trobat auen quanan queren
Alberguen le tot plan è gai
Que ben es mut
E ia per el noſtre ſecret
Non es ſaubuts.

La vnam pres ſots lo mantelh
E à mi ſon mout bon è belh.
Meneron men à leur fornelh.

El ſoc ſon bo
E ieu calſei me volontiers.
Al gros carbo.

Al maniar me deron capos
El pan ſo caut, el vi ſou blos,
E ieu dicney me volentos
Fort è eſpes
E auc ſol ney à cognaſtro
Mas quan nos tres.

Sor aqueſt hom es enginhos
E laiſſa ſon parlar per nos
Aportats le noſtre cat ros
Toſt è corren
Que lin fara dire bertat
Si de res men.

Quant iou vi vengut le inios
Grans ac les pels, fers los guinhos
Ges ſon ſolats ne mi ſon bos
Tot meſpauen
Ab pauc no perdes mas amors
E lardimen.

Quan aguen begut e maniat
Deſpulley ma lur voluntat
Derreire ma porterol Cat
Mal e felo
E eſcorgeren me del cap
Trò al talo.

Digitized by Google

Per la co al pres Nermeſſen
E tira el cat eſcoyſſen
Plagas me feron mai de cen
Aquella ves
Coc me - mas ieu per tot à quo
Nom mogui gés.

*Ni o *********** qui maucizes*
*Entro que pro ***** tut agues*
Ambedos quaiſſi ſon empres
A mon talen
Ans vuelt mais ſofri la dolor
Et greu turmen.

Aitan tey cum auzirets
C e quatre XXVIII. *vers*
An pauc non rompet mon correts
E mos arnets
E venc men trop grand malaueg
Tal mal me fes.

Monet tu miras al mati
Mo vers portaras el borſſi
Dreg à la molher den Guari
E den Bernart
E diras lor que per mamor
Aucirol Cat.

Hac ætate poëtices ſtudium excoli cœpit in Gallia, & Germania, Raimundum Monachum Toloſanum de reſtituta Toloſæ poëſi commendat Petrus Cluniacenſis, in epiſt. ad eum ſcripta. Lib.1.ep.23.

Digitized by Google

Fleuerat antiquis viduata Toloſa Poëtis
Gaudeat en ſtudium te reparare ſuum.

Poëtas Dictatores nuncupauit hæc ætas, & eorum poematia dictata ſeu dictamina, quod ex ore dictantis exciperentur. Albertus Argentinenſis. *De morte & ſepultura Hainrici dicti Prouuinlop magni Dictatoris Anno Domini* MCCCXVII. *in vigilia ſancti Andreæ ſepultus eſt Hainricus dictus Frouuenlop in Maguntia in ambitu maioris Eccleſiæ iuxtà ſcalas honorifice valde, qui deportatus fuit à mulieribus, ab hoſpitio, vſque ad locum ſepulturæ, & lamentationes, & querelæ maximæ auditæ fuerunt ab eis, propter laudes infinitas quas impoſuit omni generi fœmineo in dictaminibus ſuis, Tanta etiam ibi copia fuit vini fuſa in ſepulchrum ſuum quod circumfluebat per totum ambitum eccleſiæ, cantica canticorum dictauit Tentonicè*, &c. Hac ætate inprimis familiarior inualuit vſus Rhytmicorum carminum, fortè occaſione ſacræ militiæ. Hoc genere verſuum delectatus eſt VVillelmus noſter, eodem cecinit ſuas ineptias amatorias, & res geſtas in bello ſacro. Eiuſdem dotes animi & corporis, formam corporis, & animi præſtantiam celebrat Goffridus Abbas Vindocinens. *Vos autem Dux vitæ laudabilis, quem corporis pulchritudine, ſimul & animi magnitudine ſuper alios Deus honorauit, in mundo, vt ipſe ſpecioſus forma, præ filiis hominum, pulchrum & magnum vos faciat in cœlo.*

Chronic.

Lib. 5. epiſt. 19.

CAPVT

CAPVT XV.

Aquitanorum expeditio Hiſpanica aduerſus Sarracenos, cuius Duces Gaſto Benearnenſis & alij. Bernardi Athonis Vicecomitis Carcaſſonenſis fœdus cum VVillelmo Duce. Petri Pictauienſis Epiſcopi obitus. Roberti de Arbriſſellis, & Bernardi Tyronenſis obitus. Guillelmi Pictauienſis & Petri Santonenſis Epiſc. ordinatio. Aimericus Claremontenſis Epiſcopus Notatur labes Claremontenſis Eccleſiæ Concilium Toloſanum, & Engoliſmenſe Audebertus Aginnenſis Epiſcopus ordinatur VVillelmi Ducis prœlium cum Symone Parthenacenſi, VVillelmus Dux & alij Aquitani pugnant pro Hiſpanis aduerſus Sarracenos Cæſarauguſta Aquitanorum ope à Sarracenis armis recepta Regiones vrbis in præmium militiæ Gaſtoni Benearnenſi & Rotroni Perticenſi conceſſæ. Synodus Rhemenſis cui interfuere Leothericus Bituricenſis A. & Gerardus Engoliſmenſis E. & Legatus Sedis Apoſtolicæ in Aquitania. Petrus de Bruis hæreſis auctor in Nouempopulonia. Iterum à VVillelmo Duce pugnatum aduerſus Sarracenos. Henricus

Angeliacenſis Abbas. Stephanus Abbas & Fundator Obazynæ Monaſt. in Lemouicibus. Centullus Bigeronum Comes bene meritus de Hiſpanis in bello aduerſus Sarracenos. Vallis Eciæ quæ eſt Pyrenei incolis vectigalia remiſſa. Gaſto Benearnenſis pro Hiſpanis certat aduerſus Sarracenos. Guillelmi Giſleberti Pictauienſis Epiſcopi obitus. VVillelmi Ducis obitus.

ANNO etiam MCXIV. vt ad rerum ſeriem redeamus Aquitani & Vaſcones cum lectiſſimis copiis pro Alfonſo VI. Rege Hiſpanorum feliciter & ſtrenuè militarunt aduerſus Sarracenos. Ordines duxere Gaſto Benearnenſis, Comes Conuenarum Rotro Perticenſis, Centullus Bigeronum Comites, Gabarretti Vicecomes, Leſcarienſis Epiſcopus Augerius Miramonius, Arnaldus Vicecomes Labedenſis qui Oriam Palliarienſem Comitiſſam vxorem duxit, ex qua ſuſceptus eſt Raimundus Rogerius, Zurita. *Magnæ ab Imperatore* (Hic ſe dicebat Imperatorem Hiſpaniarum) *copiæ Francorum ex delectu Galliæ comparantur, vt veterano noſtro, & externo milite, cum præpollenti hoſte pugnaret. Duxere ordines in eius exercitu, Gaſto Benebarniæ ditionis Dominus, Conuenarum Comes, Rotro Perticarum & Centullus Bigeronum Comites, Gabarreti Vicecomes, Leſcarenſis Epiſcopus, Augerius Miramonius, Arnaldus Vicecomes Labadenſis, qui Oriam Palliarien-*

In indicib. Rer. Arrag. ad an. 1114.

ſem Comitiſſam in matrimonium duxit, ex qua Raimundum Rogerium ſuſcepit, magno ii conſenſu declarati externarum copiarum duces, qui haud dubiè tum primi omnium ductores habentur, omneſque inter ſe illuſtres viri noti erant, & potentiâ inter ſuos præſtantes.

Anno MCXV. Bernardus Atho Vicecomes Carcaſſonenſis à ſuis pulſus cum VVillelmo Duce Aquitaniæ fœdus iniit, cuius ope ditioni ſuæ reſtitutus, per Rogerium filium graues à ciuibus pœnas ſumpſit, & quò in poſterum tutior eſſet aduerſus Carcaſſonenſes Raimundo Barcinonenſi Comiti ſeſe in fidem & clientelam tradidit, Zurita. *Bernardus Atho Vicecomes à Carcaſſonenſibus vrbe exactus Guillielmo Pictonum Comiti fœdere adiungitur, qui in Tholoſatem ditionem inuaſerat, cuius ope à Carcaſſonenſibus recipitur cum Rogerius Bernardi filius, in vrbem introiſſet, in ciues ſummo ſupplicio excruciatos crudeliter animaduertit. Pater ſupremum eius ditionis ius, & dominium, Raimundo Barcinonenſi Comiti fidelitatis auctoramento cauet, atque recipit.* ad an. 1115.

Eodem anno Petrus Pictauenſis Epiſcopus, exulans ſua ſede, in Caluiniaco caſtro deceſſit, Pictauis apud S. Cyprianum ſepultus, eius tumulo inſcriptum Epitaphium celebre, eorum quæ paſſus eſt monumentum, Chronic. Malleacenſe. *Anno* MCXV. *obiit Dominus Petrus Caluiniaco Caſtro, & ſepultus apud S. Cyprianum Pictauis, epitaphio ſuper eum deſcripto.*

Capto, vincla minæ, cenſus domuumue ruinæ
Numquam paſtorem flexere, ſuumue rigorem

Immò magis fortis inſtantis tempore mortis
Nulla relaxauit, quæ iure liganda ligauit.

de eius proceſſu erga Guillelmum ducem, exilio, & morte, Guillelmus Malmesbur, loco laudato, & Gaufredus in vit. Bernardi Tyronenſ. (Cap. 20.) *Quæ dum agerentur Pictauenſis vrbis Epiſcopatum regebat venerabilis Petrus Epiſcopus qui poſtea exilium pro iuſtitia, vſque ad mortem ſuſtinuit cuius vitæ ſanctitas mirabilis extitit, vt poſt ipſius obitum miraculorum atteſtatione patuit.* Eidem ſcripſit Iuo Carnotenſ. (Epiſt. 36.)

Anno MCXVI. obiit Robertus de Arbriſſellis author ordinis Fontis-ebraldi, Chronic. S. Albini Andegauenſ. *Anno* MCXVI. *obiit Robertus de Arbriſſellis* V. *Kal. Martij iſte fuit fundator Monaſterij Fontis Ebraldi.* Idem Chronic. Malleac. Hoc diſcrepat Breuiarium Fontebraldenſe quod eius obitum locat VI. Kalend. Februarij VI. *Kalend. Februarij, obitus Reuerendi Patris Roberti de Abrynſcello noſtri ordinis Inſtitutoris.* Eiuſdem cum elogio meminit Petrus Cluniacenſ. vt potè qui fuerit ſacer inſtitutor matris ſuæ Raingardæ, quæ præmortuo viro monaſticen profeſſa eſt in Marciniacenſi Monaſterio. *Producta eſt eo vſque talis intentio, nec à cœpto curſu potuit fatigari, donec famoſo illi Roberto de Bruſſello ad ſe venienti, & ſecum aliquandiu moranti, impulſa violento æſtu animi, ſe in monacham ignorante viro redderet, vt eo defuncto vel concedente ſtatim ad Fontem Ebraudi, ſi ſuperuiueret demigraret.* Meminit & ibidem Cluniacenſis de eiuſdem Roberti deceſſu, quæ cauſa fuit vt Raingarda conſilium mutaret, & pro Fontis ebraldi Monaſterio Marciniacenſe expeteret. *Obſecrat vt ſe omnium criminum reum ſacerdos & Vica-*

Lib. 2. epiſt. 17.

Monaſt. Fōtis Ebraldi exemptum Pet. Cellenſis l. 1. ep. 3. ad Alex. 3. Prædeceſſorum veſtrorum priuilegiis & beneficiis Abbatiam Fontis Ebraldi ſublimatam & cōmunitam vbiq; diuulgatū, & notū eſt in partibus noſtris Epiſcopus autem Pictauenſis, cum rigare de-

rius Chriſti, apud Marciniacum perpetuo pœnitentiæ carcere claudat, hunc enim ſupra nominato Fontis Ebraudi Monaſterio prætulerat, quoniam & venerabilis Robertus cui ſe deuouerat, iam vitam mortalem exceſſerat.

buiſſet & fauore plantationi Dei & dextræ veſtræ, nititur libertatem huius eccleſiæ diminuere, & contra priuilegium conſuetum Abbatiſſam cogit profeſſionē ſibi, & obedientiā promittere, quam ſibi ſedes Petri retinuit.

Eodem anno VII. Kal. Maij, vita migrauit Bernardus fundator, idemque primus Abbas cœnobij Tyronenſis, ei ſuffectus Hugo Monachus eiuſdem cœnobij. Chronic. Malleacenſ. *Anno* MCXVI. *obiit Bernardus fundator cænobij Tyronis quod eſt in Pertico* VII. *Kalend. Maij. Huic ſucceſſit Hugo Monachus eiuſdem cænobij.* Eius obitus meminit Gaufredus in eius vita, ſed quod mirere, neque annum neque diem adnotat, quem ſupplere poteris ex hoc loco. Cap. 47. & 63.

Anno MCXVII. Guillelmus Pictauienſis Epiſcopus, & Petrus Santonenſis ordinantur. Chronic. Malleacenſ. *VVillelmus & Petrus ordinantur Epiſcopi, vnus Pictauis, alter Santonas.* Petro Santonenſi ſcripſit Goffridus Abbas Vindocinenſis pro tuitione rerum Monaſterij ſui, quæ ſitæ erant in diœceſi Santonicâ aduerſus Guillelmum Oleronis Præpoſitum, & Aſthonem quendam, qui nouos quoſdam & ante inauditos cenſus exactitabant. Lib. 3. epiſt. 38.

Anno MCXVII. Aimericus Claromontenſis Epiſcopus Altare S. Stephani conſecrauit. Chronic. Malleacenſ. *Et altare S. Stephani ab Aimerico Aruernorum Epiſcopo.* XIII. *Kal. Aprilis ſacratum.* Hic VVillelmum de Longeio Clericum Cenomanenſem ſibi in Archidiaconum ordinauit, non ſine aſſenſu ipſius Hildeberti, qui ei gratulatus eſt hac de re, & clericum ſuum eo nomine abſoluit ab obedientia quæ ſibi debebatur. *Gratias igitur*, inquit ſcribens ad eundem Aime- Epiſt. 55.

ricum. *Beatitudini veſtræ de collato agens beneficio, eundem VVillelmum vobis & veſtræ commodo eccleſiæ, ab ea quam conſecratori ſuo debet obedientiâ liberum omnino & abſolutum, ex abundanti eſt, pro eo intercedere apud vos, quem feciſtis vltro, non quodlibet membrum corporis Eccleſiæ, ſed oculum.* Notat & Hildebertus in eadem epiſt. prauam conſuetudinem Claremontenſis Eccleſiæ, de hæreditaria ſucceſſione in præbendis Canonicis. *Audiuimus autem, & vltra quam credi poſſit admirati ſumus, in veſtra matre Eccleſia hæreditario iure Canonicas obtineri*, &c.

Eodem anno Toloſæ initum Concilium in quo decreta eſt ſacra expeditio in Sarracenos Hiſpaniæ incubatores, aliud itidem Engoliſmæ eandem ob cauſam, in quo Audebertus Aginnenſis Epiſcopus ordinatus Chronic. Malleacenſ. *Decimo quarto Kalendas Aprilis, Tholoſæ fuit Concilium, in quo confirmata eſt via de Hiſpania, & Engoliſmæ aliud, vbi Archiepiſcopus Turonenſis, & alij duo Epiſcopi confirmati ſunt, vnus eorum Audebertus ciuitati Agenno.*

Anno MCXVIII. VVillelmus Dux conſerto prœlio cum Symone Parthenacenſi & auunculo eius Hugone bello victor extitit, & Symonem captiuum abduxit Chronic. Malleacenſ. *Comes VVillelmus pugnauit cum Symone Partenacenſi, & auunculo ſuo Hugone V. Id. Auguſti, & vicit eos, & Symonem cæpit cum multis aliis.*

Eodem anno ab Alphonſo Rege Caſtellæ totis viribus pugnatum aduerſus Sarracenos ad Cutandam vicum prope Darocam, & inſignis de his victoria reportata. Prœlio adfuere VVillelmus Dux Aquitaniæ

cum lectis ſexcentis equitibus, Gaſto Benearnenſis Rotrocus Perticenſis & alij Aquitani & Vaſcones, Zurita. *Imperator eo intentior in hoſtes verſus ad Cutandam vicum prope Darocam, obuiam progreſſus, ingenti certamine, ſignis collatis confligit, hoſtes funduntur, & cum magna internecione cæduntur, eorumque Dux in Regis poteſtatem venit. Ad fuit prælio Pictonum Comes, qui eo in bello ſexcentorum equitum ductor militauit.* In indicib. Arag. rer. a. 1118.

Eadem expeditione Cæſarauguſta ciuitas à Sarracenis armis recepta, Gaſtoni Benearnenſi Vicecomiti, in præmium militaris operæ in expugnatione vrbis præſtitæ, hæ regiones vrbis condonatæ, quas Chriſtiani ſub iugo Sarracenico inhabitabant, quas poſt eũ Tereſia vxor, & Cẽtullus Gaſtonis filius multis annis iure dominij obtinuerũt, ita vt Cæſarauguſtæ Domini nuncuparentur. Rotroco Perticenſi Comiti alia regio vrbis condonata, cuius vici ab eo nomen tulerunt Zurita. *Gaſtoni Benebarnenſi Vicecomiti, eæ vrbis regiones, ab Imperatore ſunt attributæ, quæ ſub impio etiam dominatu à Chriſtianis incolebantur, quas longo tempore & Thereſia vxor, & Centullus Gaſtonis filius honorario iure poſſedere, Dominique Cæſarauguſtæ vt priſcus mos tulerat appellantur. Rotroni Perticarum Comiti, alia vrbis pars virtutis atque honoris ergo condonatur, cuius regionis vici, ab eo principe nomen inuenere.* In Indic. rer. Arrag. ad an. 1118.

Anno MCXIX. celebrata eſt Synodus Rhemenſis Callixto II. præſide. Huic ſynodo interfuit Leothericus Bituricenſis cum multis aliis Archiepiſcopis. Ordericus Vitalis. *Radulfus viridis Archiepiſcopus Remenſis, & Leothericus Bituricenſis, Humbertus Lugdunenſis, & Goiffredus Rothomagenſis, Turſtinus Eboracen-* Lib. 12. hiſt. eccleſ.

Digitized by Google

ſis, & Dainbertus Senonenſis, Giſlebertus Turonenſis, & ſucceſſor eius Hildebertus Cenomannenſis, Baldricus Dolenſis, & alij octo Archiepiſcopi, cum ſuffraganeis ſuis, & abſentium legatis, cum multis Abbatibus, & Clericorum, ac Monachorum multitudine futurum examen præfigurauére. In hac Synodo facundiæ, & ſapientiæ laude cæteros inter enituit Girardus Engoliſmenſis Legatus Aqui-
Lib. 12. Hiſt. *taniæ.* Idem Ordericus. *Vbi Girardus Engoliſmenſis. Hato Viuarienſis, Goiffredus Carnotenſis, & Guillelmus Catalaunenſis, Duces verbi præ cæteris intonuerunt & dicacibus Scholaſticis, atque feruidis amatoribus Sophiæ inuidioſè enituerunt.* In hac Synodo audita eſt querela Hildegardis Comitiſſæ de illicitis ſe depulſa VVillelmi Ducis nuptiis cum Malbergione Vicecomitiſſa Caſtri Ayraldi, & cum VVillelmus ad diem dictam iudicio deeſſet VVillelmus Santonenſis, & alij Aquitanici Epiſcopi eius abſentiam expurgarunt, caſu valetudinis quæ initum iter præcidiſſet. Hac de cauſa abſenti induciæ datæ, & iterum vocatus vt in curia
Lib. 12. hiſt. ipſius Pontificis ad diem ſe ſiſteret, idem Ordericus. *Interea Hildegardis Commitiſſa Pictauorum, cum ſuis pediſſequis proceſſit, & alta claraque voce querimoniam ſuam eloquenter enodauit, quam omne Concilium diligenter auſcultauit, ſe ſiquidem dixit à marito ſuo eſſe derelictam, ſibique Malbergionem Vicecomitis de Caſtello Ayraldi coniugem in throno ſurrogatam, cumque Papa interrogaret vtrum Conſul Pictauenſis, ſecundum ſuum edictum ad Synodum veniſſet, Guillelmus eloquentiſſimus iuuenis Epiſcopus Santonenſis, & plures Epiſcopi & Abbates de Aquitania ſurrexerunt, & eundem Aquitanorum Ducem excuſauerunt, quod iter ad Concilium inierit, ſed ægritudine*

detentus

Digitized by Google

detentus obiter remanſerit. Denique Papa infirmitatis cauſa excuſationem ſuſcepit inducias dedit, certumque terminum conſtituit, quo Conſul ad placitum in curiam Papæ veniret, ac vt legitimam vxorem reciperet, aut pro illicito repudio ſententiam anathematis ſubiret.

Anno MCXX. Petrus de Bruis Nouempopuloniam ſeu Vaſconiam & Septimaniam nouæ hæreſis viru labefactauit, aduerſus eum ſcripſit Petrus Cluniacenſis elegantem epiſt. ad Arelatenſem & alios antiſtites, cuius initio de hæreſis iſtius progreſſu. *Migrauit tamen*, inquit, *ſicut audiui, ad loca ſatis vobis contigua, & à Septimania veſtra vobis perſequentibus expulſa, in prouincia Nouempopulana, quæ vulgo Guaſconia vocatur, & in partibus ei adiacentibus ſibi foueas præparauit.* Hanc hæreſim damnatam, à Callixto II. in Concilio Toloſæ habito anno MCXXVIII. teſtes ſunt Bernard. Guidonis, & Alphonſus de Caſtro. In Callixt. 2. Lib. 3. In verb. baptiſma hæreſ. 5.

Eodem anno iterum VVillelmus Dux feliciter pugnauit aduerſus Sarracenos, coniunctis copiis cum Rege Arragonum, vno in prœlio cæſa decem & quinque millia Sarracenorum, captiuorum numerus penè fidem exceſſit, eadem expeditione multa caſtra ab hoſtibus recepta. Chronic. Malleacenſ. *Quinto decimo Kalendas Iulij Comes VVillelmus, & Dux Aquitanorum, & Rex Arragundiæ pugnauit, cum Abraham & aliis quatuor Regibus Hiſpaniarum in campo Cotanciæ, & deuicerunt, & occiderunt* XV. *millia Moabitarum, & innumerabiles captiuauerunt, duo millia Camelorum cœperunt, & de aliis beſtiis ſine numero, & plurima ſubiugauerunt caſtella.*

Eodem anno Henricus qui Angeliacenſis Abbas

Digitized by Google

extiterat, ſed à Monachis & Guillelmo Duce pulſus fuerat Abbas Burgenſis Commendæ nomine factus eſt ab Henrico I. Rege Anglor. Ordericus Vitalis. *Quo defuncto Rex Henrico cognato ſuo Burgum commendat, qui ſancti Ioannis Baptiſtæ Angeliaci Abbas extiterat, ſed à Monachis, & Guillelmo Pictauienſi Duce expulſus fuerat.*

Lib. 11. hiſt. an. 1110.

Per id tempus vitæ ſanctitate & miraculorum fama inclaruit Stephanus fundator, primuſque Abbas Monaſterij Obazynæ diœceſis Lemouicenſis Chronicon. Thuanum M S. *Eo tempore floret Stephanus presbyter religioſus, qui Obazunam fundauit, miraculis claret.*

Anno MCXXII. Centullus Bigeronum & Lordæ Comes ſe & ditionem ſuam, & quidquid in poſterum quæſiturus eſſet fidei & clientelæ nexu vltro ſubiecit Alphonſo VI. Regi Hiſpanorum, & eo nomine Rotam oppidum, & arcem eodem loci munitiſſimam, & Turiaſonis vrbis eiuſque agri partem beneficiario iure à Rege accepit, eidem promiſſa Albarazinum vrbs clariſſima in finibus Celtiberiæ, quam primùm à Sarracenis bello eriperetur, & ſtipendium CC. militum, è vectigalibus ciuitatum, quæ bello reciperentur à Barbaris, Zurita. *Imperatore Morlanis in Aquitania commorante Maio menſe Centullus Bigeronum, & Lordæ Comes, ſe illi ſubiicit, ditionemque eam, & quæ acquirere poſterum in tempus poſſet, Imperatori accepta refert, Rota oppido, & Rotenſi arce, ad Salonis ripas munitiſſima & media Turiaſonis vrbis, eiuſque agri parte Imperator Centullum donat. Albarrazinum præterea nobilem vrbem in capite Celtiberiæ, ad Turiam amnem ſitam ſimul*

In Indi. Rer. Arragon. ad ann. 1122.

à dominatu Maurorum liberaſſet, ſe illi attributurum ſpondet, ſtipendiaque CC. *equitum pollicetur honoraria ex earum ciuitatum vectigalibus, quæ ſacro bello vindicarentur. Beneficia ea militaria erant, quæ proceribus attribuebantur, procereſque ea ſuis equitibus partiri conſueuerant; vnde nomen inuenere.*

Eodem anno Alphonſus Rex Hiſpanorum cum in faucibus Pyrenei arcem exædificaſſet, ea in regione quæ caput de Sobala dicitur, vallis Eciæ incolis vectigalium onus remiſit, ea lege vt militarem operam in bello ei præſtarent, & eorum fidem expertus, in ſui cuſtodiam eos adhibuit Zurita. *Iunio menſe Rex qui ſe Hiſpaniæ Imperatorem appellat ex Aquitania reuerſus, cum in clauſtris Pyrenei arcem exædificaſſet, in ea regione quam caput de Sobola nominat, in eo loco reſidens, his qui vallem Eciam eo ſaltu quem Auguſtum appellabant, verſus culmina Pyrenei incolebant, poſteriſque eorum tributa omnia remittit, modo ſibi in munitionibus, & exercitibus aſſiſtant, ingenuitatiſque munus condonat, & ſcripturæ vectigal herbaticum ea ætas appellabat, nè à Montione ad Caunum montem penſitent elargitur, quod eorum hominum maximè fidei opera, ipſe ſuperioreſque Reges vſi fuiſſent, excubias & cuſtodias ſui capitis & nocte & die illis tradit.* Olim & Calagurritanis vſus eſt Auguſtus ad præſidium ſui Tranquillo & Dioni.

In indicib. Rer. Arrag. 1122.

In Auguſt. c.49. lib.56.

Anno MCXXIII. Gaſto Benearnenſis Vicecomes Alphonſo cum militari delectu adfuit in prœlio ad Arinzolum conſerto aduerſus Sarracenos. Zurita. *Vetuſtis etiam rerum Caſtellanarum monumentis memoriæ proditur, ingenti prælio Imperatorem ad Arinzolum cum* XI. *Regulis Maurorum conflixiſſe, eoſque profligaſſe. Ea in*

In indicib. rer. Aragon.

Digitized by Google

expeditione affuiſſe traditur, vir ſingulari virtute Gaſto Bencharnenſis Vicecomes.

Eodem anno obiit Guillelmus cognomine Giſlebertus Epiſcopus Pictauenſis, & conditus in æde Fontis-Ebraldi Chronic. Malleacenſ. *Obiit VVillelmus Epiſcopus cognomento Giſlebertus, & ſepultus eſt Fontes-euurandi.*

In tempore obitus VVillelmi Ducis variat Ordericus Vitalis vno enim loco eius obitum ponit anno
Lib. 1. Hiſt. MCXXV. *Anno Domini* MCXXV. *multorum Principum mutatio facta eſt, tunc etiam egregij Duces Guillelmus Pictauenſis, & Guillielmus Apulienſis obierunt.* Alio loco
Lib. 12. hiſt. idem eiuſdem obitum transfert ad annum MCXXVI. *Eodem anno Guillelmus Pictauenſis mortuus eſt, Guillelmus etiam Dux Apuliæ filius* Rogerij *Burſæ ſine filiis obiit.* Ad eum pertinet quod Gaufredum Comitem Pictauienſem illo tempore obiiſſe ſcribit Otto Friſing.
Lib. 7. Chr. cap. 21. *Rex etiam Francorum Ludouicus, & Anglorum Henricus, & Remorum Archiepiſcopus Reginaldus, Comeſque Pictauienſis Gaufridus eodem tempore obierunt.*

Digitized by Google

Capvt XVI.

Stephanus Aruernenſis E. ſede ſua pulſus ab Euſtachio Comite Aruernorum, à Ludouico Craſſo armis reſtitutus. Dedicationi Sagienſis Eccleſiæ adeſt Gerardus Engoliſmenſis E. & Legatus Aquitaniæ. Monaſterium de Cancellata in agro Petrocorienſi, Concilia duo ab Innocentio II. habita in Aquitania vnum apud Anicium alterum Claremonte aduerſus Petrum Leonis ſchiſmaticum. Gerardi Engoliſmenſis defectio ad partes Petri Leonis. Engoliſmenſis dolo deceptus VVillelmus Dux Schiſma fouet. Gerardo legatione ſubmoto ſuffectus eſt Gaufredus Carnotenſis Epiſcopus, Fulcherus Engoliſmenſis Tyrenſis Archiepiſcopus tùm Hieroſolymitanus Patriarcha. VVillelmus Dux à Bernardo Clareuallenſi tentatur de eiurando ſchiſmate Gaſto Benearnenſis caſus in prœlio aduerſus Sarracenos Secunda expeditio Ludouici Craſsi in Comitem Aruernorum pro tuendo Stephano Epiſcopo. Comes Aruernorum à VVillelmo Duce defenſus Legatis miſsis ad Regem. Centullus Benearnenſis caſus in pugna aduerſus Sarracenos Monaſt.

S. Martialis Lemouic. commendatur. VVillelmus Dux tandem diſcedit à Schiſmate ſingulari opera Bernardi Clareuallenſis & & Gauffredi Carnotenſis. Idem fruſtra ante tentatum à Petro Abbate Cluniacenſi, & ab Hugone Duce Burgundiæ, Geraldi Engoliſmenſis infelix exitus. VVillelmus Dux præſto eſt Goffredo Comiti Andegauenſi aduerſus Normannos.

ANNO MCXXVI. Stephanus Aruernenſis Epiſcopus ciuitate pulſus ab *Euſtachio* Comite Aruernorum Ludouicum Craſſum ſupplex adiit, ab eo opem depopoſcit, & ancillantem eccleſiam exancillari eflagitauit. Rex in defenſionem eccleſiæ animo propenſior, Comite per Miſſos in caſſum officij admonito, delectu militari habito copias duxit in Aruernos, expeditionis ſociis Carolo Comite Flandrenſi, Fulcone Comite Andegauenſi, Conano Comite Britanniæ, & aliis proceribus Regni, caſtris poſitis Clarummontem oppidum obſidione cinxit, ac deditione id cœpit, mox pace inter Epiſcopum & Comitem ſacramentis & obſidibus ſancita lætus diſ- In vita Ludou. Craſſ. lib. 5. c. 49. ceſſit. Suger. Continuat. Aimoini.

Eodem anno dedicationi Sagienſis eccleſiæ interfuit Gerardus Engoliſmenſis Epiſcopus & Legatus Lib. 12. Sedis Apoſtolicæ in Aquitania, teſte Orderico Vitali.

Anno MCXXVIII. fundatum eſt Monaſterium de

Digitized by Google

Cancellata Canonicorum regularium S. Auguſtini in agro Petrocorienſi vt ſcripſit Ioan. Puteanus ſcriptor. vit. Antiſtitum Petrocorienſium. Nec tacendum hoc loco id veteri diſciplinæ feliciter reſtitutum ab Alano de Solminiaco tum Regulari Abbate, hodieque Epiſcopo Cadurcenſi, vitæ ſanctitate & abſtinentiæ laude melioris æui patribus comparando.

In vit. Guil. de Alba Rocha E. Petrocor.

Anno MCXXX. Innocentius II. canonicè lectus in Romanum Pontificem, Petri Leonis aduerſarij iniuria vrbe pulſus, ſeceſſit in Galliam, & habito apud Anicium concilio, ipſum excommunicauit Guigo in vit. S. Hugonis Gratianopolit. Epiſcopi apud Surium. *Defuncto autem Honorio, cum per tyrannicam & ſchiſmaticam rabiem, non ſuis meritis, ſed cognatorum & fratrum fultus præſidiis Petrus Leonis aduerſus veſtrum Innocentium, qui Beatæ memoriæ Honorio ſucceſſerat emerſiſſet, atque hoc vir Dei certiſſimè comperiſſet, morbis licet & ætate conſumptus, zelo tamen domus Dei, cuius diligebat decorem perrexit Anicium, vt eundem cum aliis Epiſcopis excommunicaret ſchiſmaticum.* Inde Innocentius memoratur aliud Concilium celebraſſe apud Clarummontem, in quo vniuerſa Gallia præter Aquitaniam, Hiſpania, Anglia, Germania in eius fidem & obſequium coierunt. Petrus Cluniacenſis. *Inde per Tiberim mare ingreſſus ad Gallias venit, vbi primum ab eodem Domino Papa Innocentio, Cluniacenſi noua & maiore conſecrata eccleſia, ac gemino concilio alio Claromonti, alio Remis celebrato, totam excepta parte Aquitaniæ Galliam, Hiſpaniam, Angliam, Germaniam, ſibi immo Chriſto, ſtudio præcipuè Matthei)* is fuit Albanenſis Epiſcopus) *Papa iam dictus vniuit.*

Tom. 2. April. 1.

Lib. 2. de Mirac. c. 16.

Digitized by Google

Per hæc tempora Geraldus Engoliſmenſis Epiſcopus & Legatus Sedis Apoſtolicæ in Aquitania, primum Innocentij partes amplexus eſt, ſpe tuendi legationis officij, ſed votis deceptus, repulſæ impatiens tranſiit in partes Petri Leonis, & in præmium ſceleris Legationis Aquitaniæ vices ſibi prorogari facilè impetrauit Bernard. Abbas Bonæ vallis in vit. Bernard. Lib. 2. c. 6. Clareuallenſ. *Veterator ille, qui diu in partibus illis ſedis Apoſtolicæ fuerat Legatus, & nunc à magiſtratu tanto deiectus non poterat ſe pati ſuæ ſolius eccleſiæ Epiſcopum, qui ſe viderat totius Aquitaniæ principem, & magiſtrum, erubeſcat enim ad primam domum redire, cuius potentatus, & Turonica & Burdegalenſis & Auxienſis prouinciæ ſubditæ fuerant, & quicquid à collibus Iberorum, vſque ad Ligerim complectitur, & claudit Oceanus paruerat eius imperio. Conſuetus igitur prædari prouincias, & ſub titulo iuſtitiæ de cauſis emergentibus facere quæſtum, aggregarat pecunias quæ erant ſibi in idolum, & in apoſtaſiæ ſimulachrum. Videns itaque periiſſe ſibi exactionum auctoritatem, & ſolam domum quæ nuper multis ſtipata clamoribus iam carebat ærariis, inpatienter ferens, quod manus eius non implerentur muneribus, homo ſerpentinæ aſtuciæ feſtinato ad Petrum Leonis miſit, vt ei legationem concederet, & ipſe ei fidelitate iurata obediret.*

Geraldus acerrimus Petri Leonis partium ſectator VVillelmum Ducem Aquitaniæ dolis & artibus ſuis irretitum in eiuſdem partes perduxit, nefario eius ſuaſu VVillelmus Pictauienſis Epiſcopus ſede ſua pulſus & in eius locum alter ſuffectus, Euſtorgius Lemouicenſis Epiſcopus pariter ſubmotus, eique ſubintroductus Ranulfus Abbas Doratenſis, Geraldus ipſe nihil

nihil non ſibi licere ratus Burdegalenſem eccleſiam proprio nutu occupauit, ſimul retenta Engoliſmenſi vt narrant auctores vitæ Bernardi Clareuallenſis, & Lib.2.c.6. Guillelmi Ducis apud Surium.

Geraldo legatione ſubmoto ab Innocentio II. Gaufridus Carnotenſis Epiſcopus ab eodem Legationis Aquitanicæ vices ſuſcepit, quibus magna cum laude perfunctus memoratur, Vnus ex auctorib. vitæ Bernardi Clareuallenſ. *Audiens hæc & huiuſmodi vir* Lib.2.c.6. *venerabilis Gaufredus Carnotenſis Epiſcopus, cui à Papa Innocentio Aquitaniæ legatio fuerat commendata, vehementer indoluit, & ſuccurrendum periclitanti eccleſiæ, poſtpoſitis aliis negociis ſine vlla dilatione decreuit.* Hic legationem per plures annos proprio ſumptu geſſit, xeniis prorſus manus abſtinuit teſtes Bernardus ipſe Clareuallenſ. & Io. Saresber, eius amicitiam quantum Lib. 4. de conſid. lib. 5. colueric Petrus Abbas Cluniacenſis ipſe nos docuit. Polycrat. c. 15.

Hoc ipſo anno Bernardus Abbas Clareuallenſis Lib.4.ep.43. cum Ioſleno Sueſſionenſi Epiſcopo Guillelmum Ducem Aquitaniæ Pictauis adiit, vt ipſum à ſchiſmate abduceret, & Geraldi Engoliſmenſis inſaniam compeſceret, ſed irritum fuit conſilium, vt refert auctor vitæ ipſius Bernardi. Idem hac de re elegantem epiſto- Lib.2.c.6. lam ſcripſit ad Epiſcopos Aquitaniæ. Epiſt. 126.

Per id tempus Fulcherus patriâ Engoliſmenſis, primum Abbas Cellæ, id nomen Monaſterio Canonicorum Regularium in diœceſi Engoliſmenſi vir ſtudioſiſſimus partium Innocentij, non ferens moleſtias Gerardi Engoliſmenſis ſigniferi Petri Leonis ſeceſſit in Syriam, vbi inter Canonicos regulares cooptatus in eccleſia ſepulchri Dominici, electus eſt in Archie-

Digitized by Google

Lib. 14. c. 11. piſcopum Tyrenſem de quo VVillelmus Tyrius. *Cui ſubſtitutus eſt Dominus Fulcherus, bonæ memoriæ Aquitanicus natione, patria Engoliſmenſis, vir religioſus ac timens Deum, modicè litteratus, ſed conſtans & amator diſciplinæ. Hic apud ſuos Abbas extiterat Canonicorum Regularium, in Monaſterio cui Cella nomen, ſed poſtmodum tempore prædicti ſchiſmatis, quod inter Dominum Innocentium Papam & Petrum Petri Leonis filium exortum, fauens prædicto Petro Gerardus Engoliſmenſis Epiſcopus Apoſtolicæ Sedis Legatus, alij parti præſtantes aſſenſum moleſtiis quàm pluribus fatigabat. Quod vir vitæ venerabilis non ferens, ſumpta licentia à fratribus, orationis gratia Hieroſolymam venit, tandemque in clauſtro Eccleſiæ Dominici Sepulchri regularem vitam & aſſiduitatem profeſſus ad Eccleſiam Tyrenſem vocatus eſt.* Idemque poſtea promotus eſt in Patriarcham Hieroſolymitanum Lib. 16. c. 17. auctore ipſo VVillelmo Tyrio.

Eodem anno Gaſto Benearnenſis Dynaſta cum Stephano Oſcenſi Epiſcopo memoratur cæſus in prœlio aduerſus Sarracenos, quo loco ſiletur, corpus In Indic. rer. Arrag. ad an. 1130. funere illatum in ſacellum Eccleſiæ B. Mariæ Cæſaraugustæ. Zurit.

Anno MCXXXI. è viuis migrauit Raimundus Berengarius Comes Barcinonenſis, huic gemina fuit proles, Berengaria filia natu maxima, quæ nupſit Alphonſo Caſtellæ Regi, & Cecilia quæ elocata eſt Rogerio Bernardo Fuxenſi Comiti, ex eâ ſuſceptus Raimunad ann. 1131 dus Rogerius paternæ ditionis hæres. Zurit.

Eodem anno cum comes Aruernenſis Stephanum Claromontenſem Epiſcopum male habere non ceſſaret, ipſo conquerente, iterum Ludouicus Craſſus in

Digitized by Google

Comitem cópias inſtruxit, ad delectum vocatis Carolo Comite Flandrenſi, & aliis ſupra laudatis Regni optimatibus, Montisferrani caſtrum quod eſt in conſpectu Claromontis obſidione vallatum, Amalricus Comes de Monteforti poſitis opportunè inſidiis, oppidanos quoſdam intercepit, & manibus truncatos in vrbem remiſit, oppidani triſti ſpectaculo commoti, ſe & caſtrum Regi dedidere. VVillelmus Dux Aquitaniæ, qui cum copiis aderat, Comiti Aruernorum ſuppetias laturus, vt ſibi & Comiti conſuleret per Legatos Regem de pace compellauit, eleganti hac oratione, cuius verba hic attexere non incongruum erit, vt intelligamus etiam aduerſus regiam maieſtatem clientes ſuos tueri, Duces non dubitaſſe. *Dux tuus Aquitaniæ Domine Rex, multa te ſalute, omnique optat potiri honore, non dedignetur regiæ maieſtatis celſitudo Ducis Aquitaniæ ſeruitium ſuſcipere, ius ſuum ei conſeruare, quia ſicut iuſtitia exigit ſeruitium, ſic & iuſtum exigit dominium. Aruernenſis Comes, quia Aruerniam à me, quam ego à vobis habeo habet, ſi quid commiſit Curiæ veſtræ veſtro habeo iudicio repreſentare, hoc numquam prohibuimus, hoc etiam modo offerimus, & vt ſuſcipiatis ſuppliciter efflagitamus, & nè ſuper his celſitudo veſtra dubitare dignetur, multos & ſufficientes obſides dare parati ſumus, & paratos habemus, ſi ſic iudicauerint Regni optimates fiant, ſin aliter ſicut ſuper his iudicabunt.* Inito conſilio cum optimatibus Regni qui aderant, Rex iuramenta & obſides à Comite accepit, & partibus diem dixit Aurelianis, quò ex iure ſententia diceretur, præſente ipſo Duce Aquitaniæ, rem fuſius narrant Sugerius & Continuat. Aimoini locis modo laudatis. Do-

Caroli Flandrenſis comitis profectione in Aruernicam expeditionem meminit Iacob. Meyer. idemque Guillelmum Ducem Aquitaniæ notat de conſpiratione inita cum Comite Aruernorum aduerſus Claromontenſem Epiſcopum. *Profectuſque eſt in Galliam ad ſobrinum ſuum Ludouicum Regem, vt auxilio illi eſſet, aduerſus Comitem Aruernorum, ac Guilielmum Ducem Aquitaniæ, qui conſpiratione quadam conflata in Sacerdotium, Epiſcopum Claromontanum ciuitate eiecerant.* Hinc nata controuerſia, quod ob duritiem Comitum Aruerni iam à longo tempore Epiſcopum Claromontenſem in temporalem Dominum penè ſuſcepiſſent, de quo

Lib. 6. ep. 3. Petrus Cluniacenſis. *Aruerniam olim, tam ſpacio terrarum, quam multitudine populorum teſte Cæſare, & quibuſdam aliis hiſtoricis regnum, iuxta regnorum antiquorum quantitatem fuiſſe multis etſi non omnibus notum eſt. Huius tota pene cura, deficientibus Regibus, Comitibus magis Chriſtianum populum infeſtantibus, quam defendentibus ad iuſtum & lene regimen eccleſiæ, iam à longo tempore conuerſa eſt. Huic ſoli deficientibus vt dixi principibus vel infeſtis, huc vſque innixa eſt, ſub hac ſe tutam & ſecuram manſiſſe gauiſa eſt. Epiſcopi enim qui ante iſtum terræ illi iure eccleſiaſtico principati ſunt, & quod ſuum erat, iuxta ſibi datam gratiam impleuerunt, & quod Regum, vel principum fuerat in defendendo eccleſiam, iuxta quod licuit ſuppleuerunt.*

Anno MCXXXIII. Mequinencia Hiſpaniæ oppidum ſitum ad confluentes Hiberi & Sicoris à Sarracenis armis receptum, egregiam in ea expeditione

ad an. 1133. operam nauarunt Comes Perticenſis, & Centullus Vicecomes Bigeronum. Zurit.

Anno MCXXXIV. Centullus Vicecomes Beneharnenſis vna cum Alphonſo VI. Rege Caſtellæ, & Aimerico Vicecomite Narbonenſi occubuit in prœlio aduerſus Sarracenos geſto ad Sarinienam oppidum in finibus Arragonum, Zurit.

Eodem anno Archiepiſcopus Bituricenſis, Epiſcopus Lemouicenſis, & alij Epiſcopi & Abbates Gallicani, quos inter numeratur Abbas Lemouicenſis, quò non alium intellige quam Abbatem S. Martialis, redeuntes è Concilio Piſano capti ſpoliati & carcere incluſi, à ſatellitibus Conradi tyranni cuius partes Mediolanenſes tuebantur, aduerſus Lotharium Imperatorem, de quo Petrus Cluniacenſis. Hac tempeſtate inprimis claruit Monaſterium S. Martialis tenaci cultu veteris diſciplinæ regularis, teſtis idem Cluniacenſis. *Nam vt opinio mea fert, à Cluniaco noſtra, vſque ad Pyreneos illos, qui Gallos ab Iberis diuidunt, nullum Cluniacenſis, vel cuiuſlibet antiqui ordinis Monaſterium noui, vbi tam firmiter tam conſtanter tam inconcuſſe traditus à patribus ordo, huc vſque viguerit, & inter frementes Lemouicini territorij beſtias, eorumque feroces rictus indefeſſe inſtituta ſeruauerit.*

Lib. 1. ep. 2?

Lib. 6. ep. 19

Anno MCXXXV. iterum Bernardus Abbas Clareuallenſis cum Gaufrido Carnotenſi Epiſcopo Legato Aquitaniæ Guillelmum Ducem apud Parthenacum conuenit, & colloquio habito ipſum quidem rapuit in partes Innocentij, ſed nullà ratione eum potuit mouere, vt Epiſcoporum qui ſedibus ſuis pulſi erant reſtitutioni conſentiret, tractatu per internuncios in longiores moras labente, ſanctiſſimus Abbas peracto miſſæ ſacrificio, Deo plenus ad eccleſiæ fores proceſ-

Digitized by Google

ſit Sacroſanctum corpus Domini patena præferens, & flammeo ore, terribilibus verbis ſtantem ad fores Ducem per Dei numen compellauit, vt à ſchiſmate diſcederet, & Innocentij obſequio ſe traderet, quem vniuerſa coleret eccleſia. His commotus Guillelmus gemens & tremulus ſolo proſtratus, errorem agnouit, Innocentium germanum Pontificem palam profeſſus eſt, VVillelmo Pictauienſi Epiſcopo ſeſe conciliauit, eundemque ſedi ſuæ reſtituit.. Hoc pacto Aquitanicæ eccleſiæ pace reddita, ſolus Geraldus in contumaciæ ſcelere perſeuerauit, rem fuſiùs narrant auctores vitæ Bernardi ipſius, & Guillelmi Ducis. Fruſtra antè Petrus Abbas Cluniacenſis Guillelmum Ducem tentauit, vt ipſum à Schiſmate abduceret, teſtis ipſe de ſe. *Poſt colloquium Aquitanici principis, quem calice* Babylonis *inebriatum Chriſti calice potare non potuimus, nec ſchiſ-* Lib. 1. ep. 22 *matico ſapore quo nimium imbutus eſt catholico antidoto exhaurire, regreſſum magis, quam proceſſum pluribus ex cauſis vtilem iudicans, retroredire diſpoſui.* Nec feliciori ſucceſſu geminas litteras ad eundem ſcripſit Hugo Dux Epiſt. 127. & 128. Burgundiæ de eiurando ſchiſmate, quæ leguntur inter Bernardi Epiſtolas. *Tutius deinde vobis eſt mi cognate cariſſime, vt in ſuſceptione vniuerſalis Papæ, ab vniuerſitatis conſenſu, & conſilio non recedatis.* Sic diſponente Dei prouidentia Bernardum manebat, tam præclaræ victoriæ decus.

Anno MCXXXVI. Geraldus Engoliſmenſis Epiſcopus in ſchiſmate vitam finiit, Ordericus Vitalis. *In* Lib. 12. *hunc annum tunc Girardus Engoliſmenſis Epiſcopus vir eruditiſſimus migrauit, qui magni nominis & poteſtatis in Romano Senatu tempore Paſchalis Papæ, & Gelaſij, Cal-*

lixti & Honorij fuit. Hic abſque pœnitentia, & ſacro viatico infelicem animam emiſit, à nepotibus corpus exanime repertum in lectulo, & in quadam baſilica conditum, ſed à Gaufredo Carnotenſi effoſum, & prophanum ſub ceſpitem proiectum, vt refert auctor vitæ Bernardi. *Lib.2.c.6.*

Eodem anno Goffredus Comes Andegauenſis armata manu Normanniæ fines ingreſſus eſt, & multas prædas egit, delectus ſocij fuere Guillelmus Dux Aquitaniæ, Goffredus Comes Vindocinenſis, Guillelmus Iunior Guillelmi Comitis Niuernenſis filius & alij, inglorij prorſus, latrocinio veriùs quam bello geſto, vnde à popularibus per contemptum Hilibecci, vel Guiri-becci cognominati Orderic. Vitalis. Lib.13.

Digitized by Google

CAPVT XVII.

VVillelmi Ducis pœnitētia, & variæ opiniones de eius exitu, idem in Diuorum numerum relatus VVillelmo duæ filiæ ſuperſtites Eleënora, & Petronilla ſeu Aliſia quarum prior nupſit Ludouico Iuniori, altera Radulfo Comiti Veromanduenſi. Teſtamentum VVillelmi à Io. Haio proditum falſi conuincitur, VVillelmo duo fratres Raimundus Princeps Antiochenus, & Henricus, & vnica ſoror Mathildis nomine quæ primum Vicecomiti Thoarcenſi ſecundo nupſit Ramiro Regi Arragonum Vicecomes de Malo-leone.

ANNO MCXXXVII. Guillelmus Dux ſequioris vitæ erroriſque pœnitens, orationis cauſa ad D. Iacobi Compoſtellani profectus, felici fato, in ipſa Diui Eccleſia animam Deo reddidit, & ante altare ſepultus eſt, huius rei conſentientes ſunt æui ſcriptores, Ordericus Vitalis in hunc annum. *Eodem* ad an. 1137. Lib. 13. *tempore Guillelmus Pictauienſium Dux memor malorum quæ nuper in Normannia operatus eſt, pœnitentia motus ad ſanctum Iacobum peregre profectus eſt, deinde feria ſexta Paraſceue* v. *Idus Aprilis ſacra communione munitus eſt, & ante aram Beati Apoſtoli venerabiliter defunctus eſt.* Sigebertus. *Comes Pictauienſis VVillelmus ad ſanctum Iacobum*

Iacobum in Gallicia orationis cauſa proficiſcitur, & in ſexta feria Paraſceue, in Eccleſia Beati Iacobi moritur & ante altare ſepelitur. & Continuat. Aimoini. *Ea tempeſtate VVillelmus Dux Aquitaniæ ad ſanctum Iacobum peregrè profectus, moleſtia corporis ibi correptus, viam vniuerſæ carnis ingreſſus.* Vnus in hoc diſcrepat Sugerius, quod ipſum in via morte interceptum refert. *Cumque caſtrum Heriſtiſiacum perueniſſent, celeriter ſubſecuti ſunt eum nuncij Guillelmi Ducis Aquitaniæ, denunciantes eundem Ducem ad ſanctum Iacobum peregrè profectum in viâ demigraſſe.* Theobaldus ſcriptor eius vitæ VVernerus & alij recentiores paſſim ſcripſere Guillelmum Ducem inſtitutâ peregrinatione ad D. Iacobi, è medio ſe ſubduxiſſe falſo per comites rumore ſparſo, de ipſius morte, & pœnitentiæ cauſa in eremum ſeceſſiſſe, & ibi ferro & cilicio grauem, magna cum ſanctitatis laude conſenuiſſe, & ordinem VVillelmitarum quos Pariſienſes vocitant Alborum mantellorum inſtituiſſe, eundem in diuos aſcriptum anno MCII. refert Iacob. Meyerus. *Eodem anno conſecrata memoria Guillelmi Ducis Aquitaniæ, quem lego authorem fuiſſe ordinis fratrum Guillelmitarum.* Eius ſeceſſum in Stabulo Rhodis in agro Senenſi in Thuſcia ſignat Martyrol. Roman. Sed hæc omnia facilè eliduntur auctoritate ſcriptorum æui, quos conſentientes habemus Guillelmum vitâ functum Compoſtellæ, in his enim quæ ſunt facti, quantùm præſtat fides authorum eiuſdem temporis, remotioribus qui ſine teſte, ſine authore quidquid placet ſcriptitāt, & credulis falſas de Sanctis laudes propinare, magnum religionis quæſtum ducūt.

Lib. 5. c. 51.

In vit. Ludou. Craſſ.

Apud Sur. tom.

In Faſcicul. temp. ad an. 1154. & 1174.

In annalib. Belgic. ad an. 1202.

19. Febru.

Vt vt ſe res habuerit VVillelmus Dux duas filias ſuperſtites reliquit Elëonoram, & Petronillam non-

Digitized by Google

CAPVT XVII.

VVillelmi Ducis pœnitētia, & variæ opiniones de eius exitu, idem in Diuorum numerum relatus VVillelmo duæ filiæ ſuperſtites Eleënora, & Petronilla ſeu Aliſia quarum prior nupſit Ludouico Iuniori, altera Radulfo Comiti Veromanduenſi. Teſtamentum VVillelmi à Io. Haio proditum falſi conuincitur, VVillelmo duo fratres Raimundus Princeps Antiochenus, & Henricus, & vnica ſoror Mathildis nomine quæ primum Vicecomiti Thoarcenſi ſecundo nupſit Ramiro Regi Arragonum Vicecomes de Malo-leone.

ANNO MCXXXVII. Guillelmus Dux ſequioris vitæ erroriſque pœnitens, orationis cauſa ad D. Iacobi Compoſtellani profectus, felici fato, in ipſa Diui Eccleſia animam Deo reddidit, & ante altare ſepultus eſt, huius rei conſentientes ſunt æui ſcriptores, Ordericus Vitalis in hunc annum. *Eodem* ad an. 1137. Lib. 13. *tempore Guillelmus Pictauienſium Dux memor malorum quæ nuper in Normannia operatus eſt, pænitentia motus ad ſanctum Iacobum peregre profectus eſt, deinde feria ſexta Paraſceue* v. *Idus Aprilis ſacra communione munitus eſt, & ante aram Beati Apoſtoli venerabiliter defunctus eſt.* Sigebertus. *Comes Pictauienſis VVillelmus ad ſanctum Iacobum.*

Iacobum in Gallicia orationis cauſa proficiſcitur, & in ſexta feria Paraſceue, in Eccleſia Beati Iacobi moritur & ante altare ſepelitur. & Continuat. Aimoini. *Ea tempeſtate VVillelmus Dux Aquitaniæ ad ſanctum Iacobum peregrè profectus, moleſtia corporis ibi correptus, viam vniuerſæ carnis ingreſſus.* Vnus in hoc diſcrepat Sugerius, quod ipſum in via morte interceptum refert. *Cumque caſtrum Heriſtiſiacum perueniſſent, celeriter ſubſecuti ſunt eum nuncij Guillelmi Ducis Aquitaniæ, denunciantes eundem Ducem ad ſanctum Iacobum peregrè profectum in viâ demigraſſe.* Theobaldus ſcriptor eius vitæ VVernerus & alij recentiores paſſim ſcripſere Guillelmum Ducem inſtitutâ peregrinatione ad D. Iacobi, è medio ſe ſubduxiſſe falſo per comites rumore ſparſo, de ipſius morte, & pœnitentiæ cauſa in eremum ſeceſſiſſe, & ibi ferro & cilicio grauem, magna cum ſanctitatis laude conſenuiſſe, & ordinem VVillelmitarum quos Pariſienſes vocitant Alborum mantellorum inſtituiſſe, eundem in diuos aſcriptum anno MCII. refert Iacob. Meyerus. *Eodem anno conſecrata memoria Guillelmi Ducis Aquitaniæ, quem lego authorem fuiſſe ordinis fratrum Guillelmitarum.* Eius ſeceſſum in Stabulo Rhodis in agro Senenſi in Thuſcia ſignat Martyrol. Roman. Sed hæc omnia facilè eliduntur auctoritate ſcriptorum æui, quos conſentientes habemus Guillelmum vitâ functum Compoſtellæ, in his enim quæ ſunt facti, quantùm præſtat fides authorum eiuſdem temporis, remotioribus qui ſine teſte, ſine authore quidquid placet ſcriptitāt, & credulis falſas de Sanctis laudes propinare, magnum religionis quæſtum ducūt.

Lib. 5. c. 51.

In vit. Ludou. Craſſ.

Apud Sur. tom.

In Faſcicul. temp. ad an. 1154. & 1174.

In annalib. Belgic. ad an. 1202.

19. Febru.

Vt vt ſe res habuerit VVillelmus Dux duas filias ſuperſtites reliquit Eleonoram, & Petronillam non-

Digitized by Google

nulli Aliſiam vocant. Eleënoram natu maiorem ſuprema voluntate ſub profectionem Compoſtellanam nuptiis deſtinauit Ludouico Iuniori filio Ludouici Craſſi, Ludouicus accepto nuntio de morte, verâ an falsâ Guillelmi Ducis, cum Theobaldo Comite Campaniæ, Radulpho Comite Veromanduorum, & aliis ſelectis regni proceribus ocyùs venit in Aquitaniam, & Eleënoram ſibi vxorem ſolenni pompa copulauit apud Pictauum, & cum ea Aquitaniæ compos effectus eſt. Altera quæ dicta eſt Petronilla ſeu Aliſia poſtea nupſit Radulpho Comiti Veromanduorum, & in dote tulit ampliſſimas ditiones quas pater in Burgundia poſſidebat, vt proles Gerardi Ducis Burgundiæ, ex teſtamenti eius tabulis quas prodidit. Io. Haius. *Commendo me Deo, quem relictis omnibus ſequi volo, filias meas in Regis Domini mei Ludouici protectione relinquo, Leonoram collocaturum, cum Domino Ludouico Regis filio, ſi Baronibus meis placuerit, cui Aquitaniam, & Pictauiam in dote relinquo, Petronillæ vero filiæ meæ poſſeſſiones meas, quas vt proles Gerardi Ducis Burgundiæ poſſideo.*

Lib. 13. De nuptiis Leonoræ Ordericus Vitalis. *Filiã vero ſuam Ludouico iuueni Francorũ Regi, in coniugem dari præcepit, ipſumque Regem totius iuris ſui hæredem conſtituit, quod ita poſtea factum eſt*, & Sugerius loco iam prælibato.

In vit. Lud. Craſſi. *Subſecuti ſunt eum nuncij Guillelmi Ducis Aquitaniæ, denunciantes eundem Ducem ad ſanctum Iacobum peregre profectum, in via demigraſſe, ſed antequam iter aggrederetur, & etiam in itinere moriens filiam nobiliſſimam puellam nomine Alienor deſponſandam, totamque terram ſuam eidem retinendam, & deliberaſſe, & dimiſiſſe, &c.* De nuptiis

Lib. 5. c. 51. vtriuſque puellæ, paucis Continuator Aimoini. *Ipſe duas filias tantum habebat, quarum altera vocata*

fuit Alienor altera Aalis, terra artem Aquitaniæ Domino ſuo deſtituta abſque hærede mare remanſit, idcirco Rex Ludouicus totam Aquitaniam in manu ſua tenuit, alteram de duabus prædictis ſororibus, ſcilicet Alienor idem natu maiorem matrimonio ſibi ſociauit, alteram vero videlicet Aalis iuniorem Radulfo Comiti Viromãdenſi in vxorem donauit. Eleënoram à patre Ludouico iuniori deſtinatam nihil eſt quod dubitemus, ſed de Petronilla dici non poteſt eam à patre Radulfo Comiti deſtinatam, Radulfus enim multis poſt annis Petronillam duxit vxorem, nimirum anno MCXLII. eamque vxorem ſortitus eſt diuortio facto cum alia coniuge, vt obſeruo ex Roberto Montenſi, & Bernardo Clareuallenſi. Vnde Guillelmus nequaquam potuit cogitare de nuptiis filiæ, cum Radulfo, qui iam erat coniugatus, nec aliter, quam diuortio peruenit ad eius nuptias, & hoc vno argumento facilè conuellitur fides huiuſce teſtamenti, quod alias ſuſpicione non caret, ob producentis notam mendacitatem.

In ſupplem. Sigebert. ad ann. 1141. Epiſt. 216.

Eodem anno ſecuta morte Craſſi Ludouicus Iunior eius natus Pictauis in Regem Francorum inauguratus Ordericus Vitalis. *Sequenti autem Dominica Ludouicus puer Pictauis coronatus eſt, & ſic regnum Francorum & Aquitaniæ, Ducatum quem nullus patrum ſuorum habuit nactus eſt.* Hinc in tabulis confirmationis priu. S. Martini de Campis huiuſce anni Ludouicus Iunior Francorum Rex, & Dux Aquitanorum inſcribitur. VVillelmo Duci fuere fratres gemini Raimundus Princeps Antiochenus, & Henricus qui poſtea monachum profeſſus eſt de quibus meminere Guill. Tyr. & Ordericus, vnica vero ſoror, Mathildis nomine, quæ primum nupſit Vicecomiti Toarcenſi, ſecundis nuptiis Ramiro Regi

Lib. 13.

Lib. 14. c. 9. Lib. 13. ad ann. 1137.

Digitized by Google

Lib.6.c.2. Arragonum, de ſecundis nuptiis Rodericus Toletan. *Cumque in Montione iterum conueniſſent, potiorum conſilium hoc firmauit vt Ramimirum Monachum fratri mortuo ſubrogarent, & eductum de Monaſterio apud Oſcam in regni ſolio collocarunt, & ſororem Comitis Pictauienſis in vxorem ei poſt modicum temporis aſciuerunt,* de vtriuſque nuptiis Zurita. *Ducit acta fermè ætate Agnem Guillelmi Pictonum Comitis Aquitaniæ Ducis ſororem, Leonoræ quæ Ludouico Iuniori Francorum Regi nupſit & Petronillæ eius ſororis, vti ego exiſtimo amitam, apud vetuſtum annalium auctorem comperio Mathildem vocatam, & matrem fuiſſe Vicecomitis Thoarcenſis, & Ramiro canonicis inſtitutis, à Pontifice Maximo ſoluto eam in matrimonium collocatam quod confirmare liquido haud poſſum.*

In indicib. Aragoniæ 1134.

Hac tempeſtate Rupella oppidum pagi Alnienſis, proprios dynaſtas habuit Elbonem de Malo-leone & Godefridum de Rupeforti, ex veteribus tabulis quæ editæ ſunt in libello de origine & incrementis eiuſdē oppidi. Vicecomitis de Maloleone filium memorat Goffridus Vindocinenſis epiſt. ad Geraldum E. & Legatum Aquitaniæ. *Audiuimus itaque, & dolemus Andream de Vitreio filiæ ſuæ vobis coniugium vendidiſſe, illud etiam à vobis filium Vicecomitis de Malo-leone comparaſſe,* &c. Malileonis caſtrum eſt diœceſis Pictauienſis vt patet ex cap. cum inter de except. in quo proponitur lis quæ erat inter Priorem, & conuentum de Argentolio, & Nobilem virum Sauaricum de Malileone diœceſ. Pictau. eiuſdem caſtri meminit Thomas VValſingan. *Dederat enim Rex Franciæ dum VVaſconiam tenuerat, caſtrum quod Mali-leonis dicitur, cuidam militi qui illud adhuc detinebat, nec ad mandatum Regis illud curabat reſtituere.*

Lib.1.ep.21

In Eduard.

F I N.

BIBLIOTECA

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google